



2
6
449









Questo libro riceve qualche lume e giovam.to
da un'altra opera dell'istesso Autore,
e il titolo è tale

Epitome Geographicus etc. Urbium nomen-
clataturam, longitudines, latitud. etc. flu-
viorum origines, et decursus etc.
Montium fines, et terminos:
lacuum, et paludum no-
mina, situs, et utili-
tatis.

Ticini in
Ædibus Andreæ Viani
MDCV. $\frac{o}{4}$

NOVA TOPOGRAPHIA

In Martyrologium Romanum.

IN QVA LOCA OMNIA IN Martyrologio memorata accuratè describuntur, & Sancti, qui in ijs floruerunt, subijciuntur; Ac multa loca, & Sancti, qui in ipso Martyrologio desiderantur, adijciuntur, prout asterismi nota indicabit; Et demum nonnulla in eodem Martyrolog. maximè digna animaduersione deteguntur.

AVCTORE

F. PHILIPPO FERRARIO ALEXAND.

Totius Ordinis Seruorum B.M.V. Priore Generali, olim in alma Ticinensi Academia publico Mathematicarum interprete.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDCIX.

Apud Bernardum Iuntam, Io. Baptistam Ciottum, & Socios.

BEATISSIMO
Et Sanctissimo Patri,
ET D. N. PAVLO V.
PONT. MAX.

F. PHILIPPVS FERRARIVS
Ordinis Seruorum B. M. V. P. Generalis.

Εὐπράττειν



T si Beatissime Pater ob assiduas ordinis occupationes litteris valedicere coactus fui, quantum tamen per eas licuit, quò, vt in Adagio οὐδεὶς ἡμέρα ἀμοῦ γραμμῆς, *quod ante ad communem studiosorum vtilitatem cœperam perficere, & S. V. cui Religio nostra, ob multa in eam collata beneficia, plurimum debet, dicare constitui. Exiguum fateor munus: quod tamen ipsa illius muliercula, cuius oblatos obolos Altissimus non despexit, recordata non aspernabitur. Id si illi non ingratum fuisse intellexero, nouo SS. Italiæ Catalogo, alijsq; Ecclesiasticis laboribus, quantum Dominus dederit, manum admouebo. Interim Pater S. Deum Optimum Maximum, vt S. V. bono totius Christianæ Reip. diù incolumen seruet, ac secundet, deprecabor &c.*

Pio Lettori S.



QVod mihi initio inter legendum Martyrologium Romanum accidit, alijs quoque inter multos accidere ratus, ne quis circa SS. loca ob illorum inſcitiam ſolicitus eſſet: dedi operam vt ipſorum ἐξήγησις non abſq; labore elucubrata ederetur. Sic enim in Martyrologio annotationibus doctiſſimis Card. Baronij de Eccleſia optime meriti illuſtrato non aliud deſiderari videbatur. Si in re hac minus à me tibi ſatisfactum erit, non tam ad rem ipſam, quam ad iuuandi voluntatem reſpicias velim: Nam ſi quod optabam, minimè aſſecutus fui, tamen occaſionem ſaltem alijs felicius ſcribendi præſtabo. Si errores offenderis, memineris inter homines diu ſine errore viui non poſſe, illudque veriſſimè dictum; τὸ βίον ἄνευ ἀγνοίας, καὶ οὐκ εἶναι.



EXPLICATIO NOTARVM,

Quarum breuitatis ergo frequens eſt vſus in Topographia.

Abb.	Abbas.
C.	Ciuitas.
C.E.	Ciuitas Epiſcopalis.
C.A.	Ciuitas Archiepiſcopalis.
Ep.	Epiſcopus.
Fl.	Fluuius.
M.	Mons.
M.P.	Mille Paſſus.
m̄.	Martyr.
Op.	Oppidum.
SS.	Sancti.
V.	Virgo.
Mon.	Monachus.

Inſuper dictio illa, HIC, in principio poſt deſcriptionem ABDERAE, apponi debebat etiam poſt deſcriptionem omnium aliorum locorum, at breuitatis ergo, tantum ibi; & SS. immediatè appoſitos, indicat, illius loci eſſe.



F.MA-

F. MAGISTRI ARCANGELI PICCIONI Veneti, Prioris Monasterij S. Iacobi à Iudaica Venetiarum Ordinis Seruorum CARMEN.

QVi loca Sanctorum facilè optat, festaquè scire,
Et rite verum noscere,
Hoc opus in manibus semper teneat, legat, atquè
Mentis perenni indagine
Arcano semper sub pectore iuncta reponat:
Nàm quæ trahunt longo ambitu,
Quæ miscent alij tot verborum serie vnà
Hic arte mira sedulus
Congeßit paucis; Apis instar, floribus horti,
Qui non sibi sint vsui,
Neglectis; Prudens hic altis clausa tenebris
Promit, tibi nunc largiens;
Quæquè fuere viris penitus quondam abdita doctis,
Nunc iste solers explicat.

EIVSDEM DISTICHON

Inuidi abeste procul: FERRARIVS halat odores,
Flos nonus; hic superat spesquè, metusquè, liber.

Copia.

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell'Eccelso Conseglio di X. Infrascritti, hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua, per Relatione delli due à questo deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, il circonspetto Secretario del Senato, Gio. Merauiglia, con giuramento, che nel Libro Intitolato, Noua Topographia in Martirologium Rom. auctore Fratre Philippo Ferrario Alexandrino Seruita, Non si troua cosa contra le leggi, & è degno di Stampa.

Dato die 15. Decembris 1608.

D. Lorenzo Loredan.
D. Anzolo Bragadino. } Capi dell'Eccel. Consf. de X.
D. Almoro Nani.

Illust. Consilij X. Sec. Barth. Cominus.

1609. à 4. April. Registrato in Libro à carte 18.

Io. Baptista Breattus Officij Contra Blasph.

NOVA TOPOGRAPHIA IN MARTYROLOGIVM ROMANVM.

Auctore Fr. Philippo Ferrario Alexandrino totius Ord. Seruorum B. M. V. Priore Generali, ac olim in Alma Ticinensi Academia publico Mathematicarum interprete.



Abdera *Asprosa*, vel *Polystilo* C. E. litoralis Thraciæ insignis olim haud à Macedoniæ finibus procul apud Nesum, amnem Maroniæ vrbi proxima in via è Thessalinica Byzantium proficiscentibus obuia, hac etiam tempestate non obscura, cum & sinui inter Nesi, & Hebri ostia nomen tribuat.

HIC

29. Sept. Eutychius Episcopus, Plautus, & Heracleas Martyres. *Vsuard. & Bed. in Martyrol.*

* Abdera altera, seu potius Abdara, *Adra* C. E. olim Hispaniæ, Bæticæ litoralis Almeriæ C. proxima, nunc oppidum, Episcopali Sede Almeriam translata octo ferè M. P. Hispanicis ab Almeria in Austrolibycum recedens Bariæ opp. propius.

15. Maij. Ctesiphon primus vrbis Episcopus, vnus ex septẽ diui Iacobi Apostoli discipulis. Tametsi plærique eum Vergitanum Episco. faciunt.

Aberdona *Aberdyn* C. E. non Hiberniæ, vt in martyrologio etiam correcto legitur, sed Britanniæ secundæ, seu Scotiæ lit. primaria ad Deæ amnis ostia in ora ad Ortum vergente inter Brechinam, & Elgenam eiusdem oræ ciuitates, æquò ferè interuallo dissita ab Andreopoli ciuitate metropolitana prolixo bidui itinere in Aquilonem, & Cæciam distans. Vrbs clara episcopio, academia, & emporio. Quæ veteribus Deuana dicta putatur.

16. Dec. Beanus Episcopus Io. *Molanus in additionibus ad Vsuard.*

Abrinca, & Abrincæ *Auranches* C. Normandiæ (sic enim Galliæ Celticæ partem inter Cenonem, & Sequanam flumina definitam mariquè contra Albionem expositam vocant) E. Tractus, qui Constantina nominatur, primaria super montis dorso, atquè in litore Tumbæ, hoc est monti Sancti Michaelis proximo collocata, Maclouiensi, & Constansiensi vrbibus propinqua. Abest à Lutetia Parisiorum in Corum ad lxxx. M. P. Gall.

16. Apr. Paternus Episcop. IIII. sub Childeberto Rege Anno D. DLXII. *Sur. Tom.* 12.

18. Septemb. Sinerius Ep.
Leontius Ep. I.
Ferraginus Ep.
Rahentratius Ep.
Leonardus Ep.
Ausbertus Ep.
Herbertus Ep.
Quorum dies natalis mihi ignotus.

Abula. *Auila*. C. Hispan. Tarraconen. E. mediterranea non obscura in Castellæ Veteris Regno inter Segouiam, & Salmanticam vrbes clariores sita. Media quasi inter Toletum, à quo XXI. M.P. Hispan. distat, & Vallisoletum vrbes clarissimas.

2. Maij. Secundus Epis. 1. vnus ex VII. D. Iacobi Apostoli discip.

27. Oct. Vincentius, Sabina, & Christeta m̄. sub Diocletiano. *Flos Sanctorum.*

* Acci *Guadix* C. E. Hispan. Bæticæ med. in Regno Granatensi peruetus, & nobilis, tametsi exigua in colle extructa ab ipsa vrbe Granatensi in Ortum æstiuum VIII. M. P. Hisp. distans, Bastitanæ vrbi in Ortum recedenti propior.

15. Maij Torquatus Ep. 1. D. Iacobi discip. *Flos Sanctorum.*

Achaia *Liuadia* Helladis, seu Græciæ Regio inter Epirum, & Euboeam, ac inter Macedoniam, & Peloponesum, cui Isthmo connectitur, extensa in plures Regiones, hoc est Acarnaniam, Aetoliam, Locridem, Phocidem, Megaridem, Atticam, & Boeotiam diuisa.

12. Ian. Satyrus M. sub Domitiano *Catal. lib.* 11. *& Vsuard.*

17. Aug. Miro. *Sub Decio Imperatore.*

* Adana *Adena* C. E. Ciliciæ med. inter Tharsum, & Mopsuestiam eiusdem Regionis ciuitates sita, Saro fluuio irrigata, ac hoc quoque tempore florens, vbi Turcarum Satrapæ sedes est, & Maronitarum Patriarchæ. Distat à Tharso clarissima quondam Metropoli diei itinere.

4. Febr. Theophilus œconomus, *cuius historia admiranda apud Metaphrastem*

* Adiabene *Sarca*. Assyriæ Regio inter Mesopotamiam, & Parthiam vltra Tigrim flumen sita. Sub Imp. Persarum.

6. April. Centum viginti m̄. Sub Sapore Rege. *Sozom.* lib. 2. cap. 11.

* Adramyttium. *Andramiti.* C. Troadis, seu Phrygiæ minoris lit. E. quondam, ac finitimarum vrbium conuentus nobilis Antandro, & Pitanæ propinqua haud longe ab ostijs Caici flu. Contra quam Lesbos insula notissima ad VI. M. P. in alto conspicitur.

4. Mart. Nestor Ep. m̄.

4. Aug. Aristarchus Pauli Apostoli discip. 1. Ep. Thessalonic. m̄. sub Nerone *Metaphr.*

Adrumetum, vel Adrumentum. *Mahometta* C. Africæ lit. olim Ep. & Colonia clarissima inter Aphrodisium, & Ruspinam proximas vrbes à Carthagine LXXXVI. M. P. in Ortum, & Eurum distans à Tuneto in Ortum ad LXXV. M. P.

4. Ian. Mauilus m̄. sub Seuero, *de quo Tertullianus in Epis.*

21. Febr. Verulus, Secūdinus, Siricius, Felix, Seruulus, Saturninus, & For-

& Fortunatus, cum alijs 16. m̄. sub Vandalis. *Vsuar.*

23. Mart. Victorianus, & Frumētij duo mercatores m̄. sub eisdem *Vict. lib.* 3.

30. Aug. Bonifacius, & Thecla vxor cum 12. liberis m̄. *Sur. Tom.* 7.

* Aduersa *Auersa* C. E. Campaniæ in planitie media inter Capuam, & Neapolim, populi frequentia, & soli vbertate haud contemnenda, Atella olim dicta, vel non longe ab illa condita, sic appellata, quod aduersus Neapolim munita fuerit.

1. Sept. Elpidius & socij sacerdotes. Ex *ant. Breu. Capuano.*

Aegæ C. olim Ciliciæ lit. haud procul à Pyrami amnis ostijs inter Mallum, & Issum vrbes eiusdem oræ, cuius hoc tempore nulla extant vestigia. *Aegæa habet Martyrolog.*

23. Aug. Claudius, Asterius, & Neon fratres m̄. sub Dioclet. & post eos, Donuina, & Theonilla m̄.

27. Sept. Cosmas, & Damianus, Arabes fratres m̄. sub eodem. Anthimus, Leontius, & Euprepius germani m̄.

30. Oct. Zenobius Epis. & Zenobia soror m̄. sub eodem. *De his omnibus Metaphr.*

Aegina *l'Egina.* Oenone dicta, prius Insula, & C. Maris Cretici Peloponeso, & Atticæ in sinu Saronico adiacens, sinum illum hodie denominans, à Pyræo Athenarum portu ad XII. M. P. distans, Troezenæ, & Scyllæo prom. propior. cuius ambitus XX. M. P. traditur.

14. Aug. Athanasia vidua Abbatissa sub Michaele Imp. *Metaphr.*

Aegyptus *Egitto*, & Incolis *Sahid* Africæ notissima, & nobilissima Regio, Nilo amplissimo fluuio diuisa, multisque hinc inde fossis deductis irrigata ab Ortu sinu Arabico, & Isthmo inter dictum sinum, & mediterraneum pelagus intercedente, definita à Meridie Aethiopia, & Tropico æstiuo, sub quo Syene C. memoratissima Imperij Romani terminus, à Septentrione mediterraneo mari inter Pelusium, & Alexandriam, siue inter extrema Nili ostia, & ab Occasu Marmarica, olim adeo habitata, vt XX. M. vrbiū habuerit, si Plinio fides habetur: quarum clarissimæ fuerunt Memphis antiquorum Regum sedes, Thebæ, Busiris, Tanis, Syene, Alexandria, Pelusium, Babylon, quæ nunc Cayrus vrbs amplissima nominatur apud magni Delta verticem, vbi Nilus in duo magna capita diuiditur.

7. Ian. Theodorus monachus discip. Santi Antonij sub Constantino Magno.

15. Macarius Abbas discip. S. Antonij. *Socrat. lib.* 4.

7. Feb. Moyses Ep. Saracenorum, in Arabia sub Iustino. *Idem lib.* 2. *Primus Cabilonen. eum Carne vrbe primaria obijsse tradit.*

11. Ionas mon. *de quo in uita S. Pachomij.*

16. Iulianus m̄. cum alijs V. m̄. *Menolog. vbi Iulianus Episcop. scribitur cum Ioanne diacono.*

25. Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Dioscorus, Serapion, & Papias m̄. sub Numer. *Ado, & Catal. lib.* 3.

15. Mar. Nicander m̄.

27. Ioannes Eremita sub Theodosio Imp. *Theodor. lib.* 5.

1. Apr. Victor, & Stephanus m̄. *Ado, & Vsuard.*

1. Maij. Hieremias Propheta.

14. Pachomius Abb. *apud Scethim Metaphr.*

A 2 18. Dio-

18. Dioſcorus lector m̄. *Catal.lib.5. ſub Dioclit.*
Potamio Epiſ.m̄. ſub Conſtantio Ariano *cuius meminit Sanctus Athan.in ep.*
1.Iun. Iſchirion Dux militum m̄. cum alijs V. ſub Dioclit. *Euſeb.lib.6.*
5. Marcianus, Nicanor, Apoll.;& alij m̄. ſub Maximiano *Ado.* aliàs pro Nicanor Nicander legitur.
7. Lycario m̄. *Menol.*
12. Onuphrius Anachoreta, *cuius vita per Sanctum Paphnutium Ab. ſcripta apud D.Hieron legitur.*
5. Aug. Cantidius, Cantidianus, & Sobel Aegyptij m̄ *Menol.*
28. Moyſes Aethiops ex latrone Anachoreta. *ex Vit.Patr.*
11.Sep. Paphnutius Epiſcopus, & confeſſor.
24. Paphnutius, & Socii m̄. ſub Diocl. cum alijs D X L V I I. *Quos Galeſ. ſcribit paſſos in Græcia.*
4.Oct. Marcus, & Martianus fratres, cū alijs innumeris vtriuſq; ſex.m̄. *Euſeb.lib.8.*
19. Varus miles m̄. ſub Maximiano. *Metaphr.*
28. Dec. Theodorus mon. diſcip.S.Pachomij, *ex Vit. Patr.*
* 25.Mai. Mutius Ab.qui ſolem fertur cohibuiſſe. *ex Vit.Patr.*
1. Iul. Pambo Ab. *Hiſt.tripar.*
19. Arſenius cognomento Magnus Ab.apud Alexand. *ex Vit. Patr.*
12.Sept. Bona Virgo. *Catal.lib.8.*

Aemilia Regio Italiæ inter Ariminum ab Ortu, & Trebiam flumen ab Occaſu, atquè inter Apenninum montem à meridie, & Padum flumē à Septentrionibus comprehenſa, in qua vrbes præclaræ, Rauenna Metropolis, Bononia, Ferraria, Mutina, Regium, Parma, & Placentia. Cuius pars ab Arimino ad Scultennam fluuium Romandiola dicitur, reliqua ſub Longobardia continetur, à uia ab Aemilio lapidibus ſtrata, ſic appellata. Quamquam Aemilia pro Regio Lepidi Ciuitate nonnunquam accepta fuit, *ut ex uita S.Proſperi Ep. Regienſis legitur.*
25. Nou. Iucunda V. diſcip.S.Proſperi, *ex Vita eiuſdem.*

* Aemonia *C. Noua* C.E. Iſtriæ apud Nauporti fluminis oſtia, cui ſucceſſit, quę nunc C.Noua dicitur non longe ex eius reliquijs conſtructa. Ruinæ illius adhuc in ripa amnis prædicti apparent, inter Iuſtinopolim, & Parentium.
* 10.Oct. Maximus Ep.m̄. corpus Venetijs. *Ex Tab eccl.Veneta.*

* Aeſium *Ieſi*. C. Piceni in Vmbriæ confinio ad Aeſim fluuium, ex quo nomen eſt Vrbi. Ab Ancona in Occaſum hibernū ad XXII.M.P. quot à Septempeda recedit, à Senogallia XV. Auximo propior.
* Sept. Septimius Ep. m̄. *ex monumentis illius Eccleſię.*

Aethiopia maxima Africæ Regio gemina. Interior vna, altera ſub Aegypto nominatur. Illa tota vltra Aequatorē in Meridiem extenſa plurima continet regna, quorum maxime occiduum Mani congium Oriētalius Quiloanum, & Monzabiquium dicitur, nonnulliſquè ab hinc annis in ijs Religio christiana Luſitanorum opera propagatur. Iſta inter Æquatorem, ac Tropicum æſtiuum contenta, atquè Nilo fluuio, & ſinu Arabico, parteque Oceani Orientalis terminata, Abiſſia vocatur: cuius Rex, ſeu Imperator in primis Orbis terrarum Regibus cenſetur, cum ſupra LX. Reges, qui Christianam fidem a D.Matthæo Apoſtolo diſſeminatam, multis tamen

men erroribus permistam colunt, sibi subiectos habeat.

21. Sept. Matthæus Apost. m̃. sub Hirtaco Rege *Euseb. lib. 3.* Corp. Saler.

Yphigenia V. ab Apostolo prædicto baptizata *Catal. lib. 8.*

27. Oct. Elisbaan Rex sub Iustino Imp. *Metaphr. in vita S. Aretæ* m̃.

Africa proprie dicta, quæ & Minor Africa dicitur, Africæ magnæ, quæ tertia pars Orbis est, Regio notissima, ac olim à Romanis maximè culta, multis eò deductis colonijs ab Occasu Mauritaniæ Cæsariensi, à qua Ampsaga fluuio diuiditur, ab Ortu Cirenæ finitima est, ab Austro Audo, & alijs Atlantis montibus à Libya deserta discreta, & à Septentrione mari Mediterraneo terminata. In ea fuere XII. Coloniæ Romanæ, vrbes supra CCC. quibus Carthago imperabat, quarum celebres post Carthaginem (sub cuius Archiepiscopo Ep. CLXIIII. erant, cũ Religio Christiana ibi ante Vandalorum aduentum floreret) Aphrodisium, Tabraca, Neapolis, Adrumentum, Ruspina Thænæ, Leptis magna, Vtica, Hippon, Regius, omnes litorales. In Mediterraneis verò Cirta, Sicca, Thuburbis, Lambæsa, Assurus, Tucca, Lares, Bysacium, Capsa, & aliæ habitæ sunt. Hæc modo sub Barbaria, quæ non solum Africam, sed etiam vtramquè Mauritaniam comprehendit, continẽtur, in duo Regna Constantinianũ, & Tunetanum diuisa, Tuneto maxima vrbe post Carthaginis excidium omnibus Regionis vrbibus imperante.

14. Ian. Euphrasius Ep. *Vsuard.*

12. Feb. Damianus miles m̃. *Bed.*

10. Mar. Victor m̃. *de quo sermo extat apud Augustinum.*

5. Apr. Plures m̃. sub Geiserico Rege Arriano *Vict. lib. 1.*

2. Mai. Vindemialis, Eugenius, & Lõginus Episcopi m̃. sub Hũnerico *Victo. lib. 2.*

13. Iun. Fortunatus, & Lucianus m̃. *Bed.*

4. Iul. Iucundianus m̃. *Catal. lib. 6.*

2. Aug. Rutilius m̃. *Tertullianus, lib. 6.*

28. Sept. Martialis, Laurentius, cum aliis XX. m̃. *Bed.*

6. Oct. Rogatus, Saturninus, & socij m̃. *antiq. Martyrol.*

18. Nou. Oriculus, & socij m̃. sub Vandal. *Molan. in Addit.*

28. Dec. Castor, Victor, & Rogatianus m̃. *ex Vet. Martyrol.*

Supra VI. M. & D. Martyrum passi ferũtur in persecutione Vandalica: quorum magna pars Episcopi, presbyteri, & Clerici fuere, vt Vict. Africanus Ep. scribit, præter innumeros vtriusque sexus innominatos in eadẽ persecutione, quæ maxime Laribus efferbuit, interemptos, & eos, qui in superioribus Romanorum Imper. persecutionibus varijs in locis passi sunt.

Agatha, quæ & Agathopolis *Agde*. C. E. Galliæ Narboren. lit. inter Narbonem, & Montem Pessulanum Biteris proxima, vrbs antiqua Episcopali sede decorata, licet hac tempestate exigua ad ostia Rhauraris amnis sita. Abest à M. Pessulano in Occasum X. M. P. Gallicis plus minus à Biteris vix III. M. dissita.

10. Nou. Tiberius, Modestus, & Florẽtia m̃. sub Diocl. in territorio in oppido, quod de nomine S. Tiberij San *Thuberi* dicitur. *Catal. lib. 10.*

* 25. Aug. Seuerus Ab. *Catal. lib. 7.* quamuis alij Agathapoli non Agathæ hunc adscribant, Agathopolim non Agatham, seu M. Pessulanum appellantes.

Agaunum, *San Moris*. oppid. Vallesiæ, hoc est Regionis inter Adulam M. & Lema-

Lemanum lacum per fines Sedunorum, & Veragrorum extensæ, haud longe ab Rhodani fluminis in prædictum lacum ingressu, vbi Benedictinorum Monasterium aliàs insigne D. Mauritio, ex quo nomen est oppido dicatum, medium inter Sedunum, & Geneuam, ab eis supra XXV. M. P. dissitum.

22. Sept. Mauritius, Exsuperius, Candidus, Victor, Innocentius, & Vitalis cum socijs Thebæis m̄. *Mombrit. Tom.* 2.

2. Nou. Ambrosius Abb. *Catal. lib.* 10.

* 1. Maij. Sigismundus Rex Burgundionum Monasterii Agaunensis auctor. *Aimo. lib.* 11. Corp. Pragæ, qui Seduni passus traditur.

Agennum *Aagen* C. E. Aquitaniæ E. antiqua ad Garumnam fluuium inter Tholosam, & Burdegalam sita in Vasconiæ, & Guiennæ confiniis, Regionis quæ de illius nomine Agenois dicitur Caput, Media inter Tolosam, & Burdegalam ad XII. M. P. Gall. dissidens.

9. Iun. Vincentius Leuita m̄. *Greg. Turon. lib.* 5. 2. *Hist. Franc.*

6. Oct. Fides V. m̄. sub Diocl. *Flos Sanct.* In huius honorem oppidū in territorio Agennensi denominatum est ad Durasicum fl.

20. Caprasius m̄. sub eodem Imp. ad martyrium B. Fidei exemplo incensus. *Flos Sancto.*

* Agreda Graccuris antiquis dicta Opp. Hispaniæ Tarracon. non obscurum in Castellæ Veteris, & Aragoniæ confinio inter Belsinum & Numantiam Turiasoni Ciuitati proximum.

3. Nou. Multi m̄. sub Datiano Præside, quorum nomen ignoratur, in prædio quodam proximo in magna ueneratione habiti *Thesaur. conc. Tom.* 2.

Agrigentum *Girgenti.* C. Episcopalis Siciliæ quondam potens cum Insula variis Tyrannis obtemperaret, nam ambitus illius X. M. P. maior fuisse traditur, atque CCCC. M. habitatorum continuisse, vti vestigia ipsa etiannum testari videntur. Super Agragante fluuio sita est inter Heracleam vrbem nunc iacentem, & Gelam ciuitatem, à qua in Occasum distat ad XII. M. P.

23. Nou. Gregorius Episcop. qui Synodo Constantinop. V. interfuit. *Metaphr.*

* 25. Febr. Gerlandus Episcopus ex Burgundia ortus sub Rogerio comite *Maurol. Abb.*

Alba Regalis, prius Cæsariana *Alba Regale* Italis, Hungaris verò *Stulvveissenburg.* c. Pannoniæ superioris vrbs, quondam Hungariæ caput, vbi Reges coronari, & sepeliri solebāt, antequam in Turcarum potestatem veniret, ad Vrpanum amnem intra paludes, quæ illam reddunt munitissimam, sitā æquo XXX. M. P. interuallo à Buda, & Strigonio distans, superiore anno, cum hæc scriberem, Turcis à Christianis erepta.

20. Aug. Stephanus Rex, qui Hungaros ad Christi fidem conuertit.

4. Nou. Emericus prædicti Regis filius, Vterque inter Diuos relatus à Benedicto IX. *Bonfin. Dec.* 2. *lib.* 2.

* Alba cognomento Pompeia *Alba* C. E. Ligurię ad Tanarum flumen sita inter Hastam Pompeiam, à qua in Occasum ad XII. M. P. recedit, & Polentiam vrbem dirutam, cui propior est in Montisferrati Ducatus, & Principatus Pedemontani confiniis constituta, ad Montisferratensem Ducem spectās. Distat à Casalēsi Ciuitate, vbi Regionis Senatus est ad XXX. M. P.

quot ab Augusta Taurinorum, vrbs antiqua, sed modica collibus vtrinque cincta.

April. Theobaldus cōf. corp. ibidē nondū sanctorū numero adscriptus.

* Albana *Bachu* C. Albaniæ Metropolis in Ora maris Caspij occidua, quod ex ipsa denominatur apud Atropatiæ fines Alexandriæ, siue Portæ ferreæ ciuitati finitima.

24. Aug. Bartholomęus Apost. m̄. sub Astiage Rege. *Euseb. li. 5*. Corp. Romę.

* Polemius Rex a D. Bartholomæo conuersus, & Episco. ordinatus *Cat. lib. 7*.

Albanum seu M. Albanus *Albano*. opp. Latij Albæ vrbi notissimæ, & quondam clarissimæ, nunc prorsus iacenti penè, attiguū ab vrbe Roma ad XVI. M.P. in ortum distans, Aricię proximum. In Gallia etiam Albanum in quo S. sequens, vixit.

26. Sept. Senator quem Gales. m̄. facit, *ex vita S. Germani Ep. Antisiod*

* Albingaunum. *Albenga* C. E. Liguriæ lit. inter Sauonem, & Vintimilium vrbes eiusdem oræ proxima Naulo antiqua, contra quam Pullaria Insula parua non longe conspicitur, distat à Genua in Occasum supra LX. M. P. quot penè in Ortum à Nicæa recedit.

* 19. Mar. Caiocerus m̄. sub Adriano Imper. *ex Gest. SS. Faustini, & Iouitæ*. Corp. Brixiæ.
Veranus Ep. Corpus ibidem. *Ex Tab. Eccl.*

Albintimelium, postea Vintimilium *Vintimiglia* C. E. Liguriæ lit. ad ostia Rutubæ amnis inter Albingaunum, & Nicæā, à qua in Ortum ad XVII. M. P. abest, multo remotior ab Albingauno sita, portui Monæci propinqua, vrbs modica sub Genuensibus.

26. Aug. Secundus m̄. vnus ex Ducibus legionis Thebæę sub Maximiano *Mombrit. Tom. 2*. Corp. Taurini, vbi magna celebritate colitur ad diem 28. Augusti.

Albiga, & Albia. prius, vt nonnullis videtur, Augusta Heluiorum. *Alby*, C. E. Aquitaniæ, eius tractus, qui sub lingua Occitana, vt vocant, comprehenditur inter Cadurcum, & Rhodium atquè inter M. Albanum & ciuitatem S. Flori sita, Vaurino vrbi eiusdem regionis propior, & Cadurcis. Huius vrbis Episcopatus inter Galliæ ditiores censetur.

10. Sept. Saluius Ep. circa ann. DLXXXVII. *Greg. Tur. lib. 7*.

7. Nou. Amaranthus m̄. sub Decio *Idem Greg. c. 67. de Glor. mart.* corp. Ambiani.

* 26. Ianuar. Theodefridus Episc. sub Dagoberto, & Clodoueo II. Regibus *Tritem. lib. 4*.

* Aletha, quæ postea Maclouium, de nomine S. Episcopi dicta est *San Mal* C. E. Britanniæ minoris (sic appellatur pars Galliæ Celticæ maritima ad Oceanum Britannicum spectans) super scopulo continenti adiuncto constructa inter Abrincam ciuitatem Normandicam, & Briocensem vrbem eiusdem prouinciæ. Abest ab vrbe Rhedonensi, quæ caput Regionis est in Septemtrionem ad XIIII. M. P. Gall.

15. Nou. Maclouius, qui, & Machutus Ep. disc. S. Brandani. Santonæ obiit *Robert. Canal. lib. 2*.

* Aldenburgum idest vrbs vetus *Oldemburg*. C. German. magnæ olim Holsatiæ Episcopalis, & Primaria, portusquè, & Emporium celebre, nunc Pagus potius, quàm ciuitas ob portus obstructionē, & maris recessum Episcopali

ſcopali ſede Lubecum vrbem celeberrimam, inde in Meridiem VIII.M.P. German. diſtantem deportata.

* 14. Dec. Vicelinus Ep. circa an. D. MCLIIII. *Crant. lib. 6. Metropol.*

* Aldenburgum *Oudemburg.* C. Olim Belgicæ maxima totius comit. Flandriæ inter Gandauum, & Brugas, Oſtendæ proxima à ciuitate Brugenſi, quæ ex Aldemburgi depreſſione creuit, II.M.P. Belgicis recedens.

15. Aug. Arnulphus E. Sueſſionẽſis circa An. D. MLXXXVII. *Sur. to. 4.* puto hic pro Aldemburgo Rodemburgum, ſeu Ardemburgum, vti hac tempeſtate vocatur vrbs eiuſdem tractus à Brugis in Cæciam III.M.P. diſtans, & Sluſæ uicina Brugis multo antiquior, legendum eſſe, hæc enim antiquitatem præſefert, & templum Auguſtiſſimum D. Mariæ V. dicatum adhuc in ea inter alias Eccleſias viſitur.

* Aletium *Lecci* C. E. antiqua Salentinorum in Regno Neapolitano poſt Neapolim primaria, & maxima, ac eius Regionis, quæ vulgo Terra Hydruntina dicitur, caput, & ſedes Præfecti, media inter Brunduſium & Hydruntum vtrinquè XXV.M.P. interuallo diſſita, ab oraquè litorali parũ diſtans. Quæ nonnullis etiam Luſpia dicta putatur.

26. Iul. Herina, & Venera, Virgin. & martyres, ſub Licinio Imperatore.

* Sept. Iuſtus, & Orontius, 1. Epiſ., m̃, S. Pauli Apoſt. diſcipuli, quorum ſolemnitas agitur Dominica 1. Sept.

Donatius Ep. 2. & Conf.

Ex Monu. Eccle. Aletinæ.

Alexandria C. Aegypti notiſſima, & clariſſima, de Conditoris nomine dicta, antiqua Regum ſedes, & Præfectorum Aegypti, quoad ſub Regibus, & Imp. fuit, Emporium toto orbe celeberrimum maxime, ante Cayri maximæ Vrbis, vbi Præfectus Turcicus toti Regioni ius dicit, conſtructionem. Figuram habet ſegmento minori perſimilem, licet eam alij chlamydi magis ſimilem ſcribãt. Magnitudine Lutetiæ Pariſiorum par, ſed populi frequentia, quo alias omnes Europæas vrbes ſuperabat, hoc tempore longe inferior. Huc omnis generis aromata, quæ Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, aliiſquè Regionibus occiduis comunicantur, aduehuntur. In ea ſedes eſt Patriarchalis à D. Marco Euangeliſta primum erecta, cuius Præſul ab Eccleſia Romana diſſidens toti præeſt Ægypto, & Abiſſiæ, ſeu Æthiopiæ, & aliis Prouinciis finitimis, in quibus Chriſtiana adhuc Religio viget; Nam Latinus Patriarca à Romano Pontifice creatus ſolo titulo gaudet. Diſtat à noua Babylone, quæ nunc Cayrum vocatur, in eorum bidui itinere, eoquè merces Nilo deducuntur. A Rhodo mari ad D.M.P. Alexandriam nauigatur. *Hic.* Innumeri martyres paſſi ſub diuerſis Imperatoribus, prȩter Epiſ., Virg., & conf., quorum eos tãtum hic recenſebimus, qui in Roman. Martyrologio deſiderantur.

31. Ian. Cirus, Ioannes, fratres, cum Aſpaſia matre, & tribus ſororib. Virg. m̃. ſub Diocl. *Hilario mon. referente Gale.*

12. Feb. Dionyſia, & ſocii m̃. ſub Decio. *Menol.*

2. Maii. Petrus II. Ep. *Catal lib. 7.*

* 19. Ioannes, & Theodora cum XII. mulieribus m̃. ſub Maxim. *Catal. lib. 5.*

7. Iul. Parnienus, Heracli⁹, Helias, Apolloni⁹, cũ aliis XIX. m̃. *Bed.*

11. Eulogius mon. presbyter, ex *Vit. Patr.*

22. Aug. Timoth. Ep. & Proterius presb. m̃. ſub Leone Imp. *Cat. lib. 7.*

* 19. Oct.

19. Octob. Ptolemæus,& Lucius m̃.sub Antonino Pio *Euseb.lib.4.*
31. Epimachus,Pelusinus m̃. *Metaphra.*
1. Nou. Primus Ep. *Menol.*
23. Faustina Augusta vxor Maxentij m̃. *Ex pass.S.Catharinæ.*
* 24. Porphyrius Dux cum alijs CC.m̃. *ex pass.S.Cathar.*
8. Dec. Alexander m̃.sub Decio *Euseb.lib.6.*
25. Eugenia Romana V.cum Basilla matre,Protho,& Hyacintho fratribus m̃.sub Seuero *Metaphr.*
11. Nou. Menas Ab. *Ex Antiq.Martyrol.*
4. Dec. Clemens presb.doctor Origenis. *Hieron.de scriptor.ecclesi.*

* Alexandria Oxiana *Corus* C. olim Sogdianæ Prouinciæ nobilis, ab Alexandro Magno ad Oxum flumen, ex quo denominationẽ accepit,constructa apud Oxianam paludem. A Buccara,quæ regionis illius Regia, & Metropolis,in Africum diei vnius itinere distans.

* Theodotinus Ep. Synchronus S.Ioan. Chrysost. *Primus Cabilon.*

* Alexandria Statiellorum *Alessandria* C. E. Liguriæ ad Tanarum fluuium intermeantem in planitie constructa ex aliquot pagis antiquis finitimis post Mediolani euersionem, primum Cæsarea nominata, deinde in Alexandri Sum.Pont.gratiam Alexandria dicta,ab eo Episcopali sede decorata. Sita est inter Derthonam, & Hastam Pompeiam Derthonæ propior. A Mediolano,sub cuius Ducatu continetur, ad L. M. P. in Austrum distat. A Genua ad XLII. in Occasum. Ea & si antiquitate a finitimis vrbibus superatur,non tamen opibus,situs opportunitate,familiarum splendore,& soli fertilitate,vlli cedit, quin etiam magnitudine loci, populi frequentia,omnes antecelluit. Fluminis ripæ ingenti ponte lapideo iunguntur. Præsidium habet Hispanorũ validissimum.
* 12. Nou. Baudolinus Ep.sub Luitprando Rege. *Paul. Diac.lib.vi. & Breuiar Ord.Humiliatorum.* corp. ibidem.

* Altus mons *Aumont* Pagus Hannoniæ ad Sabim fluuium, aut procul à Malbodio II. M.
9. Feb. Ansbertus ep.Rothomagensis XXII. prius sponsus S. Angadrismæ An. D. CDXCV. *Vincent. in Speculo lib.23.*

Altiuillare *Aultuilliers* Pagus Gall.Belg. in agro Asprẽciaci,quod oppidũ est Diæcesis Rhemensis,ad Matronam flumen situm est. *Hic* Cœnobiũ à S.Berchario constructum. *vbi*
16. Oct. Bercharius Ab. I. Altiuillarensis. m̃. An. D. DCLXI. *Sur.tom.5.*

* Alostum *Aelst* oppidum Brabantiæ Ducatus, ad Teneram amnem inter Teneramundam, & Niniuem proxima oppida,iuxta Flandriæ fines. A Bruxallensis Ciuitate IIII. M. P. Belg.distans uersus Gandauum, à quo paulò plus abest.
12. Nou. Liuinus Archiep. Scotus An. D.DCXXXV. *ex Breuiar. Gandauen.*

Altinum *Altin* C. E. olim clara Venetiæ inter Concordiã,& Patauium, æquo XXX. M. P. spatio dissita,Taruisio C. proxima,ab Hunnis, quo tempore Aquileia euersa,cuius nil hodie extat præter turrim, quæ nomen seruat Altini,eius autem sedes Episcopalis, Torcellum proximam Insulam,haud longe à Venetijs distantem,deducta est.
3. Iul. Heliodorus Ep.,Synchron S.Hier. *Cat.lib.5.*corp.Torcel.

30. Oct. Theonestus Ep.cum Tabra, & Tabrata ministris m̄. sub Arianis *Cat.lib.6.* corp. Torcelli.

* 27. Apr. Liberalis discipulus S.Heliodori. *Catal. lib.4.* corp. Taruisii.

* Amanium *Amain* Pagus Brabantiæ, seu Episcopatus Leodiensis ad Mosam fluuium Huensi C. proximus.

* 9 Iul. Oda Vidua à S.Floriberto Ep.Leodiensi translata.

* 23 Oct. Oda eadem Dagoberti Regis soror, & mater SS. Arnulphi Ep.Meten. Modoaldi, & Ferreoli Episcoporum, Vandelini mon. & SS. Afræ & Seueræ VV. Amita S.Huberti Ep.An. D. DXC. *Molan.in Indice SS. Belg.*

Amasia, & Amasea, *Amasia* C. A. Cappadociæ in ponto ad Irim fluuium intermeantem, Regia, antiqua, & nobilis Regionis quæ de illa nominatur Metropolis hoc tempore, & Præfecti Turcarum sedes; Ea à Byzantio in ortum ad D. M. P. recedens, ac è Byzantio Tauresium Mediæ Regiam proficiscentibus in via occurrit.

13. Ian. Glaphyra V. sub Licenio Imp. *Metaphr.*

26. Apr. Basileus Ep.m̄. sub Licinio Imp. *Metaphr.*

9. Nou. Theodorus miles m̄.sub Maximiano *Metaphr.*

* Asterius Ep. qui in Conc. II. Nicæno orationem habuit de S.Phoca m̄.

Amastris, *Famastro* C.E. Paphlagoniæ (quæ nunc Bolli vocatur) lit.Episcopalis olim, & inter primas eius Regionis apud Parthenij fluminis ostiam, ab Heraclea eiusdem oræ Ciuitate in ortum tridui itinere distans.

17. Iul. Hyacinthus m̄. *Menolog.*

Amathus *Limisso & Amathussa* Græcis C. A. quondam clara Cypri in ora Insulæ, Meridiana inter Curium, & Citium eiusdem oræ Vrbes, nunc parua, & Pagi potius, quam ciuitatis spetiem præse ferens, Episcopum tamen habet Græci ritus.

23. Ian. Ioannes Eleemosinarius Ep.Alexand. sub Heraclio *Metaphr.* quem tamen alij Alexandriæ obijsse tradunt. corp. Venetijs

16. Iun. Tychon Ep. à S. Epiphanio ordinatus sub Arcadio Imp. *Menolog.*

Ambianum, prius Samarobrina *Amiens* C. F. Belgiæ ad Somonam fluuium sita, eius Regionis, quæ Piccardia dicitur, Metropolis inter Galliæ munitiores, antiquiores, & præstantiores censenda, nisi quod superioribus bellis inter Gallos, & Hispanos, à quibus capta fuerat, longa obsidione à Gallis recuperata, ad maximam solitudinem redacta est. Abest à Lutetia Parisiorum in Aquilonem XXVIII. M.P. Gall., hoc est bidui itinere, quanto à Rothomago in Ortum recedit.

11. Ian. Saluius Ep. S. Honorati successor m̄. sub Chilperico Rege ab Arianis occisus *Cat.lib.1.*

* 15. Firmus Mart. *Cat.lib.2.* corpus inuentum à S.Saluio Ep.

11. Mar. Firminus Abb. in territorio *ex Calend. Ambianen.*

1. Apr. Vualericus Abb. in Pago Vimacensi ad ostium Somonæ flu. qui pagus oppidum non obscurum effectus, nomen ex S.Abb. habet *Sur. tom.2.*

1 Mai. Aciús & Aciolus Mart. *Molan. in additionibus.*
16 Honoratus Ep. *Cat. lib. 2.*
25 Sept. Firminus I. Ep. m̄. *Sub Diocl. Cat. lib. 8.*
20 Oct. Maximus Leuita m̄. sub Decio. *Cat. lib. 9.* Error est, nam non Ambiani, sed Auiæ apud Aquilam passus est.
23 Domitius presb. *Molan. in Additionib.*
Firminus Ep. succ. S. Eulogij. *Cat. lib. 7.*
8 Nou. Godefridus Ep. sub Ludouico Rege. An. D. M CXVIII. *Sur.*
11 Dec. Victoricus Fuscianus socij Quinctini cum Gentiano hospite. m̄. sub Maximiano. *Cat. lib. 1.* corp. à S. Honorato Ep. inuenta.

Ameria *Amelia* C. E. Vmbriæ in finibus Sabinorum, aut procul à Tiberi Narniæ C. proxima, & Hortano, à Tybure X V. M. P. ab vrbe Roma verò ad XL. distans. Vrbs modica, sed peruetus, Roma, si Catoni creditur, multo antiquior.
1 Iun. Secundus m̄. sub Diocl. *ex Monumentis illius Ecclesiæ.*
17 Himerius Ep. corp. Cremonæ *Cat. lib. 5.* obiit Cremonæ.
24 Nou. Firmina V. m̄. sub Diocl. *ex monumentis Ecclesiæ eiusd.*
1 Dec. Olympiades Vir consularis à S. Firmina conuersus m̄. sub Diocl. *ex passione S. Firminæ.*

Amida *Caramit* C. A. maxima nostra etiam tempestate Mesopotamiæ (quæ Regio inter Euphratem, & Tigrim maxima flumina continetur, *& Diarbech* à Turcis nominatur) ad Saocaram amnem inter Carras, & Mirdinum vrbes eiusdem prouinciæ præcipuas, Mediũ ferè tenet Regionis. Eius Ambitus non minor XII. M. P. traditur, Incolæ, quorum ingẽs est numerus, maxima ex parte Christiani sunt, quibus æneis timpanis vti solis licet Turcarum permissione, quorum Præfectus plærumque ibi moratur.
9 Apr. Acatius Ep. sub Theodosio iuniore *Socr. lib. 7.*
6 Aug. Iacobus Eremita *Procop. lib. 1.* eum Persarum Rex viuentem visitauit, & consulit fama sanctitatis illius commotus.

Amisius *Simisos* C. E. Ponti Galatici in ora inter Halis, & Iris amnium ostia, ab Amasea in Septemtrionem itinere diei recedens; Eupatoriæ, quæ & Pompeiopolis dicta est, propior.
20 Mar. Alexandra, Claudia, Euphrasia, Matrona Iuliana, Euphemia, & Theodosia, cum Derphuta, & sorore m̄. sub Antonino. *Metaphra.* licet alij passas sub Maximiano scribant.

Amiternum *Amiterno, & san Victorino* C. E. olim clara Vestinorũ apud Aterni amnis ortum, nunc solo æquata Ecclesia D. Victorino dicata superstite. Ex eius ruinis Aquila C. proxima, ad V. M. P. distans, creuit. Huius sedes Episcopalis, & Forconij vrbis, etiam euersæ, Aquilam translata est.
24 Iul. Milites LXXXIII. m̄. in quibus Florentius, & Felix nominantur, *ex Monumentis Ecclesiæ Aquilanæ.*
5 Sept. Victorinus Ep. m̄. sub Nerua Imp. ad aquas Cutilias apud Reate *Catal. lib. 8.*

Amorium C.E.Phrygiæ magnæ, (quæ est Asiæ Regio pars eius, quæ *Natolia* vocatur) Synnadis vrbi quondam claræ totius Phrygiæ Metropoli finitima.Ea nunc non extat,ut aliæ multæ,ad nihilum crebris Barbarorum incursionibus redactæ.

6 Mar. Quadraginta duo m̄. in quibus Constantius, Theodorus,Theophilus,& Bassus,ex dicta Vrbe orti, sed passi in Syria *Menolog.*

Amphipolis *Seres* C. A. Macedoniæ inter Græciæ Metropoles præcipua, haud procul ab Ora maritima inter Thessalonicam,& Neapolim,quæ Grysopolis dicitur, proxima Philippis ab ea urbe in Eurum recedens.

7 Nou. Auctus,Taurio,& Thessalonica m̄. *Menolog.*

Anagnia,& Anania, *Anagna, seu Anagni* C. E. Latij Hernicorum primaria inter Præneste,& Ferentinum,cui propior est, V. tantum M. P. distans ab vrbe Roma via Prænestine ad L. M. P.

15 Ian. Secundina V. m̄. sub Decio.

3 Aug. Petrus Ep.

19 Magnus Epis. & m̄. sub Decio eodem anno quo passa est Secundina.

25 Sept. Aurelia,& Neomesia V. *ex monum. Ecclesiæ Anagninæ*.

Anastascopolis c. Galatiæ Ancyræ vrbi metropolitanæ finitima, ab ea in Meridiem recedens, sic in Anastasij Costantinopolitani Imp.honorem dicta. Cuius hodie,quod sciam,nihil extat.

22 Apr. Theodorus Ep.An.D. DCXIII. sub Heraclio Imp. *Metaphr.*

Anaunia Regio, seu potius vallis, intra Alpes Rheticas Diœcesis Tridentinæ *Val d'Anagna* Comitatus Tyrolensis, vbi Metho pagus ab vrbe Tridentina XXV. M. P. in Occasum distans.

29 Mai. Sisinius, Martyrius, & Alexander, eò missi ad prædicandum,m̄. sub Honorio Imp. *Ado.* corp.à S.Vigilio Ep. Tridentino inuenta,Tridentum translata sunt.

Anazarbus, & Anazarba,ac Cesarea, penes Anazarbum *Aczar* C.E.Ciliciæ Mediterranea apud Taurum montem Adanæ, & Tharso claris vrbibus finitima, ab eis in Septentrionem recedens. Patria Dioscoridis, hoc tempore Pagus potius videtur, quàm Vrbs.

16 Mar. Iulianus m̄. sub Martiano Preside *Menolog.*

8 Aug. Marinus senex m̄. sub Diocl. *Menolog.*

Ancon *Ancona* C.E. Piceni (quod est Italiæ Regio) lit.Emporium, & portus omnibus Italiæ portubus magnitudine, & securitate præferendus. Vrbs nobilis, antiqua, & Regionis caput, tametsi Præfectus ob comoditatem alibi commoratur. Distat ab vrbe Roma in Septentrionem ferè CL. M. P.

9. Ian. Marcellinus Ep.cuius meminit. *S.Greg. Papa lib.1.Dialog.*

23. Sept. Constantius Mansionarius; de quo *Idem Greg. Ibid.*

8. Oct. Palatiates V. (quā alij Pallantiā vocant) & Laurētia m̄. Sub Diocl.*Catal.lib.10.*

27. Mai. Limbert.Cōf.qui Anconæ Liberius appellatur. *Catal.li.6.* Corp.ibid.

8. Aug. Cyriacus Ep.m̄.Hierosolymis Anconā translatus. *Catal. lib. 8.*

Ancyra

Ancyra *Anguri* C. A. totius Galatiæ Metropolis ampla, & celebris ad hæc vſque tempora, vbi Turcarum Præfectus vrbibus finitimis Ius dicit, ſita non longe à Gallo fluuio, qui apud Germam C. Sangario congreditur, arcem habet in ædito præmunitam cum Turcarum præſidio, media tenè inter Nicæam, & Amaſiam. Ibi An. Dominicæ Incarnationis CCCVIII. Prouincialium Epiſcoporum Concilium habitum eſt. Inhabitatur modo à Chriſtianis, & Turcis ſimul, tanquam cõmune Emporium, in quo ex uellere, & ſerico plurima opera fiunt, in alienas Regiones exportata.

23. Ian. Clemens Ep. Agathangelus m̃. ſub Diocl. *Metaphr.*
22. Mar. Baſilius presbyter m̃. ſub Iulian. *Sozom lib. 5.*
18. Mai. Theodotus, Thecuſa, Alexãdra, Claudia, Faina, Euphraſia, Matrona, & Iulitta V. m̃. *Menolog.*
22. Iul. Plato m̃. *Metaph.*
28. Euſtathius m̃. *Menolog.*
4. Sept. Ruffinus, Siluanus, & Vitalicus puer m̃. *Vſuard.*
7. Nou. Melaſippus, Antonius, & Carina m̃. ſub Iul. *Metaphr.*
29. Filomenus m̃. ſub Aurel. *Menolog.*
10. Dec. Gemellus m̃. ſub Iul. *Metaphr.*
28. Eutychius presbyter, & Domitianus Diac. m̃. *Vſuard.*
21. Ian. Buſiris m̃. ſub Iul. *Euſeb. lib. 5.*
Marcellus Ep. ſub Conſtantio *Hieron. de ſcriptor. Eccleſ.*
6. Apr. Theodotus Ep. qui ſcripſit contra Neſtorium. *Gennad. de Vir. Illuſtr.*

Andania, *Andain*, ſiue *Anden* pagus Germaniæ inferioris ad Moſam flumen Epiſcopatus Leodienſis inter Namurcum, & Huum apud ſeptẽ Eccleſias Cœnobium à Pipino Brabantiæ Duce extructum in ſilua Arduenna.

17. Dec. Begga vidua ſoror S. Gertrudis. An. D. DCXCVIII. *Sigeber. in Chron.*
27. Aug. Theodoricus Abbas An. D. MCL. *Meyerus in Annal. Flandriæ*
2. Oct. Beregius Abb. 1. Andanien. An. D. DCLXXX. *Molan. in Addition.*

Andegauis, prius Iuliomagus *Angers* C.E. Galliæ Celticæ ad Meduanã flumen celebris, & Ducatus Andegauenſis (qui Gallice *Aniou* nominatur) nobilis metropolis, & Academia, inter Cenomanenſem, & Nãnetenſem urbes, à Lutetia Pariſiorum in Occaſum Hibernum itinere dierum ſeptem diſtãs, à Nanneto, & Rhedona ad XV. M. P. Gall. haud longe à Ligerio fluuio vrbs ampla, elegans, & amæna: cuius Ducatus tertiogeniti Gallorum Regis eſſe ſolet.

15. Ian. Maurus Abb. diſcip. S. Benedicti in Pago S. Martini corp. Lutetiæ. *Sur. tomo. 1.*
13. Feb. Licinius Ep. Turonen. IX. ſub Clodoueo Rege. *Greg. Turon lib. 10.*
1. Mar. Albinus Ep. An. D. DLXX. *Greg. Turon. de Glor. Conf. cap. 96.*
13. Sept. Maurilius Ep. ſuper cuius capite columba, dum à S. Martino conſecraretur, uiſa eſt. *Sur. tom. 5.*

16. Oct.

* 16. Oct. Magnobonus Ep. sub Dagoberto Rege. *Maurol.*

* 17. Lupus Ep. *Idem. Maurol.*

Anderlacum *Andelecht* Pagus Brabantiæ ad Sennam fluuium; seu non longe apud Bruxellas C. Brabantiæ Metropolim, & Bigardis pago ad prædictum amnem proximus.

12. Sept. Guido Conf. An. D. MCXII. *Sur. tom. 5.*

* Aninsula *San Carilefus* Pagus Galliæ Celticæ in territorio Vindocinensi apud Ledum flumen, à Vindocino C. haud procul, vbi Monasterium D. Carilepho dicatum.

* 1. Iul. Carilephus presb. Mon. discrip. S. Adiuti *Sur. tom. 4.* Cor. Cenomanis.

* 1. Mai. Siuiardus Abb. dicti Monasterij An. D. DCVIII. *Sur. tom. 3.*

Anglia *Inghilterra* Albionis, siue magnæ Britanniæ Insulę magna pars Galliæ Celticæ, hoc est Normandiæ, Britanniæ minori ac Belgicæ, seu Picardiæ adiacens à Caleto vrbe Picardiæ munitissima freto XXX. M. P. disiuncta. Diuiditur autem tota Britannia in duo Regna, Scoticum quod ad Septemtrionem spectat, & Anglicum, quod vergit in Austrũ, altero triplo maius, à quo Tueda, & Cluda fluminibus disterminatur. Porrò Anglicum in tres partes secatur, in Angliam, à qua, vti à maiore denominatur in Ortum, & Meridiem extensam, in Vualliam, quæ tanquam bicornis in Austrum, & occasum producitur, & in Cumbriam in occasum, & Septemtrionem, vbi Scotiæ coniungitur, spectantem. Totius Angliæ Regia est Londinum vrbium Britannicarum maxima, & Emporium toto orbe celeberrimum, ad Thamesim flumen sita.

5. Ian. Eduardus Rex sub Nicolao Pap. An. D. MLXVI. *Sur. tom. 1.*

12. Benedictus Abb. Bedæ doctor sub Agathone Pap. *Bed. lib. 4.*

23. Feb. Milburges V. Filia Regis Merciorum Heboraci. *Mol. in Addition.*

24. Edilbertus Rex Cantiorum à S. Augustino Ep. conuersus Cantuariæ *Bed. lib. 1.*

8. Mar. Felix Ep. Anglorum Orientalium An. D. DCXXX. *Bed. lib. 2.*

24. Apr. Melitus Ep. 1. Londinij à S. Greg. Pap. missus cum S. Augustino. *Bed lib. 1.*

27. Mai. Beda presb. doctissimus An. D. DCLXXVIII. *Catal. lib. 5.*

7. Iun. Robertus Abb. Cisterciensis An. D. MCLIX. *Sur. tom. 3.*

7. Iul. Hedda Ep. Schireburnensis An. D. MLI. *Bed. lib. 3.*

7. Edilburga filia Regis Anglorum Abb. Brigensis in Gallia An. D. DCLXXX. *Martyrol. Bened.*

Alij hanc Reginã, & uxorem S. Iuæ Regis Angl. occidental. Abb. Berchyagensem An. D. DCCXL. *Ex Chorographia Britan.*

5. Aug. Osuualdus Rex An. D. DCLXII. *Bed. lib. 2.*

29. Sebbus Rex. *Bed. lib. 4.*

16. Sept. Editha V. filia Edgari Regis Anglorum An. D. DCCCCLXXX. Soror S. Eadburgæ. *Sur. tom. 5.*

3. Nou. Vuenefrida V. m. à Cadato filio Regis pro castitate occisa.

ciſa. An. D. DCLX. *Sur. tomo 6.*

10. Iuſtus Ep. I. Rhoffenſis à S. Auguſtino ordinat. An. D. DCXXXII. *Bed. lib. 2.*

20. Eadmundus Rex m̃. *ex vita S. Donſtani Ep.* corp. Cantuariæ.

4. Dec. Oſmundus Ep. Sariſberienſis *Ranulphus lib. 7.*

2. Mar. Gulielmus presb. An. D. DCXXX. *Speculum. Vinc.*

11. Mai. Frimundus Rex Merciorum à fratre cauſa Regni occiſus. An. D. DCCXL. *Ex Tropheo Eccleſ. Anglic.*

5. Iun. Adelarius Ep. & m̃. diſcip. S. Bonifacij An. D. DCCLIIII. qui potius Friſiæ, quã Angliæ adſcribi debet. *Cratepol.*

18. Iul. Eadburga V. Regia ſoror S. Editæ. An. D. DCX. in Pago Eaburron.

30. Leofrona Abb. Mildreda, cum multis monachis, & monialibus m̃. ſub Danis An. D. MXXV. *ex Martyrolog. Benedict.*

31. Neotus monachus, cuius hortatu Aluredus Rex Academiam oxonienſem rexit An. D. DCCCLXXX. *Polydor. lib. 6.*

5. Aug. Egbertus Ep. Eboracen. *Ex Vit. S. Oſualdi Regis.*

* Edgarus Rex, qui ſingulis annis ſingula Monaſteria ædificauit *ex Vit. S. Doriſtani.*

11. Oct. Edelburga ſancti Earcumualdi Epiſcopi ſoror, & Abb. Berchyngen. *Tritem. lib. 3.* An. D. DCLXXV.

7. Oct. Oſitha V. m̃. ſub Danis An. D. CCLIII. in Mon. Cichen. *Sur. tom. 5.*

13. Colomanus m̃. in op. Stocheranenſi *Sur. tom. 5.*

17. Nou. Hilda V. & Abb. Streaneshalcen. An. D. DLX. *Bed. lib. 4.*

Ioannes Monachus diſcip. S. Greg. Pap. An. D. DCXX. *Tritem lib. 4.*

7. Iul. Earcongata V. *ex Vit. S. Edilburgæ.*

31. Aug. Cuthburges V. & Regina, quæ ædificauit Monaſt. Vuimburnen. An. D. DCCXXVII. *Martyrol. Benedict.*

Eanſuuida V. & Abb. Folchſtonen. filia Regis Cantiorũ An. D. DCXL. in teritor. Cantuar. *Martyrol. Benedict.*

Antinous *Antios* C. E. Aegypti olim Epiſcopalis in Ripa Nili vlteriore media ferè inter Babylonem, *Quæ Cairus* dicitur, & Copton, *quæ Cana* nominatur, vrbes noſtra quoque tempeſtate celebres.

23. Ian. Aſclas m̃. ſub Diocl. *Metaphr. in paſſ. S. Thyrſi, & Catal lib. 3.*

8. Mar. Philemon, & Apollonius Diac. cum Adriano, & Theotico, cum aliis tribus m̃. ſub Diocl. *Catal. lib. 3.*

22. Sept. Irais V. Alexandrina m̃. cum ſocijs *Menol.*

* 11. Helias Abb. *ex Vit. Patrum.*

Antiochia cognomento magna *Tachia* Turcicè (nam apud alios nomen retinet antiquum) C. Syriæ quondam ampliſſima, & clariſſima, ad Orontem fluuium inter Aleppum, aliàs Hierapolim, maximã hodie tertius Syriæ vrbem, & Tripolim, Patriarcharum etiam his tẽporibus ſedes, quam multi Chriſtianorum, maximè mercatores vnà cum Turcis, &

& Hebræis incolunt, tametsi valde à pristinis magnitudine, & splendore decidit. Distat à Hierapoli in Occasum Hibernum bidui itinere, à Tripoli verò paulò amplius. *Hic* Martyrum infinitus prope numerus. Episcopi quam plures, quorum aliquot recensere libet.

24. Ian. Babylas Ep. XIIII. m̄. sub Decio *Metaphr.*
12. Feb. Meletius Ep. XXIII. doctissimus sub Damaso Papa. *Metaphr.*
13. Agabus propheta ex LXXII. discip. De quo *in act. Apost.*
9. Apr. Prochorus Diac. ex LXXII. discip. m̄. *Metaph.*
10. Macarius Ep. An. D. MXII. *Sur.*
21. Anastasius Ep. sub Iustiniano Imp. *Niceph. lib.* 17.
25. Stephanus Ep. m̄. sub Zenone Imp. *Euagr. lib.* 3.
6. Mai. Euodius Ep. II. post Petrum. m̄. sub Nerone *Euseb. lib.* 3.
4. Iul. Flauianus Ep. XXIIII. sub Anastasio Imp. *Niceph. lib.* 16.
16. Eustachius Ep. sub Constantio Imp. Traianopoli obijt *Menol.*
22. Cyrillus Ep. XIX. *Euseb. lib.* 7.
* 23. Aug. Zachæus Ep. I. post Petrum *Catal. lib.* 7. Videtur idem cum Zachæo Ep. Hierosolymit.
13. Theophilus Ep. VI. à Petro Apost. ord. *Hieron. De script. Eccles.*
17. Heron Ep. m̄. post S. Ignatium *Euseb. lib.* 3.
18. Asclepiades Ep. m̄. sub Seuero. *Hieron. de Scrip. Eccl.*
30. Serapion Ep. *Euseb. lib.* 6.
10. Nou. Demetrius Ep. *Vsuard.*
27. Basilius Ep. m̄. *Metaphr.*
20. Dec. Philogonius Ep. qui scripsit contra Arium. *Chrysost. tom.* 3.
21. Anastasius Ep. m̄. sub Phoca à Iudæis occisus *Niceph. lib.* 18.

Antiochia Pisidiæ, *Thachia* Turcis *Antiochia*, Nobis. C. A. Pamphyliæ (sub qua Pisidia Regio continetur) Mediterranea à D. Paulo Apostolo Christianæ fidei præceptis imbuta, vti in Actibus Apostol. legitur, olim inter præcipuas vrbes habita, atquè totius Regionis in hodiernum vsquè diem Metropolis, & Turcarum Præfecti sedes, ab Iconio in Occasum bidui itinere quantum fermè in Septemtrionem a Pergensi Ciuitate dissita.

19. Apr. Georgius Ep. exul ob sacras imagines *Menolog.*
28. Sept. Marcus, Alphius, Alexander, & Zosimus fratres, Nicon, Neon, Heliodorus, & alij triginta milites, à Marco conuersi m̄. sub Diocl. *Menolog.*
22. Nou. Marcus, & Stephanus m̄. sub Diocl. *Menolog.*
* 17. Iul. Marina, siue secundum alios Margarita m̄. *Menolog.*
20. Marina V. m̄. *Metaphr.* videtur eadem cum superiore.
27. Nou. Basileus Ep. Seleuciæ *Metaphr.* Idem fortasse cum eo, de quo *Ado* ad diem XX. Decemb.

* Antipolis *Antibo* C. Galliæ Narbonensis in ora Prouinciæ lit. inter Niceã, & forum Iulium, vrbes eiusdem Prouinciæ à Nicea in Occasum uix VI. M. P. distans, olim Episcopalis, nunc oppidum est, & portus, se de

Epi

Episcopali Grassam proximam vrbem in mediterraneis translata.
1 Apr. Hugo Ep. Gratianopolitanus contemporan. S. Brunonis Carthusianorum Institutoris.

Antisiodorum *Auxerre* C. E. Galliæ lugdun. Episcopalis ad Itunam flumen in Burgundiæ Ducatus Briæ, & Vastiniæ Regionum confinio inter Senones, & Heduos constituta, atque inter Niuernum, & Trecas ab eis diei itinere recedens, antiqui Comitatus Metropolis, quam non nulli Autricum prius dictam putant, cum Autricum ciuitas sit Carnutum distat à Lutetia Parisiorum in Euronotum itinere tridui, ac hoc tempore sub Niuernensi Ducatu continetur. Hic An. D. DCXIII. concilium Prouincialium Episcoporum, quorum Metropolitanus Episcopus Senonen. est habitum fuit.

20 Apr. Martianus præbr. *Molan. in Addit. Galesf. addit Mamertinum presbyterum*.
1 Mai. Amator Ep. VI. *Sur. tom. 3.*
4 Curcodomus Diac. prædicti Ep. alij Concodanũ vocant.
5 Iouinianus lector m̃. *ex Gest.* S. *Peregrini Ep.* m̃.
8 Helladius Ep. V. S. Amatoris præcessor, & successor S. Valeriani sub Constantino Imp. *Molan. in Addit.*
16 Peregri. Ep. I. & m̃. sub Adriano à Xisto Pap. missus *Sur.*
22 Helena V. sponsa S. Amatoris Ep. *Catal. lib. 2.*
26 Priscus m̃. cum alijs multis sub Aurel. *Catal. lib. 5.*
10 Iun. Censurius Ep. X. *Democharis lib de Sacrif. missæ.*
17 Iul. Theodosius Ep. successor S. Vrsi sub Clodoueo Rege *Democh. ibid.*
27 Aætherius Ep. XVIII.
30 Vrsus Ep. X I. *Democh. ibidem.*
16 Aug. Eleutherius Ep. XVI. sub Pelagio Pap.
31 Optatus Ep. XIV.
25 Sept. Ancharius Ep. XIX. sub Guntrameno Rege.
29 Fraternus Ep. IX. m̃. eodem die electus, & occisus.
5 Oct. Firmatus Diac. & Flauiana V. germani *Ado.*
6 Romanus Ep. XVII. sub Benedicto Pap.
19 Dec. Gregorius Ep. XIII. sub Siluerio Pap.

* 29 Mar. Mamertinus Abb. à S. Amatore Ep. conuersus *Cat. lib. 4.*
13 Mai. Marcellinus Ep. II.
18 Treticus Ep.
21 Valens Prætor, & Valens m̃. *Ado.*
22 Romanus Abb. S. Benedicti minister *Maurol.*
17 Iul. Vigilius Ep. m̃. sub Cõstã. Iuniore apud Cõpẽdiũ. *Cat. li. 5.*
28 Sept. Allodius Ep.
4 Oct. Marsus præbr.
Valerianus Ep. IV.
Palladius Ep.
Valerius Ep. III.
Haymarus Ep.
10 Aug. Hugo Ep. An. D. MCXXVI. *Tritemius in Chrõ Hirsaug.* sunt autem Ep. omnes numero XXII. *ex tabulis Ecclesiæ Antisiodorensis, & Democharidis.*

Antrus, Insula, non Ligeris amnis agri Andegauensis, vt nonnulli per errorem scribunt, sed Oceani Aquitanici, cōtra Garumnę fluminis ostia, & Curianum promontorium, Vliaro Insulę proxima, quæ vulgo *Cordouan* dicitur in ea Monasterium, *vbi*.

25. Mar. Hermelandus Abbas. An. D. DCXC. *Sur. tom.* 2.

Apamea, *Aman.* C. E. Syriæ nostra quoque tempestate clara, in Valle apud Orontem fluuium intra Libanum montem sita, Emesæ proxima inter Antiochiam, & Neliopolim, media penè inter Aleppum, & Damascum maximas Syria vrbes Apamenes, Regionis caput, & Turcici Præfecti sedes.

14. Aug. Marcellus Ep. m̄. sub Theodorico à Gentilibus occisus. *Sozon. lib.* 7.

9. Dec. Iulianus Conf. sub Seuero. *Euseb. lib.* 5.

* 18. Iul. Mauritius. cum alijs. LXX. militibus, in quibus Theodorus nominatur, m̄. sub Maximiano *Metaph.*

Iunias. Ep. I. ex LXXII. Discip. *Gales.*

Apamia, *Apamis*, & *Apami.* C. E. Phrygiæ magnæ cognomento Cibotos olim multarum vrbium conuentus, & Metropolis, ad montis radicem sita; Marsya amne circum irrigata, Laodiceæ, & Antiochiæ ad Mæandrum finitima ab Epheso in Ortum ad CXX. M. P. distans, hoc tempore longe minor.

10. Mar. Caius, & Alexander m̄. sub M. Antonino, & L. Vero. *Eusebius. lib.* 5.

30. Oct. Maximus m̄. sub Dioclitiano. *Menolog.*

* 14. Aug. Aristarchus Ep. I. ex LXXII. Discip. *Doroth. in Synopsi.*

* Apamia Bitiniæ, prius Myrlea Hamous, C. in ora maritima Bithyniæ quondam non obscura inter Dascylium, & Cyzicon Niceæ vrbi Mediterraneæ aliàs celeberrimæ finitima, hodie ignobilis, & vix inter vrbes habita.

* 26. Dec. Theodorus, & Theophanes m̄. sub Theophilo pro cultu Sanct. Imag. *Metaphr.*

Apamia, siue Apamica, *Pamiers* C. E. Galliæ Aquitanitæ ad Garumnam flumen media inter Tolosam & Mirapiscas, Fluxo oppido proxima, à Tolosa, quæ Regionis caput est, & Metropolis, in Eurum ad VII. M. P. Gall. distans.

2. Sept. Antonius m̄. sub Dioclitiano *S. Antonius in Chron. Par.* 1. alijs videtur passus fuisse Apamiæ Bithyniæ. *Galis.* scribit hunc Apamię in Syria passum. cum passus sit in Gallia. Qui autem passus sit in Syria, de quo Theodoretus scribit, diuersus est ab hoc, de quo.

Aphrodisia, *Apodisia* C. quonam Cariæ Episcopalis, haud longe ab vlteriora ripa agitur Mæandri fluminis, Nysse, Trallibus, Magnesiæ, & Antiochiæ, alijsque vrbibus Cariæ & Lydia finitima.

3. Mai. Diodorus, & Rodopianus m̄. sub Dioclitiano. *Menolog.*

Apollonia, Mysiæ, seu Bythiniæ, C. olim Episcopalis apud montis Olympij radices, & Rhyndacum amnem super lacu, qui hodie vnam cum Ciuitate *Iubat* nominari videtur apud Turcas, tametsi alijs *Lupadi* dicitur.

20. Mar.

20. Mar. Nicetas Ep. pro sacris Imag. in exilium missus *Metaphr.*

* 4. Nou. Ioannicius Abb. sub Michale Imp.

Apollonia alia, *Apolline* C. E. Macedoniæ quondam clara, in ora maris Ionij, inter Dyracchium, &. Aulonem Albaniæ (sic pars illa Macedoniæ vocatur) vrbes præcipua, quondam litterarum studijs Florens, vbi Octauianus Augustus litteris operam dabat, cum Romæ Cęsar à coniuratis interfectus est. Ea hodie vix ciuitas dici potest apud Loum flumen ab Aulone parum in septentrionem recedens, & flumini nomen tribuens.

18. Ian. Thyrsus, Leucius, & Callinicus m̄. sub Decio *Metaphr.*

17. Iun. Isaurius Diac. Inocentius, Feliyx Hieremias, & Peregrinus, Athenienses m̄. *Menolog.*

* 19. Febr. Ammonia, Coincta cum alijs X. m̄. sub Decio. *Maurol.*

* Aquæ Gradatæ, non *Grado* Insula, cum Op. quo se Patriarcha Aquileiensis post Aquileiæ excidium recepit; Sed S. *Cantiano* Pagus proximus Aquileiæ ad III. M. P. in ora litorali, sic postea in honorem Sancti Cantiani vocatus.

24. Non. Chrysogonus m̄. sub Dioclitian o. *ex Bre u. Rom.*

Aquæsextiæ, *Aix* C. A. Galliæ Narbonensis Prouinciæ (sic enim pars Galliæ inter Rhodanum, & Varum dicitur, quod à Romanis Prouincia ef fecta fuisset) Metrop. Massyliæ ciuitati maritimæ, & Arelato finitima. Ibi Senatus, ac vicinarum vrbium, & totius Prouinciæ Conuentus. Vrbs ampla, ciuium multitudine, opibus, & ædium structura alias antecedens Ab Auenione in Cæciam ad XII. M. P. Galli. abest, à Massilia in septemtrionem VI.

8 Iun. Maximinus Ep. I. S. Lazari comes, & ex LXXII. Discip. *Catal. lib. 5.*

13 Nou. Mitrius, siue Demetrius, vt aliis legunt, m̄. *Turon. de Glor. m̄. cap. 6.*

* Chelidonius, siue Cedonius Ep. S. Maximini coadiuctor, quem ferunt fuisse cęcum illum à natiuitate, à Domino nostro curatum *Catal. lib. 5.*

* Aquæ Statiellæ, *Acqui* C. E. Liguriæ ad Burmidam flumen preterfluentem in edito loco sita, vrbs antiqua, sed parua. Montisferrati balneis salutaribus, atquè ex remotis etiam vrbibus, multi diuersis morbis laborantes sanitatis ergo confluunt, clara Alexandriæ Hastæ, & Albæ Pompoiæ finitima, ab Alexandria in Notum libycum ad XV. M. P. recedens.

* 2 Iul. Guido Ep.) Corp. ibidem. *ex Monumen. & Tab.*
* Maiorinus Ep.) *illius Eccles.*

Aquæ Taurinæ, locus propè vrbem Veterem, seù Centū Cellas in Hetruria; qui ab urbe Centumcellensi III. tantùm M. P. distabat versus, Muniones ostia. ibi Aquæ calidæ seù Thermæ scaturiebant. Sūt & Aquæ Taurinæ, *Acqua pendente* Op. Hetruriæ amplum, quod Aquisium, & Aquula dicitur apud Pilium amnem.

22 Dec. Fluuianus in exilium missus sub Iuliano Imp. *ex pass. S. Bibianæ.*

Aquæ Duræ, Non *Ach* oppidulum Germaniæ in Sueuia ad amnem paruum eiusdem nominis, qui in lacum Podamicum influit, à Constantia Ciuitate V.M.P. German. in Circium distans. Tulinge urbi, ad Danubiũ proximum. Sed *Ander Thur* fluuius Heluetiorum, qui in Rhenũ apud forum Tiberij: quod Incolæ *Zurzach* dicunt, inter Constantiam, & Basileam, ibi insignis Varenæ V. memoria. Cuius corpus nunc in Rothensi Monasterio, quod à Cõstãtia IIII. M. Germ. distat, quiescit, & colitur.

1 Sept. Varena, siue Verena V. *Molan & Bed.*

Aquila C.E. Vestinorum in Aprutio (quod Italicæ Regio est, Regniquè Neapolitani pars primaria, & caput, ex ruinis Amiterni, & Forconii vrbium proximarum solo æquatarum Federico. II. Imp. edificata in colle apud Aternum flumen, à Neapoli in Septentriones, & Circium ad CXXX. M.P. distans, media penè inter eam, & Anconem Romæ dimidio propior.

20 Mai. Bernardinus Senẽ. ord. Minorũ, An. D. MCCCCXLIIII. *ex Bulla Nicol 5.*

11 Aug. Equitius Abb. in Valeria Prouincia Pizoli op. apud Aquilam. *S. Greg. 1. lib. Dialog.*

20 Oct. Maximus Diaco. m̃. Ex *Actis in Eccles. Aquil.*

30 Dec. Raynerius Ep. Ex *Monumen. dictę Eccles.*

Aquileia *Aquileggia* C.P. Carniæ, siuè, & nunc dicitur, Fori Iulii, maxima Metropolis olim omnium vrbium Italicarum, Roma vna excepta, amplissima, & preclarissima, vti vestigia ipsius adhuc extantia testantur, apud Natisonem fluuium à mari XVI. M. P. recedens, ab Attila Hunnorum Rege vnà cum alijs multis vrbibus Italiæ solo æquata, cuius hodię preter rudera Ecclesiam Cathedralem, Monasterium Virginum, & paucas aliquot ædiculas, quas Rustici habitant, nil aliud extat. Patriarcha, qui Vtini agit, eò vnà cum Canonicis ad sacra facienda sollemnioribus diebus solet se recipere. Distat à Mediolano CCLXX. M. P. A Venetijs ferè C.

16 Mar. Hilarius Ep. & Tactianus Dioc. cum Felice, Largo, & Dyonisio, m̃. sub Numeriano *Catalog. lib. 3.* Corp. Ibidem.

31 Mai. Cantius, Cantianus, & Cantianilla, fratres, cum Protho pædagogo, m̃. sub Diocl. *Catal. lib. 5.* Corp. Mediolani.

11 Iun. Felix, & Fornatus, fratres, Vicentini, m̃. sub Diocletiano *Mombr. tom. 2.* Corp. Felicis ibi. Fortunati Vicentiæ.

12 Iul. Hermagoras Ep. I. discip. Marci Euangel. cum Fortunato Diac. m̃. sub Nerone. *Catal. lib. 6.*

3 Sept. Euphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma, V. m̃. sub Nerone à S. Hermagora sepultæ. *Catal. lib. 8.*

7 Anastasius m̃. *Moland. in Addit.* Et *Tabulæ Eccles. Aquileien.*

27 Valerianus Ep. sub Valentiniano Imp. *S. Hieronym. in Epist.*

2 Dec. Chromatius Ep. S. Hieronimi presbyteri, & S. Heliodori Episcopi Altinen. contemporaneus. *Catal. lib. 7.*

20 Aug.

20 Aug. Leuntius,& Carpopherus,m̃.sub Diocl. ab igne nil læsi. *Catal.lib.7.*

* 27 Dec. Zoilus presbr.qui S.Chrysogonum sepelijt. *Maurol.* Primus Cabillonensis Epi. Gregorium martyrẽ hic scribit sed puto, eũ pro Chrysogono Gregoriũ scripsisse.

Aquinum, *Aquino* C.E. Samnij in Campaniæ,& Latij confinio, apud Fibrenum fluuium Casino,Soræ,Arpino,Verulis,& Fregellis finitima, à Neapoli ferè XLVI. M.P.in Circium distans. Olim clara,& frequens, sed à Corrado Imp.vastata, ad solitudinem maximam redacta est, vt Aedes hodie vix c.contineat.

30 Mart. Clinius conf.
22 Mai. Fulcus conf. } *ex Monum. Eccles. Aquin.*
1 Sept. Constantius Ep.

* Aquiria, *Aggher* Pagus Brabantiæ in territorio, & Diœcesi Antuerpiensi apud Scaldim flumen inter Antuerpiam ciuitatem, à qua in Septemtrionem abest X.M.P. Belgicis, & Bergam oppidum ad memorati fluminis ostia,vbi feminarum Cęnobium.

16 Iun. Lutgardes V. An.D. MCCXLVI. *Sur.tom.3.*

Aquis granum, *AKen* Germanis,& Aquis grana Italis c. Germaniæ inferioris in Ducatu Iulijacensi libera,siue,vt aiunt, Imperialis inter Iuliacum, & Leodium V I. M. P. Belgicis vtrinquè distans,vrbs celebris, & Imperatorum Germanorum coronatione clarissima, à Grano,vt ferunt,Neronis fratre condita, sicquè quasi Aquæ (quæ ibi sunt) Grani appellata.

* 28 Ian. Carolus magnus Imp. An. D. DCCCXXXVII. inter Diuos à Paschale II.relatus. *Ex Calend.Belg.*

30 Sept. Leopardus m̃.sub Iuliano. *Ex Tabul.Eccles Aquis gran.*

* 4 Nou. Gregorius Gręcus Cęnobij Porrati autor,& primus Abb. quod Cœnobium nunc Moniales ord. Cistercien. tenent. *Molan.in Addit.*

Arabia,Asiæ Regio amplissima,inter Sinum Arabicum, & Persicum comprehensa, & Oceano Indico in Eurum alluta in tres partes ingentes diuisa,hoc est in Arabiam desertam,quæ Mesopotamię,& Siriæ adheret, in Petream,sic à Petra Metropoli dictam,Iudeæ,& Aegypto conterminam ; & in Felicem,cæteris multo maiorem, &cultiorem, ac in multa Regna diuisam,ab incolis Ayaman appellatam,quæ merito Felix dicta est,nam cum reliquæ duæ montibus,& solitudinibus plenæ sint, & raras habitationes habeant,hæc solum habet feracissimam gemmas proferens,& aromata,ac urbium, oppidorumquè infinitam propemodum multitudinem continet.Cuius habitatores militiæ, litterarum studijs, mercimonio,elegantiæ morum,vestitus,& ædificiorum,dant operam.

21 Febr. Petrus Ep. Damascenus m̃. à Saracenis occisus in Arabia deserta; licet Martyro. Rom.hunc martyrem,non episcopum faciat,prout ex eius Historia apparet.

22 Plurimi martyres sub Maximino *Martyrol.antiq.*

27 Iul. Plures martyres sub Dunaan tyranno apud Homeritas *Metaphr.*

20 Dec. Eugenius,& Macarius presby.m̃. sub Iuliano Imp. Menol. *quos Galesinus in Mauritania passos scribit.*

5. Apr. Therme V. & Pherbuta soror, m̄. sub Maupta mago *Metaphr.*

* 20 Timon Ep.m̄.in Vesogorina ciuitate *Catal.lib.4.*

Arabissus C. fuit Armeniæ minoris episcopalis non obscura, Mauritij Imp.patria,inter Comana Cappadociæ, & Melitenem vrbem eiusdem Prouinciæ Metropolim,sita, à qua in Occasum Hibernum, siuè in Africum distabat. Comanis multo propior, cuius hodie nequè nomen durat,nequè locus indicatur.

28 Dec. Cesarius m̄.sub Galerio,& Maximino *Menolog.*

Arausio,quæ etiam Arausica,& Aurasica dicitur, *Oranges* C.Galliæ Narbonensis Episcopalis,Prouinciæ Carpentoracti, & Auenioni proxima ad Argentium fluuiolum, Principatus titulo honestata, & Academia, cuius Episcopus Primas Regionis est.Distat ab Auenione IX.M.P.Gall. inter Septemtrionem,& Ortum,à Carpentoracte duobus.

27 Mai. Eutropius Ep.I.S.Maximini episcopi Aquen.Synchron. *Sur.tom.3.*

* Verus Ep.qui S.Eutropij vitam scripsit sub Valētiniano.

17 Oct. Florentius Ep. vel Florentinus vt in Martyrol. Rom. ut apud Molan.

Arbela *Erbel* C. Assyriç,ex qua Regio Arbelitis dicta est,vltra Tigrin fluuium,primum Vicus ignobilis, sed ob deuictum ibi vltimo prelio Darium Regem Persarum ab Alexandro magno,memorabilis effecta est, durat adhuc nomen loco,& facti memoria.

1 Dec. Ananias m̄. quē Gales.in Græcia passum scribit. *Menol.*

Arbona, *Arbon* prius Arbor felix, oppidum Heluetiæ ad lacum Podamicum,siue Constantiensem,haud longè ab urbe S. Galli mercimonio celebri,ac inter oppida, & vrbes Helueticas non infima, quæ ex Cœnobio creuit in vrbem;medium est inter Brigantium, & Constantiam.

16 Oct. Gallus Ab.discip.S.Columbani sub Dagoberto Rege,ex quo vrbs nomen accepit. *Sur.tom.5.*

* Arbus Aethiopiæ sub Ægipto,Pagus fuit in Ripa Nili vlteriore, citra Meroen Insula inter Premin magnam, & Napathan quondam Candacis Reginæ Regiam,qui an extet incertum est.

* Felix Ep.m̄.sub Hunnerico Rege *Primus Cabilunensis.*

Archiacum, *Archy* Pagus prius, hoc tempore oppidū Galliæ Lugdunensis in ea Regione, quam Campaniam vocant in territorio,& Diœcesi Trecensi, vbi Cistertiensis ord.Monasterium.

26 Feb. Victor monachus Monasterij Arrimarensis. *ex Breuiar. Cisterc.* de quo sermones extant apud S. Bernardum.

* 22 Ian. Vlfus m̄.Maurol.

* Area *Aire* oppidum, seù Ciuitas Galliæ Belgicæ in Artesia ad Legiam fluuium inter ciuitatem Audomarensem, & Bethuniam Taruannæ, & Liberio proxima,ab Audomaro in Eurum IIII.M.P.Belg. ab Atrebate in Septemtrionem duplo interuallo paulo plus distans.

17 Iun. Iulianus conf. & Badullus Abb. *Ex Tabul. Eccles. Ariensis.*

* 21 Mai. Itisborga Virg.filia Pipini Regis. *Molan.in Addit.*

10 Oct. Venantius,filius S.Amalbergæ Eremita,& m̄. à latronibus occisus.An.D.DCXC. *Molan.in Addit.*

Arelate,

Arelate,siue Arelatum, *Arles* C. A. antiqua, & præclara Galliæ Narbonensi,ad Rhodani,vbi is in duo capita scinditur, citeriorem ripam inter primas Prouinciæ vrbes,inter fossas Marianas, & Massyliam Tarasco proxima,ab Aquis Sextijs in Occasum vix diei itinere distans. Massyliæ,& Auenioni etiam finitima. Vbi multa vetustatis monumenta,& magnitudinis inditia cernũtur,in ijs Amphitheatrum, & columnæ marmoreæ ingentes duæ,quas Herculis esse ferunt.

16 Ian. Honoratus Ep.prius Ab.Lerin.sub Theodosio, & Valentiniano, *Gennadius de Viris.Illust.cap.69.*

5 Mai. Hylarius Ep.success.S.Honorati. *Idem Gennad.*

25 Aug. Gennesius exceptor m̃.sub Diocl. *Sur. tom.4.*

27 Cesarius Ep.sub Symmaco Pap.S.Eucherij episcopi Lugdun. Synchr. & S. Siluestri episcopi. Cabilun. *Sur. tom.* 4.

7 Sept. Augustalis Ep.S.Hilarij Synchr. sub Leone Pap. *Bed.*

* 2 Aegidius Ab.sub S.Cæsario apud ostium,Rhodani. *Catal.lib.*8.

29 Dec. Trophimus Ep.I. à D.Paulo Apostolo ordinatus, cuius fit mentio in Epistola ad Timoth.

5 Mar. Virgilius Ep.ex Mon.Lerin.S. Greg. Papæ familiaris *ex Tabul.Lerinen.*

Heros Ep.ante Sanctum Honoratum discip.S. Martini. *Ex vita eorundem.*

Leontius Ep. *Ex vita S.Honorati.*

29 Apr. Regulus Nicenus Ep.II. comes S. Dionisij Areopagitæ. *Vsuard.*

* Arethusa C. quondam Syriæ Episcopalis,inter Apameam, & Heliopolim ab ijs in ortum Arabiam desertam versus recedens, æquo XVI.M. P. interuallo inter Epiphaniam,& Hemesam dissita.Quæ nisi quæ *Fornacusa* nunc dicitur,sit,non extare videtur.

* 29 Mar. Marcus Ep.m̃. sub Iuliano cuius laudes Naziãzenus celebrat. *Sozomen.lib.6.*

Aretium *Arezzo* C. Etruriæ Episcopalis perantiqua, & vna ex primis, antiquioribusquè Etruscorum Colonijs haud longè à Glanæ fluuio, media inter Florentiam, & Perusiam vtrinquè XL. M.P. distans colle paululum assurgens. Ea ante Florentiæ erectionem maximè floruit, ac de primatu,cum cæteris Etruriæ vrbibus,diù certauit, sed intestinis discordijs agitata,mediocrem hodie fortunæ statum retinet.

3 Iun. Pergentinus,& Laurentinus m̃. sub Decio. *Catal. lib.* 5. corp.ibid.

14 Gaudentius Ep.& Culmatius Diocl. m̃. sub Valentiniano *ex Tabul.Eccles.*

16 Iul. Hilarinus monachus m̃.sub Iuliano ex pass.S.Donati corpus Ostiæ

7 Aug. Donatus Ep.m̃. *Greg.lib.*1.*Dialog.*

* Satyrus Ep.ante S.Donatum m̃.sub eodem Imp. cũ quo fuerat in Religione Christiana nutritus.

Argentomacus. *Argenton.* oppidum Galliæ Celticæ in Bituricensi Ducatu ad Crusam fluuium inter Bituricam Regionis Metropolim, & Lemouicum

mouicum ciuitatem, iuxta cuius fines situm est. Est huius nominis quoquè opp. in Normandia ad Olinam flumen Fallesiæ oppido proximum in Sagiensi Diœcesi non obscuri nominis.

29 Iun. Marcellus m̃. cum Anastasio viro militari. *Catalog. lib.6.*

* Argentanum, *S.Marco.* C.E. Brutiorum mediterranea in Calabria Citeriore, inter Temesam, cui in episcopali dignitate successit, & Cosentiã Regionis Metropolim, à qua in Africum ad VIII.M.P.recedit. Balbiæ etiam, quæ Altus mons dicitur, & Vffugo, ac Summurario siue Castrouillarum finitima.

14 Sept. Dominata m̃.cum Senatore, Viatore, & Cassiodoro filijs. *Ex Martyrol. Vsuard.*

Argentoratum, *Argentina* Italicè & *Straesburg.* Germaniæ C.E.antiqua Germaniæ superioris, in Rheni citetiore ripa, vbi Elsa annis Rheno miscetur, Alsatiæ Regionis caput, vrbs ampla, elegans, populo plena, & opibus, ciuibus mercaturæ deditis, forma quasi constans rotunda, turrimquè habens excelsissimam, totius Germaniæ munitissima, cui paucas, in tota Germania vrbes comparare valeas, cum quod ad vrbis felicitatẽ spectet, nihil desiderari videatur, nisi quod Cattholicam fidem abiecit. Duos habet hoc tempore episcopos, vnum Catholicum, Hæreticum alterum, quem intra menia ciuitatis habitare permittit, Catholicus verò extra multis abhinc annis agit. Tabernæ vrbe proxima.

21 Iul. Arbogastus Ep.III.vel II.vt alijs placet succ.sancti Amãdi.Sub Dagoberto Rege, cuius filium mortuum suscitauit. *Ex vita per Vthonem Episcopum eiusdem Ciuitatis scriptam.*

15 Oct. Aurelia V. *Molan.in Addit.*

7 Nou. Florentius Ep.succ.S.Arbogasti *Sur.tom.6.*

13 Dec. Othilia V.An.D.DCC.quam ferunt natam cęcam, lumẽ in baptismo recepisse. *Idem Molan.*

15 Nou. Amandus Ep.I.primum Aquitaniæ, deinde Argentorati, eò à Dagoberto missus. *ex Tabul. Eccles. Argentinen.* tamen videtur Episcopus fuisse Tungrensis.

Argyrio, siue Argyrium Cic. Agurium Ptol. *San Filippo d'Argirone* C. Siciliæ antiqua, ad Teriam fluuium inter Centuripem vrbem ad Actore mõtis radices dirutam, & Assorum Oppidum, à quo in Eurum ad VI. M.P.distat.Herbitæ, & Traianopoli quoquè proxima.Patria fuit Diodori Historici clarissimi.

12 Mai. Philippus constantinopolitanus, à quo nomen vrbi, presb. à D. Petro Apostolo eò ad prædicandum missus. *Faselius* Dec.1.*lib.*10.

Ariminum, *Rimini* C.E. antiqua Gall. Togatæ maritima, ad Arimini fluminis ostium.Colonia Rom.nob.antiqua in planitie amœna sub vicinis collibus. Vrbs, apud antiquos scriptores Celebris, vbi multa antiquæ magnitudinis Monumenta, in ijs, pons marmoreus opus Augusti, & Arcus Triumphalis eidem Augusto erectus: quæ duo integra manent, ac si recens constructa. Media inter Pisaurum, & Cæsennam. vtrinq; XX.M.P.dissita.Pisauro ortũ, Cæsenna occasum tenẽte, ab vrbe Roma via Flaminia CL.M.inter vrbes Romandiolæ minimè obscura.

14 Oct.

14 Oct. Gaudentius Ep.m.sub Constantio, ab Arianis occ. quia illorum Conciliabulo ibi habito restitit. *Cat.lib.9.*

4 Sept. Marinus Anachoreta in solitudine M. Titani. in Terr. quem S. Gaudentius diac.ordinauit. *Cat.lib.8.* vbi erroneè Temporibus Diocl.vixisse fertur. *In Martyrolo. Rom.* Papiæ tribuitur, cum tamen obierit memorato loco, vbi Op.in M. Cripidine positum, ex huius S.nomine dictum, ab Arimino X.M.P.

* Armaca, & apud S.Bernardum Abb.Ardinaca. *Armag* C.A. Hiberniæ totius Insulæ metropolis. Hultoniæ quondam primaria Banna fluuio irrigata, à Dublino C.primaria, in Arctos ad LX.M.P.dissidens, à Tuamá altera vrbe A. ad XXX. M. distans.

* 2 Nou. Malachias Ep.primum Conerthen.'deinde Armacanus. An.D. MCXLVIII. *Vita apud S Bernardum Abb.*

Armenia Regio Asiæ maxima in Maiorem, & Minorem diuisa. Maior (quæ nunc magna ex parte *Turcomania* dicitur) ultra Euphratem inter Mesopotamios, Niphate M. intercedente, ad Meridiem, & Iberos ad Septentriones sita est. Cui ad ortus Media, & Atropatia adiacent, ab occ. Cappadocia, & Colchi ex parte. Vrbes quondam Claræ, Artaxata, Tigranocerta, Arsamote, Arsarata, Armauria, Thospia, Artemita. Nunc præstat: Artaxata, Arsarata, Colsa, & Chorsa, pars borea *Giorgiana uocatur.*

Vrbes Minoris, quæ à Maiore in occasum recedit Euphrate intercedente, aliquando cùm Cappadocia confusa, Nicopolis, Aza, Satula, Sebaste, Melite. Comana, quæ etiamnum florent mutatis nominibus.

8 Feb. Dionysius, Æmilianus, & Sebastianus, m̄. in Minore. *Ado.*

1 Apr. Quinctianus, & Irenæus m̄. *Menol.*

29 Sept. Ripsimes V.& m̄. cum Soc.sub Tiridate Rege, in Maiore. *Metaph.* quo tempore sub eodem Rege passus est Gregorius Ep.I. Armeniæ.

6 Nou. Nicon Mon. *Menol.*

13 Dec. Eustrathius, Auxentius, Eugenius, Mardarius, & Orestes m̄. sub Diocl. Ex quib. Eustrathius, & Orestes Sebaste, reliqui apud Arabracos passi sunt. *Metaphr.*

* Armentum sic vulgo Op.Lucaniæ, seu Basilicatæ in colle in Diœcesi Tricariconsi: a qua urbe ad XXX. M. P. recedit, Salæ Op.eiusdem regionis proximum. Ex Picentibus in Calabriam euntibus occurrens.

8 Mart. Vitalis Conf. *Extat vita eius.*

* 18 Oct. Lucas Abb.Carbonen.quod monasterium inde ad XXX. M. P. versus Calabriam distat. *ex Historia monasterij Carbonen. Per Paulum Aemilium Sanctorium scripta, & edita.*

Arpinum, *Arpino.* C. Samnij in Latij, Campaniæque confinio, antiqua Rom. Colonia apud Melpem, & Fibrenum amnes in Lirim influentes in Colle arduo sita M. Tullio Cicerone clara. Nunc op. non contemnendum medio interuallo inter Soram, & Casinum, seu Germanopolim ad VIII. M. P. dissitum. Atinæ, & Arcano proximum. Aquino, & Venafro etiam finitimum.

14 Oct. Bernardus Confes. *Acta in eccl. Arpinate.*

Arsinoe, quæ & Cleopatris. *Suez* C. olim E. Ægypti ad Sinum Arabicum: vbi Turcarum Nauale, & classis esse solet, apud Heroum ciuitatem, Tametsi Alij ipsam Heroopolim, nunc *Suez* dici putant. A Babylone Ægyptia abest in ortus ad XC. M. P. Triduivè itenere.

2 Mart. Serapion Abb. X. M. Monach. Pater ab Athanasio, ni fallor, Episcopus Thmueos ord. *Sozom. lib. 8.*

* Theonas Abb. quem ferunt Silentium ad an. XXX. seruasse ex Primo Cabilon.

* Eulogius presby. qui cogitationes diuinabat. Cabilonen.

Aruerni, *Clermont* C.E. antiqua Gall. Aquitan. ad Cemenorum M. radices in colle præcelso ad præterfluentem fluuiolum Tiretenum in Elauerim illabentem. Aruerniæ Duc. Metropolis, & Caput. Vrbs apud veteres memorata, antiqua Aruernorũ sedes, quæ postea Claromons est appellata, vbi primum ab Vrbano Papa II. de recuperandis Hierosolymis Concilium habitum est An. D. MXCIIII. elegans, & nobilis, cuius ager collibus amœnis, ac fructiferis ornatur, à Biturigibus Metropolitana urbe in Austrum ad XLII. M.P. Gall. quasi tridui itinere recedens, paulo minus à Lugduno in Occidentem, bidui itinere distans.

15 Ian. Bonitus Ep. sub Theodorico Rege. *Sur. Tom. 1.*

25 Proiectus Ep. Marinus m̃. sub Childerico Rege An. Domini DCLXVIII. *Turonen. de Glor. Mart.*

Item Donatus, Agape, & Sabinus m̃. *ex Gales.*

6 Feb. Antholianus m̃. *Turonen. ibidem.*

15 Georgia V. *Greg. Turonen. de Gl. conf.*

16 Mart. Patricius Ep. *Vsuard.*

15 Mai. Cassius, Victorinus, Maximus, & Soc. m̃. *Turonen. lib. 1. Hist.*

15 Iun. Abraham Conf. *Turonen. de vit. Patrum.*

1 Iul. Gallus Ep. XXVII. S. Quinctiani succ. sub Childeberto. *Turonen. ibidem.*

7 Illidius Ep. *Turonen. ibidem*

22 Menelaus Abb. in Terr. *Vsuard.*

23 Aug. Sidonius, qui etiam Apollinaris Ep. Sãcti Eparchij succ. Poeta. *Turonen. lib. 2.*

24 Sept. Rusticus Ep. S. Venerandi succ. *Turonen. de Gl. conf.*

1 Nou. Austromonius Ep. I. Sub Traiano Imp. & Victore Pap. *Turonen. de Gl. conf.*

13 Quinctianus Ep. S. Apollinaris succ. sub Theod. *Turon. de vit P.*

24 Portianus Abb. sub Theodorico, ex quo nomen est op. *Molan. in addit.*

15 Ian. Elidius minister m̃. *Turonen.* de Gloria Mart.

25 Ian. Adelphius Abb. Magnilocen. *Ex vita S. Boniti.*

11 Feb. Desideratus Ep.
17 Lupianus conf.
23 Serenus m̃.
} *ex Gales.* vereor ne pro Calupano Lupianum scripserit.

6 Mart. Calupanus Eremita. Apud Monast. Meliten. sub Sancto Auito.

Auito. *Turonen.*
7 Apr. Martinus Abb. *Sur.Tom.2.*
24 Sept. Venerandus Ep.S.Artenij ſucc. *Turonen.de Gl.conf.*
26 Apollinaris alter Ep. *Ado.*
* Nepotianus Ep. Ex *Galeſ.*
1 Nou. Amabilis Abb.An.Domini DLXX. *Turon.de Gl.conf.*
18 Patroclus Abb.in territorio obijt Bituricæ. An. Domini DLXXIIII. *Sur.Tom 6.*
9 Dec. Neſtorius presby. S.Petri Apoſt.diſc. Ex *Breu Aruernen.*
24 Artenius Ep.VII. *Ex Galeſ.*

Aſaphopolis, quæ & Aſſana, olim Eluua. *S.Aſaph.* C.E. Albionis, in Vuallia apud oram borealē, media ferè inter Ciſtriam, & Bangorium. XX. M.P.Angl. ab eis diſſita, inde in occ. æſtiuum hinc, in ortus hibernos.
1 Mai. Aſaphus Ep. Ex quo nomen eſt urbi inditum. An.Domi. DLXXX. *Sur.Tom.3.*
Vualburga V. An. Domini DCCL. *Sur.Tom.6.* Error apud Galeſ.qui eam Vuarburgiam vocat, & Germaniæ attribuit, quod ſi eſt Abb.Heidenhemen. apud Eiſtattum, error in Martyrol.irrepſit.

Aſcalo, *Scalona* C.E. antiqua Palæſtinæ maritima quondam inter vrbes Philiſthinorum præcipua. Noſtra quoque tempeſtate clara, ſedes præfecti Turcici, ac portus ſatis capax, & tutus. Proxima Gazæ, à qua inter Corum, & circium ad XV.M.P.diſtat, ab Hieroſolymis in Auſtrolibycum ad XLIIII.
6 Apr. Platonides, & alij duo martyres. *Menol.*
* 14 Dec. Ares, Promas, & Helias m̄. *Euſeb.lib.8.*

Aſculum, *Aſcoli* C.E. ant. Piceni Colonia Rom.ad Truentum flu. circūfluentem, planè rotunda, loco edito ſita, montibus cincta, & mœnibus firmis ſepta, ad quam expugnandam difficilis eſt acceſſus. Vrbs nob. & opulenta, poſt Anconem nulli cæterarum ſecunda. Media quaſi intercedens inter Maceratam ad occ. & Aquilam ad ortum, ſupra XXX. M. P. diſtans, à Nurſia in Aquilones XXV. totidē à Firmo, in Phœnicem. Alterum Aſculum eſt in Apulia Daunia apud Apennini M. radices, in via inter Neapolim, & Barium occurrens, à Neapoli ad LXXV. diſcedens. Satrianum ad alterius differentiam apud ueteres dictum.
5 Aug. Æmygdius Ep.I.m̄. ſub Diocl. à S. Marcello Pap. ordin. *Catal.lib.7.*
* Leo Abb. Aſculi Apulorum. Ex *lib.Sanct. Regni.*

Aſia duplex. Magna una ex tribus Orbis Terræ partibus ab Europa Tanai fluuio, & Aegęo mari diuiſa, ab Africa ſinu Arabico Oceano cæterum à Meridie ortu, & Septentrionibus definita, & quæ propriè Aſia vocatur, Aſiæ minoris, quæ ſub Magna cōtinetur, pars. Hæc Helleſponto, & Aegæo, & Mirtoo pelago adiacet, ſequentes complectens regiones, Myſiam, Troadem, Aeolidem, Ioniam, Cariam, & quæ mediterranea eſt, Lydiam. Aſia autem minor præter has, Bithyniam, Pontum, Paphlagoniam, Cappadociam, Armeniam minorem, Camagenem, Ciliciam, Pamphyliam, Lyciam, Phrigiam magnam, & Galatiam.
8 Iul. Aquila, & Priſcilla uxor, de quibus *in Actibus Apoſt.*

Corpora Turricelli.

25 Sept. Bardomianus, & Eucarpus m̄. cum alijs XXVI. *Beda.*

12 Nou. Aurelius, & Publius Ep. m̄. *Bed.* Gales. hos in Africa passos scribit.

* 20 Mart. Archippus. *De quo in Epistola ad Colossen.*

Assisium, & Aesisium *Assisi* C.E. Vmbriæ antiqua ad M. Apenn. radices sita, in montis ascensu situ decliui, cui M. Asius, ex quo nomen vrbi inditum putatur, imminet. Francisco Minorũ auctore maxime, & clara memorabilis, inter Perusiam & Fulginium, à Perusia in ortus ęstiuos X.M.P. à Fulginio in occ. VIII. à Camarino Metropoli in Austrolybicum supra XX. dissidens.

30 Iul. Rufinus m̄. *de quo Sermo extat Petri Damiani.* Corp. ibidem.

12 Aug. Clara V. Monialium ord. Minorum institutrix. *Sur. Tom.* 4.

4 Oct. Franciscus Minorum autor. *Sur. Tom.* 5.

* 22 Apr. Aegidius S. Francisci socius, apud Perusiam migrat. *Ex Chronicis ord. Minorum.*

Asta, & cum aspiratione Hasta Pompeia, *Aste* C.E. Liguriæ ad Tanarũ fl. vbi is vrbem amnem accipit. vrbs amœna, & ampla, (licet raros habeat habitatores, quòd nobiles extra ciuitatem plures degant) collibus planitiem illius distinguentibus, & amœnitate, fertilitateque exornantibus cincta. Comitatus caput, sub Pedemontano Principe, cùm prius ad Mediolanen. Duc. attineret. Media inter Genuam, & Eporediam, à Genua in Septemtriones.

29 Mar. Secundus m̄. sub Adriano. Cuius adhuc carcer sub turre in Ecclesia ord. Suorum visitur. Ibi corpus & *Acta.*

1 Iun. Landulphus Ep. *Ex Gales.* quem puto errare, cùm ecclesia Hasten. in Tab. hunc episcopum non habeat.

1 Dec. Euasius Ep. m̄. apud Casale.

Hic Maurol. Calocerum sub Hadriano passum refert: cũ omnes illum Albingauni passum scribant.

Primus quoque Cabilonen. hic Cassium Narnien. Fulgẽtium Vtriculanum, & Cerbonium Populonien. sub Totila passos scribit, cum alij eos decessisse constet, alio temp.

* Astaris, *Steir* C. Norici ad Anisum fluuium, inter Halstadium, & Anisũ vrbem, ad eundem amnem apud Danubium ab Aniso in Austrum III. M. Germ. dissita, ab Ouilabi in ortus IIII. quanto ferè interuallo à Vuadenhoffo in occ. hibernos recedit. Inter vrbes Austriacas post Flauianã, non obscura.

8 Ian. Seuerinus Abb. Noricorum Apostolus; sub Odoacre Rege. An. D. CCCCLXXX. Lucullanum propè Neapolim Italiæ relatus. Hic prædicauit Flauianæ, Gomageno, Louiaco, & alijs locis.

* Asta C. olim Hisp. Bæticæ apud oram, Colonia, & Regna, quæ plerisquè *S. Lucar de Barameda* op. amplum ad ostia Bætis fl. dici putatur. Sed locus Astę non longè monstratur, inter Xeream C. & op. memoratum, diciturquè

citurquè vsquè inhodiernum diem *Massa de Asta.*

21 Nou. Honorius, Eutychius, & Stephanus, m̄. *Ex Vasæi chron.*

Astiagis, seù potius Astigi, ut apud Plin. & alios. *Ecija* C. olim E. Hispan. Bæticæ ad Singulim fluuium, & nob. finitimarum vrbium Conuentus; Nunc quoquè ampla, elegans, & præclara, in planitie, inter vrbes Vandalitiæ, post Hispalim, & Cordubam, præcipua. Inter Hispalim, & Cordubam, ab ea in ortus æstiuos XIIII. M.P. Hisp. à Corduba verò in Austrolibycum VIII. dissita. à Carmone in orientem Solem IX.

19 Nou. Crispinus Ep. m̄. sub Diocl. Ex *Breuiar. Toletano.*

Asturica, *Astorga* C. E. ant. Hispan. Tarracon. intra Montes apud amnem, qui labitur Estolam fl. præterfluentem, in Regno Legionensi, siue veteris Castellæ, inter Mirandam Vrbem Regni Portugallici, & Legionem: à qua in meridiem, & Libonotum ad X. M.P. Hisp. distat. à Zamorensi Ciuitate in circium XVIII. à Palentia in occ. æstiuum paulò remotior. à Beneuento in Corum VIII. In uia, quæ ex Gallia Compostellam ducit, obuia.

23 Feb. Martha V. m̄. sub Decio. *Thesau Conc. tom.* 2.

* 29 Mai. Gennadius Ep. An. D. DCCCCXVI. Ex *Morali lib.* 15.

Felix, Getulus mon. m̄. Ex *primo Cabilonen.* Cuius tamèn nulla fit mentio apud Hispanos Scriptores.

Aternum *Pescara* C. olim E. Pelignorum, seù Marrucinorum litoralis ad Aterni fluminis ostia (qui & ipse *Pescara* nominatur, ex Apennino supra Amiternum vrbem dirutam, & Aquilam Oriens) quæ C. iacet, Piscaria oppidulo, seù arce ex eius ruinis constructa inter Ortonium, & Angolum proximas Aprutij vrbes, à Teate Metrop. in circium ad VII. M.P. distans: ab Aquila in Cæciam, & Aquilones ad XXX. Sedes Hadriæ collocata.

13 Iun. Peregrinus Ep. m̄. à Longobardis in Aternum flumen demersus. Sub S. Greg. Pap. de quo is in lib. Dialog. corpus Hadriæ. *Cat. lib.* 5. *c.* 11.

Athenæ, *Setines* C. A. Atticæ notissima, olim totus Græciæ clarissima, cùm literis, & armis, cæteris Vrbibus præstaret ante amissam libertatē. Dici vix potest, quàm potens, & patens fuerit, Saxio solo, & plano constructa, à Piræo portu V. M.P. distans: quod interuallum ducto muro iuxta flumen habitabatur, quasi vrbe continuata. à Thebis in Euronotum supra. XL. M.P. hoc est prolixæ dici itinere dissita. à Megaris in ortùs XXVI. à Lacedæmone altero Græciæ Lumine in Cęciam ad CXLV. M.P. Ea nunc sub Turcarum Imperio omni splendore destituta iacet, manet arx, & ædes paucæ. Primus huius Ep. Dionysius Areop. à Paulo Apost. ordinatus est.

21 Ian. Publius Milesius Ep. II. m̄. *Euseb. lib.* 5.

26 Mai. Quadratus Ep. III. Apost. discipulus *Hieron. de script. Eccles.*

31 Aug. Aristides doctissimus, qui pro fide coram Hadriano cōcionem habuit. *Hieron. de script. eccles.*

4 Oct. Hierotheus discip. Pauli Apost. & Dionysii Areopag. Sodalis.

* 13 Feb. Martinianus, Eremita. *Metaphr.*

* Narcissus Ep. cuius fit mentio *in epistola ad Rom.*

Atina

Atina, *Atino* C. olim E. Campaniæ antiqua, & celebris, licet ab aliis in Latio reponatur, ac hodie inter Aprutij vrbes censetur, loco edito constructa apud Apennini M. radices, & Melpham fl. agrũ illius irrigãtem. Aquino, Soræ Arpino, Venafro, & M. Casino finitima. Hac tempestate exigua, mænibus tamen cincta est, saxo imposita. Quæ, & si episcopalem dignitatem iniuria temporum amisit, nullius tamen est diœcesis, eiusquè præpositus episcopalem habet iurisdictionem. Aduentu in eam D. Petri Apostoli, qui illi episcopum I. ordinauit, gloriatur, & SS. multitudine.

28 Apr. Marcus I. Ep. Atinas à S. Petro Apost. ord. m̃. sub Domit. Imp.
17 Iun. Nicãder, Marcianus. m̃. sub Max. Imp.
27 Ian. Iulianus m̃. sub Antonino Pio Imp.
1 Apr. Prudentius Ep. & m̃. sub Probo Imp.
29 Carus Ep. & m̃. sub Alex. Seuero Imp.
* Secundinus m̃.
Martinus Eremita.
20 Iun. Daria. m̃. sub Maximiano Imp.
Passicrates m̃. sub Domit. Imp.
29 Sept. Fulgentius Ep. II. S. Marci succ. sub Domit. Imp.

Ex Tab. & monumentis eccles. Atinatis.

Atrebates, *Arass, & Arazzo* Italis C. E. antiqua Belgij, Scarpa fl. irrigata, Artesiæ regionis caput, Origiacum Ptolem. dicta, vrbs gemina, muro diuisa, ampla, ingenti populo referta, nobilis, elegantissima, cuius ædes sacræ præsertim magnificentissimæ, Lanificio clara, propugnaculis, & fossis munitissima. Media inter Ambianum, & Tornacum, vtrinquè XIIII. M. P. Belg. distans, inde in Cæciam, hinc in Africum recedens, à Cameraco in Circium VII. à Duaco in occ. hibernum VI. à Valencenis in occ. supra X.

25 Ian. Poppo Ab. An. D. MXLVIII. *Sur. tom. 1.*
6 Feb. Vedastus Ep. sub Dagoberto. An. D. DC. *Cat. lib. 3.*
4 Iun. Saturnina V. m̃. *Mol. in Addit.*
2 Oct. Leodegarius Augustodunen. m̃. sub Childerico Rege. An. D. DCLXXXV. in Terr. *Sur. tom. 5.*
11 Mar. Vindicianus Ep. *Ex Gales.*
27 Mai. Ranulphus m̃. in Terr. qui & Ragenulphus. *Vsuard.*
* 13 Nou. Nilianus Ep. *Ex Gales.*
Ado cum Vedasto Amandum numerat, sed hic Ep. Traiecten. fuit.

Auenio, *Auignon* C. A. Gall. Narbon. in Prou. nobilis ad Rhodanum fl. cum ponte lapideo visendo, Comitatus Auenionensis, sub quo, Cabellio, Carpentoracte, & Vasio vrbes censentur, caput, aliquando Summorum Pont. quibus paret cùm toto Comitatu, per annos LXX. Sedes, forma quasi rotunda, ampla satis, & munita. VII. Septenarijs prædita, hoc est, Portarum, Palatiorum, Parœciarum, Xenodochiorum, Collegiorũ, Cœnobiorum, tàm virorum, quàm Monialium. à Lugduno in Austrũ XXX. M. P. Gall. inter Viuarium, & Arelatum: à quo in Boream XIII. recedit. ab Aquis Sextijs in Corum XV. à Massilie in Corum, & Circium ad XX.

12 Nou. Rufus Ep. I. ex LXXII. disc. à Paulo Sergio ord. *Cat. lib. 10*

* Auenticum, *Auenche* Gall. *VVilspurg* Germanis, C.olim E. Sequanorũ Germ.sup.nunc op.Heluetiorum apud Lacum Neaburgensem, Friburgo,& Bernæ vrbibus Helueticis proximum, à Friburgo in Circium II. M.P.Heluet.medium inter Lausonium,& Solodorum,à Lausonio in ortum æst.VIII.M.P.

28 Feb. Romanus, & Lupicinus fratres Abbates in Terr. *Sur. tom.* 1.

Lupicinus tamen seorsum à Romano sub die. 21.in Martyrol.Rom.emend.ponitur in Terr. Lugdunen.

* Auersa,seu potius Aduersa, olim Atella, siuè ex reliquijs Atellæ condita, *Auersa* C. E. Campaniæ apud Clanium flu. in planitie, media inter Neapolim,& Capuam Metropolim,ab eis VIII. M. P.dissita,à Neapoli in Circium dissidens. Acerris quoquè, & Puteolis finitima,inter alias Campaniæ urbes,post Neapolim, & Capuam,haud obscura.

* 1 Sept. Vindonius & Soc. m̃.

* Elpidius & Soc.m̃.

Augia, *Richovv*, seù Richenovv insula Lacus Veneti,seù Constantiensis parua,cùm monasterio Benedictinorum, olim celebri, & opulentissimo, apud Constantiam C. à S. Pirmino Abb. constructo. Cuius redditus hodie, extinctis Abb. & Monachis, ad Episcopum Constantiensem spectant.

* 2 Ian. Meinardus, siuè Meinradus Eremita sub Ludouico Pio. *Sur.Tom.*1.

* 3 Nou. Pirminus autor & Abb.1. Augien.sub Car.Martello Car. Mag.auo.ante Ep.Melden. *Cratepol.lib.de Episc.*

* Augustaldia C.olim E. Albionis, in Northumbria Lindisfarnæ vrbi, & Insulæ finitima,quæ hodie sicuti nec Lindisfarna extat,sede Episcopali Dunelmum regionis primariam recepta.

12 Oct. Vualfridus Confessor, ad Eboracensem sedem postea sub Agathone Pap.perductus. *Beda,in Hist. & Chron.*

Augusta Britanniæ, quæ & Augusta Trinobantum, postea Londinium, *Londra* C.E. antiquissima Albionis, nunc Regia clarissima. Vide Londinium.

7 Feb. Augulus, (qui nonnullis Auleus nominatur) Ep. m̃. sub Decio. *Beda. & Cat.lib.*3.

Augusta Emerita*Merida*, C. olim A. Hisp.Lusit. præclarissima, & maxima, nunc in extrema dura regione penè iacens,& sine Episcopali dignitate. Vide Emerita.

Augusta Euphratesiæ C. olim Comagenes: quæ Euphratesia dicta est ob Euphratis flu. propinquitatem; cuius vrbes præcipuæ, Antiochia ad Taurum M. Samosata,Zeugma,Germanicia, Doliche; Ex quibus Antiochia aliquando Augusta ob Imperatores in eam diuertentes dicta est.Prouincia hæc hodiæ *Alep* de nomine vrbis primariæ nominatur.

7 Oct. Sergius, & Bacchus nob. Romani m̃. sub Maximiano. *Metaphr.*

Item Iulia.V. m̃. sub Marciano præside. *Cat. lib.*9. *c.* 31.

* Augusta Prætoria *Aosta* C.E. antiqua Salassorum Metrop. ad Duriam flumen intra Alpium Graiarum, & Penninarum angustias, quibus in Cetrones iter est,& Gallias, Inter Eporediam,& Tarantasiam, ab Eporedia

redia in Circium ad XXX.M.P.à Taurinorum. Augusta Metropoli duplo remotior. Inter vrbes Principatus Pedemontani non ignobilis, ac velut commune emporium finitimarum gentium.

15 Mai. Bernardus can. Reg. in Alpibus Graijs. Corpus Nouariæ. *Ex Breuiar. Can. Reg.*

7 Sept. Gratus Ep.) Vrsus Ep.) *Ex Tab. eccles. Augustanæ.*

Augusta Rhetiæ, quæ & Vindilicorum dicitur, *Augspurg* Germanis, *Agosta* Italis, C.E. antiqua Vindiliciæ (quæ Rhetiæ pars est) ad Lici, & Vindonis amnium confluentium, vrbs libera, præclarissima, ampla, munitissima, elegans, & opulétissima, ex primis non modo Sueuiæ, cui tribuitur: Sed & totius Germaniæ. Emporium celebre, quod non solũ Sueui, & Bauari, & Rheti; sed etiam remotiores, Heluetij Alsatij, & Itali frequentant. Media ferè inter Monachium Bauariæ Regiam, & Vlmã Sueuiæ vrbem VIII. & IX. M.P. Germanicis dissita, à Neroberga in Austros XVIII. à Praga in Africum XLV. à Ratispona in occ. hib. & Afr. XXVII. à Mediolano in Aquilones per Curiam Rhetorum LV.

18 Mai. Narcissus Ep. m̃. cum Felice. *Ex pass. S. Afræ.*

4 Iul. Vldaricus Ep. An. D. DCCCCLXXIII. Cuius funeri affuit S. Vuolphangus Ep. Ratisponen. sub Othone II. *Cat. lib. 5.*

5 Aug. Afra m̃. à S. Narcisso Ep. conuersa, sub Maximiano. *Sur. tom. 5.*

12 Hilaria mater S. Afræ, cum Digna, Euprepia, & Eumomia ancillis. *Ex pass. S. Afræ.*

Item Quiriacus, Largius, Crescétianus, Nimmius, & Iuliana, cum alijs XX. m̃. sub eodem. *Ex pass. S. Afræ.*

1 Feb. Vrsus Ep. Ex *ant. Martyrol. Gales.*

8 Apr. Victerbus Ep. IX. An. D. DCCXXXII. *Cratepol. de Episcopis Germ.*

21 Iun. Vrsus Clericus m̃. quo temp. S. Albanus Ep. passus est Moguntiæ. Corpus Venetijs. Ex *Maurol.*

Philippus Ep. m̃. sub Anton. Ex *Cabilonen.*

Vidigarius Ep. An. D. DCCCCIII. Heluetios conuertit. *Democh.*

7 Iul. Gebehardus disc. S. Vldarici Ep. An. D. MII. *Trithem. lib. 4.*

6 Sept. Magnus Mon. Elfacin. monast. à S. Lanthone Episcopo Canonizatus.

Adalbertus Ep. An. D. DCCCCXXI. *Democh.*

13 Oct. Simpertus Ep. XI. An. D. DCCCIX. *Cratepol.*

Neadigarius, seu Nicarius Ep. An. D. DCCCLXIX. *Democh.*

Augusta Veromanduorum *Vermand* C. olim E. Gall. Belg. præclara, & antiqua, Nunc locus cùm Abbatia ad fluuiolum, qui in Somonam labitur, inter Fanum S. Quinctini vix II. M.P. Gall. in ortus dissitum, & Peronam, medius inter Cameracum, & Nouiomum, quò Sedes Episcopalis deuoluta est; vnde in septentrionẽ paulò supra XIII. M. P. recedit. Manet adhuc nomen regioni Veromanduorum, dicitur .n. *Vermandois*

Picardiæ

Picardiæ pars, inter Somonam, & Scaldem fl. definita. Cuius opp. Fanum Sancti Quinctini Metrop. Angus, & Castelletum.

31 Oct. Quinctinus ciuis Romanus ord. Senatorij m̄. sub Maximiano *Ado*, Vbi corpus inuentum, ibi op. de nomine mart. dictum, ex Galliæ præcipuis, & munitioribus.

* 25 Aug. Hunegundes V. in monast. Humolarien. apud Fanum Sancti Quinctini An. Domini DCCCCXLVI. sub Ludouico Rege. *Mol.*

Augustodunum, & Heduum, *Austum* C. E. antiqua Gall. Celt. Heduorum sedes, & Metrop. quondam amplissima, & præstantissima, ex primis totius Galliæ vrbibus, quæ etiam primum à Rom. in amicitiam recepta est, ad Montium radices sita. Nunc ampla quidem, ac plurima retinens antiquitatis vestigia; sed penè vacua, clero tantum nob. circa Burgundiæ Duc. Vmbilicum ad Arrusij ac Varennæ amnium commixtionem. Inter Niuernum & Diuionem regionis hodiè caput; à quo in occ. hibernum ad VII. Octouè. M.P. Gall. distat. à Lugduno in Circium ad XXXV.

1 Iun. Reuerianus Ep. Paulo presb. cum alijs X. m̄. sub Aurel. *Cat lib.* 5.

24 Simplicius Ep. sub Constant. An. D. CCCXLVI. *Turon. de Gl. Conf.*

3 Aug. Euphronius Ep. *Sid. Apoll lib.* 4.

5 Cassianus Ep. *Turon. de Gl. Conf.*

22 Symphorianus m̄. sub Aurel. ex quo nomen est opp. S. Saphorin in Terr. Lugdunen. *Cat. lib.* 7.

23 Flauianus Ep. *Ex tab eccl.*

27 Syagrius Ep. An. Domini DXCIII. sub S. Gregor. Pap. *Vsuard.*

7 Sept. Regina V. m̄. in Territ. *Mombr. tom.* 1.

17 Flocellus puer m̄. sub Anton. nil læsus à Leone, & Igne. *Cat lib.* 8.

24 Andochius presb. Tyrsus Diac. & Felix m̄. sub Aurel. à S. Polycarpo Smirriensi eò missi. *Cat. lib.* 8.

4 Nou. Proculus m̄. *Cat. lib.* 11.

22 Nou. Pragmatius Ep. *Vsuard.*

26 Amator Ep. *Ado.*

8 Ian. Egimonius Ep. *Maurol.*

Eugenianus m̄. *Cat. lib.* 11.

1 Iul. Leo Ep. *Ex Maurol.*

24 Aug. Neptadius presbyter in Monast. Ceruiduno. *Maurol.*

* 29 Medericus Abb. sub Othone II. *Sur. tom.* 4.

13 Sept. Nectarius Ep. *Ex tab. eccles.*

2 Oct. Leodegarius Ep. XXVIII. & Gerinus frater m̄. sub Theodorico Rege. Corpus apud Pictauol. in Monast. Sancti Maxetij *Sur. tom* 5.

29 Ioannes Ep. & Vualfredus eius. succ. *Beda.*

1 Nou. Primus Ep. *Ado.*

Maurol. per errorem ſcribit hic Florentium, & Hilarium paſſos, cùm eos Seduni longe diſtantis paſſos apud omnes conſtet.

Auia, *Abie*, C. olim E. Veſtinorum in Aprutio, apud Aquilam; quæ ſub Longobardorum aduentum vnà cum Amiterno, & Forconio ita ſolo æquata eſt; vt illius nè vnum quidem ſuperſit veſtigium. Niſi quod cãpus, & amnis, qui illam irrigabat, denominationem ex illa retinent.

20 Oct. Maximus Leuita m̃. ſub Decio. *at. lib. 9.* Corpus. vna cum actis Aquilæ.

Aulona, & Aulon Plin. *Valona* C.E. antiqua Macedoni cõfinio Epiri litoralis, intra Sinum contra Saſonem Inſulam, inter Apolloniam vrbẽ Macedoniæ, & Chimæram vrbem Epiri, intra M. Acroceraunios, vrbs ampla, & egregiè munita: quam Turcæ Venetis ſuperiore ſeculo eripuere. Portum habet, & arcem ſatis firmam: Abeſt a Iapygio Italiæ prom. in ortus ad L. M. P. tanta eſt maris Hadriatici inter Italiam, & Macedoniam latitudo.

3 Ian. Petrus m̃. Cruci affixus, cum Balſamo. *Sur. tom.* 1. Corpus Venetijs.

Aureliani, & Aurelia. *Orleans* C.E. Gall. Celt. ad Ligerim fl. ampla, & nob. quæ ciuium numero, nobilitate, & opibus, ſitus amœnitate, ſoli magnitudine, mœnium, & arcis firmitate, agri vbertate, morum elegantia, ædium magnificentia, ferè omnes Galliæ vrbes ſuperat. ampla, & longa habet ſuburbia, olim Duc. dignitate inſignis, ſecundò genitis Regum dari ſolita. nunc Regia eſt, & ingens Academia, à Lutetia Pariſiorum in Auſtrolibycum Biduo diſtans, media inter Genabum op. antiquum, & Bleſas: à quibus in ortus XVI. M. hoc eſt diei itinere recedit.

2 Feb. Floſculus Ep. XIII. Sancti Proſperi ſucc. *Cat. lib.* 11.

20 Eucherius Ep. XXXIII. An. D. DCCXXVII. *Sur. tom.* 1.

30 Mar. Paſtor Ep. *Ado.*

3 Iun. Liphardus Abb. Magdunen. S. Remigij epiſcopi Rhem. Synchr. S. Leonardi frater. apud Clariacum op. ſub Clodoueo. *Sur tom.* 3.

17 Auitus presb. An. D. CCCCXCV. *Turon. lib. 3. Hiſt.*

29 Iul. Proſper Ep. S. Aniani ſucc. ſub Leone magno Pap. *Bed.*

7 Sept. Euortius Ep. S. Deſiniani ſucc. Indicio columbæ electus *Cat. lib.* 8.

19 Oct. Veranus Ep. An. D. DLXXX. ſub Childeberto. *Turon. lib.* 3.

5 Nou. Lætus presb. in Terr. *Vſuard.*

10 Monitor Ep. X. *Democh.*

17 Anianus Ep. VII. S. Euortij ſucc. ex quo nomen opp. apud Blæſas. *S. Aignan.* ſub Attila. *Turon. lib.* 6.

15 Dec. Maximinus Abb. in Terr. ex quo nomen op. *S. Meſmin.* Ex vita S. Auiti *apud Sur.*

19 Adiutus, ſeu Auitus Adoni. Abb. Mictianen. *Sur. tom.* 6. Corpus partim Aurelianis, partim Duni.

27 Ian. Adiutus Abb. in pago Carnuten. *apud Maurol.* Puto eundem cum ſuperiore.

11 Aug. Taurinus Ep. *Catalog. lib.* 7. qui tamen non reperitur.

10 Oct.

* 10 Oct. Gerardus miles,deinde mon. *Maurol.*

Sunt præter dictos Desinianus Episcop. V. de quo in vita S. Euortij, & Theodulphus Abb.Floria cẽ.deinde Ep.Aurel. An.D. DCCCXL. *Tritbem lib.4.*

* Auria, *Orense* C.E. antiqua Hispan.Tarracon. in Calaicis ad Minium flu. non obscura, inter Lucum Augusti, & Tydem vrbes Gallæciæ eidem amni impositas, à Luco in Austros XIIII.M.P.Hisp. à Compostello Metropoli in Eurum ad XVIII.à Bræcara vrbe Portugalliæ in Septentriones ad XXV.M.P.recedens.

18 Iul. Marina V.m̃.in Territ.passa. *Marin.Sicul.lib.15.*

16 Sept. Euphemia V.m̃.in Gallæciæ & Portugalliæ confinio passa. *Thesau.Conc.tom.2.*

26 Ian. Isaurus Ep. *ex Morale lib.13.*

* 23 Dec. Ventila mon. & Eremita in pago Puginen. An. Domini DCCCXC. *Moral.lib.15.*

Auscium,& Ausci, quæ etiam Augusta Ausciorum Ptolom. dicitur *Aux* C.A.antiqua Gall. Aquit.apud Hersam amnem apud Pyrenei colles in rupe, saxouè constructa,planitiem attingens, Vasconum primaria, inter Tolosam,& Atyram,à Tolosa in occ. hibernum XI. M. P. Gall. distans,Fano Seueri op.regionis primario,& Gemontio proxima. Huius vrbis Archiepiscopus cæteros Galliæ Præsules anteit opibus.

1 Mai. Orientius Ep.quem Ado per errorem Tolosæ attribuit, & Vsuard.Orientem vocat,& Maurol.Ausitæ vrbis facit Episcopum.

Austria,prius Noricum,Regio Europæ, circa Danubium fl.extensa: quæ magna ex parte Noricos comprehendit, & ad ortum partem Panno-niæ superioris.Quidquid enim inter Duriam,seu Traunum fl.apud Lintium Danubio illabentem, & M. Cetium continetur,ad Noricos pertinet. Inde ad Leitam amnem, ad Pannonios: in quo spatio Flauiana, Hamburga,& Neoburgum vrbes continentur. In Norico,autem, Cetium,Cremisium,Medelicum,Fanum Leopoldi, Noua ciuitas, Castellum,Vadenhoffum,Astaris,Anisus,& Lintium vrbes habentur. Morauia à Septentrionibus adheret, à Meridie Stiria, ab Oriente iungitur Hungaria, ad occ.confinis est Bauaria.

13 Oct. Colmannus m̃.An.D.MXII. *Sur.tom.5.*

15 Nou. Leopoldus Marchio ab Innoc.VIII.Pap.inter Diuos adscriptus *Sur.tom.6.* Ex quo nomen vrbi non ignobili inditum.

Auximum *Osmo* C. E. antiqua Piceni, in colle sublimi apud Musonem subterfluentem,nunc modica: olim clarior, ac Piceni primaria, à Scriptoribus antiquis frequenter memorata, vbi etiam antiquæ magnitudinis plura extant maximè ex marmoreis in scriptionibus testimonia. Media occurrit inter Maceratam,& Anconem: à qua in Austros X. M. P. abit, inter Æsium, & Lauretum, inde in ortum æstiuum XIII. hinc IX.in occ.distans. Auctor Ind. Topographici putat idem esse Auximũ, quod Oxymum,cùm hoc opp.sit Galliæ Normandia.

22 Mar. Beneuenutus Ep.An.D.MCCLX. *Ex Tab.Eccles.*

11 Mai. Sisinius diac.Diocletius, & Florentius, m̃. sub Dioclet. S.Anthimi presb.discipuli. *Ex vita eiu dem.*

Beneuenutus alter Ep. de quo extat Epistola Greg. Pap. IX.
* 26 Apr. Vxuperantia V. & m̄. } Ex Tab. Eccl. Auximane.
7 Nou. Leopardus I. Ep. m̄.

B

Babylon, *Bagdet*, & nonnullis *Baldac*. C. A. Assyriæ notissima, regionis, quæ ex illa Babylonia dicta est, Metropolis, & caput, inter antiquiores orbis totius vrbes à Semiramide Nini primi Monarchæ vxore mœnibus firmissimis cincta, ad vlteriorem Euphratis ripam Longè, lateque dissita, præclarissima antiquorum Assyriæ Regum Sedes, adeo ampla, vt nunc ruinæ ad XXX. M. P. Secus amnem adhuc monstrentur, eosquè, qui vrbis huius ambitum LX. M. P. fuisse memoriæ prodidere, non mentitos appareat: Iuxta veterem, Noua Babylon, quæ *Bagdet* incolis dicitur (quod nomen regioni quoque inditum est) constructa conspicitur, antiqua longè minor, regionis tamen Babylonicæ caput, & præfecti Turcici sedes. Abest à Susis, altera Persarum regia in occasum ad CCCC. M. P. à Seleucia magna in meridiem & Africum ad XC. Vltra Hierapolim, Aleppum nunc dictam, per Euphratem XX. dierum nauigatione in ortus recedens. Non longè Turris Babel vestigia indicantur.

10 Apr. Ezechiel Proph. m̄. *Ex Epiphan de vita & interi. Proph.*
21 Iul. Daniel Proph. *Ex eodem Epiphan.*
16 Dec. Ananias, Azarias, & Misael, in fornacem suB Nabuchd. Rege iniecti. *Ex Daniel. Proph.*
* 28 Oct. Abdias Ep. I. à SS. Apost. Simone, & Iuda, ordin. *Catalog. lib. 9.*

Babucum prius Bouillæ *Babucco* C. Latij in Hernicis, quorum caput est Anagniæ Frusinoni, Verulo, Alatrio, Aquino, Soræq; finitima inter Cosam & Lirim amnes apud Fregellas confluentes sita.

11 Mar. Petrus confes. *Ex Eccles. Aquinatis monum.*

Baiocæ Ptol. Belocassii pop. *Baieux* C. E. Gall. Celt. Vellocassium in Normannia caput, in planitie, à duobus fluuiolis irrigata, inter Sagium, & Abrincas, Falesiæ, & Cadomo proxima. Templum habet elegantissimum, A Rhotomago Metropoli in occ. ad XVIII. M. P. Gall. recedit, à Lutetia quatridui itinere.

1 Nou. Vigor Ep. X. in ordine sub Childeberto Rege circa. An. D. DLX. *Cat. lib. 10. & Sur. tom. 6.*
27 Ian. Sulpitius Ep. *Ex Gales.* Martyr. Corpus in Cellensi monast. in Campania.
28 Apr. Exuperius I. Ep. S. Clem. Pap. discipulus. *Ex Rob. Cen.*
Marculphus Ab. Nantuentiæ in Territ. Cōstantino, sub prædicto Rege *Ex Rob. Cenali.*
* 10 Nou. Spesius m̄. cuius sepulchrum Andeliaci apud se quanam fl. *ex eodem Roberto.*
7 Dec. Guibaldus, seù Gerabaldus Ep. *ex Addit. Molani.*
Coluntur præterea inter Ep. SS. Reginobertus, Ruphinianus, Lupus, Mauneus, Patricius, Contestius, Framboldus, Gerefranus, & Reuerentius.

Bam-

Bamberga, olim Grauionarium, *Bamberg.* C. E. Germaniæ, inter Franconiæ primas, ad Mœnum fl. vbi is Penitium excipit, in Penitij ripa vlteriore sita, media inter Nerobergam, & Coburgum, Trutauiæ proxima, à Neroberga in Sept. IX. M. P. Germ. quot fermè aut paulò plus ab Herbipoli in ortum recedit. Huius eccl. Cathedralis Henrici II. Imp. qui inter Diuos relatus est, opera, Episcopali sede donata est: à quo etiam priuilegia innumera illi concessa, redditusque copiosissimi attributi.

3 Mart. Cunegundis Imperatrix V. Henrici II. vxor. *Sur. Tom.* 2.

2 Iul. Otho Ep. I. à Clem. III. inter SS. adscriptus. *Sur. Tom.* 4.

14 Iul. Henricus II. Imp. qui & I. dicitur, qui Eccl. Bambergensem ditauit. Sancti Stephani Hungar. Regis Synchr. *Krant. lib.* 3.

Barcino, & apud Liu. Barchino, *Barcelona.* C.E. Hisp. Tarrac. maritima, Cataloniæ prouinciæ caput, ab Hamilcare Cognomento Barca ante Christi D. aduentum an. CCXXXIIII. condita, à Romanis Fauentia aliquando dicta. Vrbs ampla, in qua supra XVI. M. ædium numerantur, ædificiorum elegantia, ciuium multitudine, & opibus maximè pręstans. Abest à Toleto, hoc est ab Hisp. vmbilico ad CIIII. M.P. Hisp. à Compostella vrbe in Callaicis maximè occidua CXCIIII. (tanta est Hispaniæ inter ortum & occasum longitudo,) à Genua mari M. P. Italicis.

12 Febr. Eulalia V. m̄. sub Dioclet. *Flos SS.*

9 Mart. Pacianus Ep. sub Theodos. seniore. *Hieron. de Script. Eccles.*

25 Iul. Cucufates m̄. sub Diocl. corpus in Monast. S. Dionys. in Vogeso M. *Flos SS. Ambros. Mor.*

6 Nou. Seuerus Ep. m̄. sub Gothis Arianis an. Dom. DCLXVIII. *Thes. conc.*

6 Ian. Raymundus conf. ord. Præd. à Clem. VIII. inter SS. relatus.

12 Feb. Iulia V. m̄. Beatæ Eulaliæ prædictæ socia. *Ambr. Mor.*

Basilia, seù Basilea *Basel* Germanis, *Basle* Gallis, & *Basilea* Italis, C. E. Germ. super. ad Rhenum interluentem, Ponte lapideo vrbi suburbium iungente, Helueticarum vrbium, (inter quas tamen X. locum obtinet, quòd serò se illis fœdere iunxerit, cum prius Imperialis esset) clarissima. Ex Augustæ Rauricorum proximæ vrbis dirutæ ruinis constructa, forma constans triangulari, ampla, diues, elegans, emporium, & Academia, prorsus hæretica: cuius Episcopus, iampridem eiectus Brundusiæ moratur. Media fermè inter Constantiam, & Argentoratū, vtrinquè ad XV. M. P. German. distans, à Mediolano itinere VI. dierum per Heluetios. Hic concilium generale an. Domini MCCCCXXXI. celebratum contra summ. Pont. auctoritatem, in Lateranensi, concil. abrogatum.

29 Mart. Rachanarius Ep. primùm Augustodunen. deinde Basileę, Eustasij Abb. Luxouien. discip. circa an. Dom. DCLX. *Sur. in vita S. Eustasij.*

Barium, *Bari* C. A. Apuliæ, Peucetiæ Caput, ex qua regio *Terra di Bari* nomi-

nominatur, in ora maris Ionij sita, pulchra, ampla inter cæteras regionis vrbes, probequè habitata. *Iapyx* antea à Conditore dicta, Plinio *Barion*, & Antonino Augusto *Varia*. Templum habet augustum D. Nicolao dicatum. Distat à Neapoli in ortum in uia, quæ Hydruntum ducit, ad CL. M. P. ab Hydrunto C. à Brundusio dimidio. à Tarento multo minus.

9 Mai. Translatio S. Nicolai Ep. Myrensis, ex Lycia.

Begabar, *Giblin* C. Palæstinæ mediterranea, quæ Ptol. lib. 5. Bætogabri dicitur. Nicopoli finitima, nunc pagus obscurus, ac penè desertus.

1 Dec. Nahum Proph.

* Belunum, quod & duplici l apud aliquos scribitur. *Ciuidal de Belun* C. E. antiqua Venetiæ in ea regione; cui Marchia Taruisina nomen est, intra montes in valle ad Plauem, seù Anaxium fluuium præterfluentem posita. æquo fermè spatio à Feltria, & Ceneta urbibus proximis XVIII. M. P. recedens, à Taruisio Regionis metropoli, seù primaria urbe ad XXXVIII. M. P. distans. Inde Venetias vsquè Anasso. fl. ingens Trabium copia aduehitur.

* 20 Iul. Luganus Ep. Brixinē. Celestino sum. P. C. An. CDXXIV. Ex monum. Eccl. Bellunen.

Bellica, *Beley* C. E. Allobrogum iuxta fines Equestrium in Sabaudia apud viteriorem Rhodani ripam, media quasi inter Ciuaronem, & Forum Sebusianorum, Lugduno proxima, ab eo in ortum ad VII. M. P. Gall. distans, in uia, quæ Lugduno Geneuam ducit, occurrens. Eius Episcopus Tarantasiensi Archiepiscopo subditur.

26 Iun. Anthelmus Ep. sub Alexan. III. Pap. circa an. Domini MCLXIV. *Sur. Tom. 3*

Bellouacum, & Bellouaci, *Beauuois* C. E. Gall. Belgicæ per antiqua, Comitatus Bellouacensis caput, in montis dorso locata iuxta colles, & prata amœna, inter vrbes Picardiæ nobiles, à Cæs. sæpissimè memorata, secus fluuiolus in Esiam amnum decurrentem. Inter Lutetiam Parisiorum: à qua in Arctos ad XVII. M P. Gall. distat, & Ambianum diei itinere dissitum, quanto ferè interuallo à Rhotomago remouetur. Huius vrbis Episcopus Comes est, ac unus ex XII. Principibus, quos Pares vocant, Archiepiscopo Rhemensi subiectus.

8 Ian. Lucianus presby. Petri Apostoli disc. ac I. Bellouacorum Ep. à S. Dionys. Areopagita ordin. *ex Cat. lib. 2.* & Martyr. vnà cum Maximiano, & Iuliano m̄. sub Domitia. Imperat.

24 Sept. Geremarus Abb. in Territorio circa an. Dom. DCLXX. *Trithem lib. 3 de vir. Illust.* *Vinc. Bellouacen in spec. lib. 23.* qui scribit eum fuisse Abb. Flauiacensem.

18 Oct. Iustus puer m̄. sub Diocl. in Territorio in op. quod *S. Iust* dicitur, medium inter Bellouacum, & Claromontem Bellouacorum, nob. Abbatia decoratum. *Mombr. Tom. 2.*

Hic Maurolycus Marium Abb. ad diem 27. Ianuarij memorat, vocis similitudine deceptus. Scribere enim debuit, in monasterio Bobacensi, non Bellouacensi, & Mauri, non Marij.

* Hildemarius Ep. de quo *Sur. Tom. 1. in vita S. Adelhardi Abb.*

Abb.Corbiacensi.

Beneuentum, prius Maleuentum, ut scribit Plin.lib.3. *Beneuento* C.A.Hirpinorum, in Regno Neapolitano, metropolis amplissima, non ambitu mœnium. sed dominatione spirituali, cum illius Archiepiscopo pareant Episcopi XXIV. sita est in colle, inter duos amnes Sabatum, & Calorem, non longe confluentes, planitie valde amœna circunstante. In Regni Neapolitani quasi vmbilico, consistens, amplissimi quōdam Ducatus caput sub Longobardis, nunc Summi Pontificis est: Ab vrbe Roma CL. M.P. distans in ortum, media inter Neapolim, & Luceriam, inter Salernum, & Boianum, ac inter Capuam, & Bisacciā: XXX. M.P. plus minus, ab eis dissita.

12 Feb. Modestus Leuita, & m̄. Ex *Martyrol.Rom.*

19 Barbatus Ep.Beneuentanus XX. sub Longobardis. Ex *Tab.Eccl.Beneu.*

1 Sept. Fratres m̄. sub Maximiano Impera. Ex *Laurentio Sur. Tomo 7.*

3 Mart. Arthellaris Virgo. neptis Narsetis Exarchi
12 Mai. Epiphanius ep. Beneuentanus XXIII.
8 Iul. Apollonius ep.Beneuentanus XVI.
12 Aug. Cassianus ep. Beneuent.XVII.
15 Oct. Tammarus. Beneuent. XXII.
20 Nou. Dorus ep. Beneuent. XV.
} *ex Tab. ecclesiæ Beneuētanæ.*

Deodatus ep.
Acutius m̄.
Acuntius & fratres m̄.
Milus ep.
Repositus cum Soc.m̄.
Sabinianus cum Soc.m̄.
} *Ex lib.SS. Regni Neapolitani.*

* Benta, *Benibalhud* C. Mauritaniæ Tingitanæ in Regno Marrocchio, & Ducala regione apud Atlantem maiorem, Solis Monti C. in ora Oceani Atlantici proxima, ab ea introrsum ad XIV.M.P.secedens.

23 Ian. Seuerianus, & Aquila vxor m̄. Ex *Primo Ep.Cabilonen.* quem deceptum esse ex eo apparet, quōd Martyrolo. nouū Rom. Hos Cæsareæ in Mauritania passos commemorat. Hallucinatus etiam Pet.Gales. eos Neo cæsareæ in Macedonia adscribens, Floro filio addito.

28 Nou. Felix Ep. S. Grati Ep. Carthaginen. Synchr. vbi etiam idem Cabilonen. fallitur, cum Felicem Ep. Hadrumentinum fuisse *ex Vict. lib.1. de Persecut. Vuandalica* constet.

Bergæ, *Bergen* & ad aliarum vrbium huius nominis differentiam *Vuynox Bergen* Op.Gall. Belg. in Flandriæ comitatu, ad Culmam fluuium, seū fossam in colle, medium inter Brugensem C. & Caletum Dunquerchæ propinquum vix II.M.P. Belg. distans. Audomarensis diœcesis.

6 Nou. Vuinocus Abb. monast. Voromolthen. sub Carolo Caluo Reg. *Sur.Tom.6.*

* 16 Iun. Levvina V. m̄. Dies est translationis *ex Molan.*

Bergomum, *Bergamo* C.E. Venetiæ in Cænomanis in ascensu montis constructa, firmissimis mœnibus septa, ampla, & opulenta, ciuibus indu-

stria,

ſtriæ, ac mercaturæ præſertim deditis. Olim Ducum Mediolanenſium, nunc Venetis: à quibus egregiè munita eſt, parens, ex præcipuis Longobardiæ vrbibus, inter Brixiam, & Nouocomum XXX. M. P. quot à Mediolano in Boream, & Cæciam recedit, diſtans. Ipſius Epiſcopus Archiepiſcopo Mediolanenſi ſubeſt.

1 Mai. Grata V. ſub Diocl. & Maxim. *Ex Annal. Ciu.*

11 Iul. Ioannes Ep. m̄. ab Arianis paſſus ſub Agathone Pap. *Ex Paul. Diac. de Geſt. Longob.*

16 Domnio m̄. ſub Maxim. à S. Alex. conuerſus.

10 Aug. Aſteria V. m̄. ſub Maxim. Socia S. Gratæ. *Ex Annal.*

26 Alexander ex Thebæorum leg. m̄. ſub Maxim. *Momb. tom. 1.*

27 Narnus Ep. I. à S. Barnaba Apoſtolo ord. *Ex Annal.*

29 Oct. Euſebia V. m̄. *Ex Tab. Eccl. Bergom.*

14 Dec. Viator Ep. II. *Anaſtaſ. Biblioth. lib. de* SS.

9 Iun. Lupus conf. à S. Alex. conuerſus.

6 Iul. Romulus Ep. III. diſc. Petri Apoſt. Feſulis paſſus ſub Domitiano *vt ſcribit Pet. Galeſ.*

12 Nou. Adelbertus Ep. *Ex Tab. eccleſ. Mediolanen.*

* 3 Sept. Guala Ep. diſc. S. Dominici Ep. Brixien. poſtea mon. Vallis Vmbroſæ. *Ex Tab. Vallis prædictæ.*

5 Albertus Abb. I. monaſt. Pontider. apud Bergomum. *Ex Ann. vrbis, & Tab. dicti monaſt.* circa anno Domini MXCIX.

* Berenice, *Vernich.* ſiuè *Bernich.* C. olim E. clara Cyrenes, maritima, vna ex quinque vrbibus Pentapolim facientibus inter Boreum prom. quo Syrtis magna finitur, & Arſinoen. C. a Cyrene, quæ Regioni nomen dedit, ad CL. M. P. diſtans. hoc tempore, ut cæteræ ſub Turcis obſcura.

* 31 Ian. Melania matrona Romana nobiliſſima. Melaniæ Iunioris auia. Ex primo Cabilonen. qui, ut alibi pluries, fallitur. Nam Metaphraſtes, hanc poſt longam peregrinationem Betlehem deceſſiſſe ſcribit.

Beroea, & Berrhoea, *Veria.* C. E. Macedoniæ in Emathia regione inter Haliacmonem propè fluentem, & Lydium, Pellæ, & Ægæ urbibus finitima, à Theſſalonica vrbe hoc tempore primaria in Africum ad L. M. P. recedens, olim clarior: in qua S. Paul. Apoſt. prædicauit.

25 Iun. Soſipater, Pauli Apoſt. diſcipulus *Ex Adone.*

13 Oct. Carpus, eiuſdem Apoſtoli diſc. Ep. I. Beroen. *ex Doroth.* in Synepſi, qui tamen Troadæ deceſſit. *Ex Martyrol. Rom.*

Berrhoea altera, *Barin* C. E. Syriæ in Cyrreſtica regione, Cyrro ciuitati finitima, & Hierapoli vrbi hac tempeſtate Aſiaticarum Imper. Turcici maximæ, à qua ad XXX. M. P. plus minus abeſt, à Cyrrenſi autem Ciu. ad XL.

3 Aug. Marana, & Cyra. *Ex Theodoreto Ep. Cyrrenſi.*

Berytus, *Baruti* C. Phoenicis E. maritima inter Adonij, & Leontis fluminum oſtia, media fermè inter Byblum, & Sidonem, itinere diei vtrinquè vix diſtans, paulò amplius à Tripoli, quæ nunc regionis eſt caput, in Au-

in Austrum dissita. M.ei imminet Antilibanus. Hic ferunt. S.Georgiũ Draconem interfecisse, & sanguinem ex Saluatoris imagine à Iudæis cruciaffixa, adeo copiosè profluxisse, vt in plurimas vrbes asportatum, etiannum in aliquibus asseruetur. Vrbs ipsa hodie sub Turcis, florens est Emporium, & post Tripolim totius regionis clarissima.

9 Nou. Imago Saluatoris. à Iudæis crucifixa tempore Constanstantini Imp. Iunioris, & Irenes vxoris eius. *Ex Conc. Nicano II.*

9 Ian. Marciana V. m̄. Cæsareæ Palæst. passa sub Diocl. *vt primus Cabilon. scribit.* cùm tamen in Mauritania passa in Rom. Martyrol. referatur.

26 Iul. Erastus Pauli Apost. disc. vt quidam per errorem tradidere: cùm in Martyrol. Rom. Philippus in Maced. passus legatur.

3 Nou. Quartus Apostolorum discip. Ep. Berythi secundum Doroth. in tinopsi, qui tamen III. Athenarum Ep. ibi ad 26. diem Maij passus in nouo Martyrolog. traditur; sub nomine quadrati.

* Besidia, *Bisignano* C.E. Brutiorum in Calabria Citer. apud Crathim fl. in colle constructa, apud excelsos Apennini M. media inter Cósentiam, quæ sua Metropolis est & Roscianum ab eis XX. M. P. excedens. Arcem habet editiore loco satis firmam. Principatus titulo decorata.

* { Bartholameus Ep. / Georgius Conf. / Proculus mon. } Ex *lib. SS. Regni Neapol.*

Besuntio, seù Vesuntio, *Besanzona* Ital. & *Bisanzon* Gallis. C.A. Sequanorum in Burgundiæ Comitatu, ad Dubim flu. circunfluentem, ampla, nobilis, opulenta, & munitissima, vrbs libera, sub Regis Hispani tutela, à Cæsare in Comment. sæpius memorata. Media inter Diuionum, in quo ortum XIIII. M.P. Gall. abest, & Basileam, à Dola, quæ regionis & caput, VII. M. P. distans. Chrysopolis, quasi ciuitas aurea aliquando dicta.

8 Mai. Petrus Ep. sub Lucio Papa III. Ex *Sur. tom.* 3.

6 Iun. Claudius Ep. deinde Abb. Iuren. monast. sub Childeberto Reg. *Sur. tom.* 4.

16 Ferreolus presb. & Ferrutio Diac. m̄. sub Seuero Imp. *Sur. tom.* 7.

25 Antidius Ep. m̄. sub Vuand. passus. *Cat. lib.* 8.

11 Oct. Germanus Ep. VII. m̄. sub Arianis passus. *Moland. in Addit.*

* 15 Ian. Ioannes Chalybita Constantinopolitanus. *Sur. tom.* 1. sed *Metaphr.* eum Romæ scribit decessisse.

Betere, seù Biteræ, & Bliteræ, *Besiers.* C. E. Gall. Narbon. in Occitana regione ad Orobim fl. media inter Cesseronem, & Narbonem regionis Metropolim, à qua III. M. P. Gall. tantum recedit. Agathæ etiam vrbi maritimæ propinqua. Hoc tempore post Tolosam, & Montepesulanum clara.

22 Mar. Aphrodisius Ep. I. à S. Paulo I. Episcopo Narbonen. ord.

Ex primo Cabilon. Hunc Pet. Galesinius, Petrum Equilinum secutus, Episcopum I. Bituricensem facit: cùm is non Aphrodisius, sed Vrsinus fuisse in Martyrol. nouo ad diem 9. Nou. legatur.

Valentinus Ep. m̃. *Ex primo Cabilon.* Vnde acceperit, nescio.

Bethagabra, quæ Ptolem. Bætogabri dicitur *Betacar.* C. Palestinæ in Iudæa inter Cæsariã Palestinæ, & Eleutheropolim: cui propior est, Bethlehemquè propinqua, ab ea VI. M. P. recedens apud Conuallem Mambre, nunc pagus exiguus est, & obscurus.

25 Ian. Ananias Damascenus, unus ex LXXII. discip. m̃. *Metaphr.*

Bethania, C.E. cùm staret, Palæstinæ parua, in Iudæa, Hierosolymæ admodum proxima, ab ea III. M. P. in ortum secedens, mons Oliueti intercedit medius, nunc vicus modicus est, ac quasi desertus.

15 Mar. Aristobulus I. Ep. m̃. vnus ex LXXII., discip. *Ex Act. Apost.*

Bethlehem, Plin. Betholene, *Bethleem* C.E. Palestinæ in Iudæa, Hierosolymis proxima: à quibus in meridiem ad VII. M. P. distat, & ipsa nunc diruta, paucis ædibus, & templis adhuc extantibus, quæ à Turcis sublatis ornamentis relicta sunt, vt à Christianis peregrinis Loca sancta visere cupientibus, pretium exigant. Viget ibi adhuc monasterium ad Præsepe, vbi Saluator noster de Virgine natus est: quod Minores fratres Oberuantiæ habent.

26 Ian. Paula Romana matrona: quæ S. Hieronymi hortatu ingens ibi monasterium virorum, alterum fœminarum construxit. *Ex D. Hieron.* qui vitam conscripsit.

28 Sept. Eustochium V. Paulæ prædictæ filia. De qua *Idem Hieronym.*

30 Hieronymus Stridonen. presb. & Doctor Eccl. sub Honorio Imp. Corpus Romæ. Vita operibus illius præfixa.

28 Dec. Innocentes 144000. m̃. sub Herode Rege. Ex *Matth. cap.* 3.

21 Ian. Melania Senior Romana matrona nobiliss. Ex *Metaphr.*

14 Aug. Eusebius Abb. S. Hieron. discip. *Cat. lib.* 7.

22 Sept. Siluanus Ep. Nazarenus discip. S. Hieron. *Maurolyc.*

Biblus, & Byblus per y. *Gbeles* C. E. Phœnicis apud Adonij flum. ostia, inter Tripolim, & Berytum oræ eiusdem vrbes præclaras; ipsa quoquè quondam nobilis. à Tripoli XV. M. P. à Beryto X. recedens Botryi propior. excelso loco sita, non procul à mari. Ea nunc obscurior.

13 Iun. Aquilina V. m̃. ann. XII. sub Diocl. Ex *Metaphr.*

27 Sept. Marcus, qui & Ioannes, Barnabæ Apost. comes, Ep. I. Ex *Metaphr.*

Hic error primi Cabilonen. vitandus, Marcum Bilbili vrbi Hispanicæ tribuentis.

Bigardæ, *Bijgarden* pagus Brabantiæ ad Sennam flu. in agro Bruxellensi, inter Bruxellas Prouinciæ Metropolim, & Hallam op. ab vrbe milliario Belgico dissitus, vbi monasterium.

17 Dec. Vuina V. & mon. *Molan. in Addit.*

* Biga-

* Bigastrum, postea Balbastrum, *Balbastro* C.E.Hisp. Cit. in Regno Aragonio, non contemnenda inter Cæsaraugustam, & Iaccam aliquandiù. Sine episcopali sede: quæ illi fuit à Philippo II. Rege de Ecclesia optimè merito restituta.

21 Iun.	Raimundus Ep. Balbastren. An. Sal. MCXXII.	Ex *monum. Ecclesiæ.*
* 12 Sept.	Ebontius Ep. Balbastren. Corpus apud Conuenas.	

* Bettonium *Bettona* C. olim E. vt ciues illius gloriantur, Vmbriæ quasi media inter Assisium, & Perusiam, à qua VII. M. P. distat. cuius Incolæ Vettionenses Plin. dicuntur nunc op. est minimè obscurum.

* 12 Mai.	Crispolytus Ep. m̄. disc. S. Petri Apost. Ex *Ann. Oppidi.*

Bingium, *Bingen*, & *Pingen* Germanis op. valde vetustum Germ. sup. ad citeriorem Rheni ripam, vbi Naua amnis Rheno miscetur, inter Maguntiam, & Vosauiam, Maguntinæ diœcesis, vbi virginum monast.

17 Sept.	Hildegardes V. sub Eugen. Pap. III. Synchr. S. Bernardi. *Sur. tom.* 5.
* 19 Mar.	Ida, quæ & Iutta Comitissa Spanheimen. monialis Bingen. & Margarita soror; circa. An. D. MCCLII. Ex *Martyrol. Benedictinorum.*
22 Dec.	Iutta V. S. Hildegardis magistra, apud M. Disibodi. Ex *Chron. Trithem.* circa An. D. MCXXXVI.

* Bingium alterum, siuè Binchium, *Bins* op. Hannoniæ clarum inter Mõtes, & Fines, à Montibus vrbe primaria III. M. P. Belg. à Valentianis vero altera vrbe primaria VIII. Malbodio quoquè, vt Montibus propinquum.

* 10 Iul.	Amelberga vidua, S. Gudulæ V. mater. Corpus Laubijs. Ex *Mol. in Addit.* Amelberga altera Gandaui in Marterol. Rom. sed hæc virgo. prædicta autem Vidua.

Bituricæ, *Bourges* C.A. Gall. Celt. Biturigum Metropolis antiqua, quos Cæsar frequenter memorat, ad Aurum flumen interluentem, circa Regni Gallici vmbilicum, media inter Molinum, & Aureliam. XXI. M. P. vtrinquè Gallicis dissidens. Media quoquè inter Lutetiam, & Lugdunum. ad L. M. P. in Notolibycum à Lutetia distans. Vrbs ampla, elegans, & opulenta, forma oblonga, multis turribus munita, & vniuersitate prædita. Quam plerique Auaricum Cæsari dictam volunt; sed Auaricum *Viezzon* est ad Chari, & Auræ confluentiam.

17 Ian.	Sulpitius Pius Ep. S. Austregisili succ.	Ex *Greg. Turon.*
29	Sulpitius Seuerus Ep. S. Martini. disci.	
20 Mai.	Austregisilus Ep. XXX. sub Theoderico Rege. *Sur. tom.* 3.	
17 Iun.	Gundulphus Ep. *Mol. in Addit.*	
4 Iul.	Laurianus m̄. in Territ. An. Domini DXLIIII. Caput Hispali.	
19 Aug.	Marianus Confess. in pago Euanna. *Turonen. lib. de Confess.*	
22 Sept.	Siluanus Confess. in Territ. Ex *Vsuard.*	
7 Oct.	Augustus presb. & Confessor. Ex *Turonen. de Confess. cap.* 80.	

16 Ambrosius Ep.Cadurcen.in Territ. *Vsuard.*
9 Nou. Vrsinus Ep.I. ab Apostolis ord. *Turonen lib. prędicto.*
11 Ian. Gulielmus Ep.LXVIII. prius Abb. Caroli loci *Sur. tom.1.*
16 Sulpitius Ep. Remigij succ. An. Domini DLXXXVII. *Turonen.ibidem.*
26 Iulianus Ep. Ex *Maurol.* qui nescio, vnde acceperit.
4 Fausta V. Ex *tab.eccl. referente Galesin.*
25 Feb. Vualburga V. Ex *Maurol.* Apud alios Eistati in Germ. ad diem 1.Maij ponitur.
10 Mai. Palladius Ep.in Territ. Ex *Maurol.* cui non satis.
* 17 Iun. Gandulphus Ep. Ex *tab.eccl.*
25 Radulphus Ep. XLVII. Ex *Belleforest. in descript. Gall.*
2 Iul. Menochus Ep.
22 Baltfridus Mon. *ex vit. S. Vuandregisili* Abb. Fontanellen.in monast. M. Falconi direc.Bituricen.
1 Aug. Arcadius Ep. Ex *Maurol.*
25 Oct. Dulchardus Mon. monaster. Ambiliaci. *Menolog. in Addit.*
Bertoara.in Territ.vbi monast.sui nominis.
Simplicius Ep.XV. *Sidon.lib.7.Epist.*

Petr. Gales.XVIII. Episcopos Bituricenses recenset. Martialẽ, Aphrodisium, Vrsinum, Seuicianum, Etherium, Viatorem, Palladium, Arcadium, Desideratum, Sulpitium, Apollinarem, Austregisilum, Stephanum, Radulphum, Gulielmum, Giraldum, Philippum, & Rougerium, aliquot omissis vt patet, ex veris, nonnullis perperam nominatis, ac aliquot inter Bituricenses repositis, qui fuere aliarum ciuitatem Episcopi, maximè verò manifestò labitur errore, dum Martialẽ, qui fuit Lemouicensis, & Aphrodisium, qui fuit Biterensis, Bituricenses facit. Sed non est propositum singulos huius, & Maurolyci errores detegere: qui sæpius per incuriam Sanctos vnius loci, alij, & ad aliã diem, adscribere solent.

Bithynia regio Asiæ, vt vocant minoris, maritima, Ponto permista, an Propontidem, & Euxinum mare extensa. Paslugoniæ, qua Euxino alluitur, & Asiæ propriè dictæ, qua Propontide contermina, Phrygiam etiam magnam, & Galatiam attingens. Quæ hoc tempore partim *Bursia* ex vrbe primaria, partim *Becsangiul* nominatur. Eius vrbes quõdam claræ, Chalcedum contra Byzantium, Nicomedia, Nicæa, Prusa ad Olympum M. Heraclea, & Bithynium, quæ & Claudiopolis. Quarum duæ postremæ, hodie tantum celebres sunt, & florent.

14 Feb. Auxentius Abb. sub Zenone Imp. in Terr. Chalcedon. Ex *Metaphr.*
10 Sept. Menodora, Metrodora, & Hynphodora m̃. sub Maxim. *Metaphr.*
12 Antoninus Ep. Italus m̃. sub Diocl. *Metaphr.*
2 Aug. Theodota, cùm tribus filijs suis m̃. sub Dioclet. Ex *Monolog.*

18 Oct. Lucas Euangelista. *Nicephor.lib.2.* corpus Patauij.
4 Nou. Ioannicius Abb.sub Michaele Imp.apud Apolloniam. *Metaphr.*
* 8 Febr. Eugenius pater, S.Marinæ sub habitu virili. *Metaphr.*
* 8 Dec. Eutychianus confes. apud Apolloniam & M. Olympum sub Mag.const. *Metaphr.*

Blandinium monasterium Flandriæ, apud Gandauum C. in monte Blandinio ad sinistram Scaldis ripam à S.Amando episcopo constructum.
22 Iul. Vuandregisilus Abb.S. Audoeni Episcopi Rothomagen. Synchr. *Sur.Tom* 4.
* 1 Nou. Florbertus Abb.I. Ex *Add.Molan.*

* Blangiacum, seù Blanciacum *Blangy* pagus Artesiæ in Morinis Hedænæ op. proximus ad IIII. M. P. Gallica, Fano S. Pauli propior ad Ternesiam amnem, qui apud Hedenam in Quantiam labitur. Vbi cœnobium prius virginum, nunc Monachorum.
* 4 Iul. Bertha Abb. Ex *Molan in Addit.*

Blauium, *Blaye* op. Aquitaniæ præclarũ diœcesis Burdigalen.apud oram litoralem, portus, & Comitatus ab vrbe Burdigala in Sept.ad V.M.Gallica secedens. à Santonis ferè XVI.
24 Nou. Romanus presby. sub Theodos. seniore, cuius Funus S. Martinum curasse refert. *Turon.lib.de glor.confess.*

Blesæ, *Blois* C.Gall.Celt.apud citeriorem Ligeris ripam colle & rupe assurgens elegantissima Gallicarum vrbium, non tàm ædium pulchritudine, quàm morum ciuium suauitate, à Gallis Regibus ob salubritatem aeris, ob soli ubertatem, ac locorum amœnitatem maximè frequentata. Media est inter Aurelianos, & Turones, ab eis XVI.M.P.Gallicis dissita, à Lutetia Parisiorum quattriduo distat. Hic sæpe comitia Regni habentur.Diœcesis est Carnutensis.
25 Sept. Solénius Ep.XIIII. Carnuten.circa an.Dom. CCCCXC. Ex *Greg.Turonen.lib.de Glor.confess.*

Bobacum, *Bevvons.* pag. Gall. Narbon.in Prouincia in Territorio Sistaricensi, cum monasterio, quod bobacense dicitur, & vulgo *de Bevvons* haud longè ab vrbe Sistarica.
27 Ian. Mautus Abb. Ex *Sigiberto lib.de vir. Illust.* Sed animaduertendum pro Mario, Maurum irrepsisse in vulgatis Martyrologijs.

Bobium, *Bobio* C. E. Liguriæ intra Apennini Montes in valle ad Trebiam flumen, medio itinere inter Placentiam, & Dertonam, si per montes incedas, ab eis X X V. M. P. distans, media quodquè inter Ticinum, & Genuam, si per montes ire libet, utrinquè X X X V. M. P. dissidens. Nonnulli Libarnam prius dictam putant, quod Antonini Augusti itinerarium persuaderi uidetur. Aliis videtur hanc vrbem recentem ex monasterio a S.Colombano Abb. extructo in ciuitatem creuisse. Ea ad Mediolanensem Ducatum spectat.
21 Nou. Columbanus, Hibernus Abb.I.Luxouien.circa an.Dom. DVIII. *Sur.Tom.6.*
10 Mart. Attalus, seù Attala Abb. Sancti Columbani discip. sed hic Abb. fuit Luxouien. Ex *Martyrol. Rom.* Ex *vita S. Bertulphi.*

19 Aug.

* 19 Aug. Bertulphus Abb. sub Honorio Pap. *Sur. Tom. 4.*
* 2 Ian. Baldulphus Mon. Bobien. *Ex Martyrol. Benedict.*

Bohemia, Regio, & Regnum Germaniæ, Theatri figuram tenens, quam Siluæ vndiquè, & montes circundant, à Boihemis populis sic dicta. Bauariæ, Austriæ, Morauiæ, Slesiæ, Lusatiæ, Misniæ, Voithlandiæ, & Nortgoiæ quasi per gyrum finitima. Quam Multauia amnis per medium secat, Albis verò ab ortu, & Egra ab occ. irrigant. Austriacis paret. Cuius Rex in eligendo Imperatore, Electoribus dissidentibus suffragium ferens, quibus magis libet, accedere potest. Vrbes, quarum pars maior errorem Hussitarum retinet, clariores, Praga maxima, & elegantissima, in tres diuisa urbes Imperatoris nunc, & alias Regum sedes, ac Totius Regni metropolis; Litomesca altera episcopalis ciuitas, Egra. Pilsena. Cuthnæ, Broda, Litomeritium, Buduicum, Slangenvverdum, Verona, & aliæ.

28 Sept. Vuenceslaus Dux m̄. Corpus Pragæ *Ex Hist. Aeneæ Sylu.*
* 1 Apr. Procopius Abb. circa an. Domini MLIII. relatus inter SS. ab Innoc. III. Pap. IV. die Iun. qui dies festus in Bohemia. *Ex Io. Dubrau. lib. 7. Hist. Bohem.*

Bolonia, vide Bononia.

* Bonauallis, *Bonneual* op. Gall. Celt. in Belsia Vindocinensi dicta, inter Carnutum, & Vindocinum ciuitates, à Vindocino XII. à Carnuto IX. M.P. Gall. distans. Marbouio, & Castroduno oppidis propius. Abest à Lutetia Parisiorum in occ. Hibernum ad XXX. M.P. Hic Monast. & Abbatia opulenta ord. Cistert.

* 1 Apr. Hugo Abb. à S. Bernardo institutus. *Cat. lib. 4.*

Bonna, *Bonne* C. Germ. Infer. ad Citer. Rheni ripam, situ plano, & satis amœno sub collibus fructiferis inter Confluentiam, & Coloniam Agrippinam Archiepiscopi Colonien. apud Anturnacum, antiqua, elegans, & collegio nob.

10 Oct. Cassius, Florentius, cum socc. Thebæis m̄. sub Maximiano. Ex *Adone.*

Bononia, prius Felsina, *Bologna* C.E. olim Flaminia, seù Æmiliæ antiquissima Colonia ab Hetruscis condita, nunc A. à Gregorio XIII. Pap. ciue suo Metropolis effecta, cum prius Archiepiscopo Rauennati subesset. Vrbs ampla, nob. opulenta, populosissima, ex primis Italiæ vrbibus, in planitie sub Apenninis collibus, formæ quasi circularis, quam Rhenus amnis, Fossa deductus intus irrigat. Summ. parens Pont. formam tamē tenet Reip. post eiectos Tyrannos. Soli præstat vbertate cæteris Ecclesiæ vrbibus. Abest ab vrbe Roma ad CXC. M.P.

4 Ian. Hermes, Aggæus, & Caius, m̄. Maximiano Ex *Adone.*
24 Zama I. Ep. à S. Dionys. Areop. ord. Ex *Hig. Sigon.*
6 Feb. Guarinus Ep. Prænestinus sub Lucio II. Pap. *Sur. Tom. 7.*
7 Iuliana Vidua. De qua *S. Ambros. in serm. de inuent. SS. Vitalis & Agricolæ.*
26 Faustinianus Ep. II. sub Diocl. Ex *Sigon.*
6 Mart. Basilius Ep. à S. Siluestro ord. Ex *Sigon.*
9 Catharina V. monialis S. Claræ. *Acta in prop. monast.*
27 Apr. Tertullianus Ep. VIII. S. Paterniani succ. Ex *eodem.*
5 Mai. Theodorus Ep. S. Laurentij succ. an. Dom. DXXX. Ex *eo.*

1 Iun.

1 Iun. Preculus Ep.m̄. sub Theodorico Rege Ariano Ex *eodem.* Quem alij Ep. Interamnen. faciunt passum sub Maximiano die 1.Dec. *Cat.* 6. In Tab. eccles. Bononien.nō Ep.sed miles nominatur.

11 Parisius Mon. Camaldulen. *Sur.Tom.*5. a quo Patricius nominatur.

12 Iul. Paternianus Ep. VII S.Petronij succ. Ex *Sigon.*

4 Aug. Dominicus Hispanus ord. Prædicatorij autor. Ex*tat vita illius.*

30 Aug. Bononius Abb.Lodicen. diœc. Vercellen.vbi obijt. *Sur. Tom.*7.

26 Sept. Eusebius Ep. Ex *Sigon.*

4 Oct. Petronius Ep.VI. sub Theodos. Seniore Vrbis patronus. *Sigon.*

4 Nou. Vitalis,& Agricola,m̄. sub Diocl. Corpora feruntur. Aruernis esse. *Turon.de gl.* m̄. *cap.*24.

14 Iucundus Ep.X. an.Domini CCCCLXXXI. *Sigon.*

4 Dec. Felix Episc.V.'prius diaco. Sancti Ambrosij Ep. Mediolanen. *Sigo.*

* 20 Mai. Albertus Abb. Vallis Vmbrosæ:Ex quo monast.Bononię denominatur. Ex *Tab.Vallis Vmbrosæ.*

* 11 Oct. Iacobus Alemannus ord.prædicatorum. Ex *Chron.d.ord.*

Bononia altera *Bologna al mare* Italis, *& Boulognæ* Gallis.C.E. Gall.Belgicæ maritima in Picardia munitissima,de qua diù inter Gallos, & Anglos decertatum est armis: sed tandem cessit Gallis, sicuti & Caletum vrbs postrema eius Tractus. Plærique eam Gessoriacum Nauali olim dictam volunt. alijs reclamantibus. Dignitatem episcopalem ob Taruannæ antiquæ urbis,& proximæ excidium obtinuit,amplissimi Comitatus caput; Media est inter Monasteriolum, & Caletum, vrbes Picardiæ, VI. aut VII. M. P. Gall. ab eis dissita, à Lutetia Parisiorum in Septriones ad XLVIII. itinere,quasi quattridui distans.

20 Iul. Vulmarus Abb.monasterij Syluiacen. *Sur.Tom.*4.

* 6 Iul. Godelevva V. m̄. in pago Gistellensi. *Sur.ibidem.*

* Boua, sic vulgo C. E. Brutiorum apud oram maritimam Calab. Inf. Herculis Prom. in edito colle,vbi Apenn. M. terminatur constructam Rheginorum,& Locrensium finibus,parum.

* 5 Mai. Leomon S.Basilij.

* 11 Sept. Helias Abb. S.Nili Abb. coætaneus.

21 Constantinus conf. ex *Tab.eccl.*

Brabantia,Regio, & Ducatus Amplissimus Galliæ Belgicæ Oceanum Germanicum,contra Selandicas Insulas attingens. Flandriæ ad occ. confinis,Geldriæ,& Cliuiæ ad ortum. Ditioni Leodiensi, & Hannoniæ ad Austrum. Hollandiæ, & Silandiæ ad Septentriones finitima. Mosa flu. circunfluit, instar arcus, separatquè a Leodiensi ditione ex parte, Iuliacensi, Cliuien. & Geldrensi Ducatibus,& ab Hollandia. Scaldis vna cum Tenera fluuiolo à Flandria distinguit. Regionem Aduatices pop. olim habitasse.ferunt. Longitudo latitudinis par XVIII.M.P.Belgicorum. Vrbes ad XXVI. habet.Quarum clariores,Antuerpia. Louanium, Bruxellæ,Machlinia,Buscum Ducis,& Traiectum superius.

15 Mai. Dympna V. m̃. à patre Rege Hiberno ob fidem occiſa. *Sur.Tom.3.*
16 Iun. Lutgardes V. an.Dom.MCCXLVI. *Sur.Tom.3.*
9 Oct. Giſlenus Athenien.prius Ep.poſt Abb.Vrſidunci.ſub Dagoberto Rege,& Amando Ep. Traiecten. *Sur.Tom.5.* In Hannonia op.eſt,de huius ſancti nomine dictum.

Bracara,& Bræcara, *Braga.* C. A. Hiſp.Tarracon. in Callaicorũ finibus, ad Regnum Portugallicum ſpectans, apud Celandum amnem. Olim ſub Rom.nobiliſſimus finitimarum vrbium cõuentus, poſtea verò ſub Chriſtianis ampliſſima Metropolis. In planitie ſita,formæ quaſi rotundæ, media inter Durium, & Minium flumina,à Portu C. Luſitana IX. M. P. Hiſpanicis,à Tudenſi C. Gallæciæ,ferè tantundem,ab Vlyſſipone LVI. diſſita.
16 Apr. Fructuoſus Ep.primum Dumien.deinde Bracaren. circa an. Domini DCLXIIII. corpus Compoſtellæ. *Moral. lib.12.*
12 Victor m̃.ſub Diocl.an.Dom.CCCVI. *Flos SS.*
26 Petrus I.Ep. à S.Iacobo Apoſt.ord.m̃. *Ex Breu. Bracaren.* corpus ibid.
7 Febr. Gonzalui presby. *Ex Ambroſ.Morali.*
5 Dec. Gerardus Ep.Bracaren. *Ex eodem Breu.*

Brema, *Bremen* C. A. Saxoniæ, ſiuè Friſiæ Orientalis, Metropolis antiqua, ad Viſurgim flumen, ex quo aqua admirabili rota magna populi commoditate in ciuitatem perducitur. Phabiranum quondam dicta. Inter Haſæpontem,& Hamburgum, inde XII. hinc XV. M. P. Germ. diſtans,à Lubeco XXV.diſſita. Nobilis eſt,& elegans,ac regionis, hoc eſt Friſiæ,primaria.
3 Febr. Anſcharius Archiep.I. Bremen.cum prius Eccleſiæ Hamburgen.præfuiſſet,ſub Greg. IIII. Pap. *Sur.Tom.1.*
4 Rembertus Ep.II. S.Anſcharij ſucc. ſub Ludouico Pio. *Sur. ibid.*
7 Iul. Vuillibaldus Ep.I. Eiſtetten. S. Bonifacij Synchr.ſub Zacharia Pap. *Ex Trithem.lib.3.*
8 Nou. Vuillehadus Ep.I. S Bonifacij diſcip. *Sur.Tom.6.*
9 Mai. Aldegarius Ep. S. Remberti ſucc. *Krant.lib.2.*
25 Aug. Libentius Ep. VIII. *Ex Martyrol.Bened. Trithem.lib.4.*
21 Oct. Vuimo Ep.VI. an. Dom.DCCCCXXXVI. *Krant.lib.3.*
29 Dec. Hogerus Ep.IV. S.Aldegarij ſucc.an.Dom.DCCCCXV. *Krant.ibid.*

Brincola, *Bregnole* op. ſeù Caſtrum Gall. Narbon. in Prouintia ad Caramiam fluuiolum in Argenteum flumen labentem,inter Maſſiliam,& Telonem,à quo in Septentriones VIII. M. P. Gall. ferè recedit. Fano Maximini propius.
19 Aug. Ludouicus Ep. Toloſanus Caroli Regis Siciliæ filius, qui quo die habitum Minorum fratrum ſuſcepit,profeſſionem. ord.emiſit, & Epiſcopus Toloſæ factus eſt. à Ioanne XXII. Pap. inter SS. relatus. *Ex Chron.ord. Minorum.*

Briocum,& Brioceñſis ciuitas *San Brieu* C. E. Gall. Celt.in Britannia minore

nore inter Maclouium, & Corisopitum vrbes eiusdem regionis, à Dinanto Britanniæ emporio XII.M.P. Gall. distans à Rhedona vrbe metropolitana XXII. Trecorio propior.

29 Iul. Vuilhelmus Ep. ab Innoc.IV.Pap.SS.numero adscriptus, *Sur.Tom.3.*

* Briocus Ep. Ex quo nomen vrbi inditum est.

Britannia maior: quæ postea Anglia dicta est. *Inglererra*, & *Inghilterra*. Insula maxima Oceani Occidentalis, quæ Antiquis Albion dicitur, & Britannia, in duas diuisa, hoc est Britanniam primam, quæ Angliam, Vualliam, Cumbriam, Cornubiam, & Northumbriam continet, omnes sub Anglico Regno comprehensas, & Britanniam secundam, quæ posthæc Scotia appellata fuit alterum scilicet Regnum Albionis. Angliæ verò Regnum, quod V. Regiones amplectitur, à Scotia altero Regno Montibus, & duobus fluminibus Tueda, & Soluco disterminatur, atquè in Austrum vergit, in longitudinem supra CCC. M. P. in latitudinem ad CCCC. patens, in XXXIX. Comitatus ingentes quasi regiones, Episcopatus verò ad XXX. distributum. Vrbes nobiliones, Londinum, Regia, Bristolium, Emporium, Conuentria, Aatona, Noruicum, Cestria, Maridunum, Meneua, Bangoria, Eboracum, & Daruernum, quæ duæ Metropolis sunt.

18 Ian. Deicola Abb.S.Columbani discip. *Cat.lib.2.*

10 Mart. Eduardus Rex m̃. an. Domini DCCCCLXXXI. *Sur.Tom.2.*

20 Cuthbertus Ep. Lindisfarnen. *Bed.lib.4.*

25 Mai. Aldemus Ep.Schireburgen. *Sur.Tom.3.*

23 Iun. Ediltrudes Regina S.Eadmundi Regis vxor. V. & Abb. Eligen. *Bed.lib.4.*

1 Iul. Iulius, & Aaron m̃. cum alijs plurimis sub Diocl. in Vrbe Legionum: quo tempore S.Albanus passus est Verolamij. *Cat.lib.5.*

15 Nou. Maclouius Episcop. Alethen. qui, & Machutus, apud Santonas decessit, Sancti Leontij Episcop. Synchr. *Sur.Tom.6.*

17 Hugo Ep. Lincolnien. *Sur.ibidem.*

17 Sept. Socrates, & Stephanus m̃. Ex *Ad.* & *Bed.* Nec locus nec tempus sciri potuit.

1 Mai. Vltanus conf. *Bed.lib.3*

6 Iun. Gudualus Ep. primum, deinde Abb. proprij monaste. in Cornnia regione. Corpus in Blandinio monasterio apud Gandauum. *Sur.Tom.3.*

14 Brandanus Abb. deinde Ep. in Scotia.

10 Oct. Ioannes Canon. regularis. Bridlintoni op. in Eboracen. diœc. ultra Humbri flum. ostia, à Bonif.IX.Pap. in SS.numero adscitus. *Sur.Tom.5.*

Britannia minor, *Bertagna* Regio Gall. Celt. ad Oceanum Britannicum sita: primum Aremorica, post Britannia à Britannis, qui ab Anglis suis sedibus pulsi, eò se recepere, dicta, minor ad Magnæ, de qua mox dictum est, differentiam vocata. Normandiæ ad ortum cõtermina, à qua Cenone amne separatur. Ligeris à Pictonibus in meridiem vergentibus

diuidit, qua Septentriones spectat, & occasum, Oceano alluitur, Andegauensem Ducatum attingit, & ex parte Cęnomanensem, ad Orientem Solem. Ducem habebat, quia Regis Gallorum solutus erat potestate: sed eo sine liberis masculis, decedente, filia quæ sola ex Duce remanserat, Regi Gallo nupta, Britannia Regno Galliæ copulata fuit. Vrbes habet episcopales IX. Quarum Metropolis Rhedona in Vmbilico ferè, Nannete, Venetię, Corrisopitum, Leona, Trecorium, Maclouium, Briocum, & Dolis.

19 Mai. Iuo presby. apud Trecorien. ciuit. à Clem. VI. inter SS. adscriptus. *Sur. Tom. 3.*

13 Iul. Turrianus Ep. Ex *Chron. Segeberti.*

28 Sampson Ep. Dolen. *Sur. Tom. 5.*

24 Oct. Maglorius Ep. Dolen. S. Sampsonis succ. *Sur. ibid.*

* 3 Mart. Vuinvvalocus Abb. Tauracen. an. CCCCLIX. *Sur. Tom. 6.*

* Similianus Abb. Tauracen. Synchr. S. Sampsonis. Ex *vit. S. Ethbimi.*

Briuates, *Brioude* olim pagus Aruernorum, in Gallia Aquit. nunc op. amplum, & præclarum, Aruernensis prouinciæ, intra M. Cemenos, unde Elauer amnis exoritur, à Claromonte C. in meridiem XII. M. P. Gall. plùs minus dissidens. Esuriæ op. præstantiori propius.

28 Aug. Iulianus m̄. sub Diocl. S. Ferreoli m̄. socius. *Turonen. lib. de Glor. marty.* Et *lib. Hist. 2.*

Brixia, *Brescia* C. E. Venetiæ, in Cænomanis ad Alpium Rheticarum radices, in plano tamen sita apud Melam fl. munitissima arce editiore, & mœnibus ualde firmis, ex præcipuis Longobardiæ urbibus, agro amplissimo ad LX. M. P. intra Alpes extenso. Ciues habet industrios, armis, & Mercaturæ deditos. Ferri copia maximè diues. vrbs populi frequentia magis præstans, quàm mœnium amplitudine, sub Venetis multis ab hinc annis, cùm prius ad Mediolanensem Duc. spectaret, cuius Archiepiscopo adhuc Brixianus Episcopus paret. Proficiscentibus Mediolano Venetias obuia, à Mediolano ad LVII. M. P. in ortū æstiuum, à Venetiis in occ. hibernum CX. circiter abest. à Verona in occ. XL. M. P. recedens. à Bergomo XXX. in ortum, quot ferè à Cremona, Crema, & Mantua.

15 Feb. Faustinus, & Iouita m̄. sub Hadriano. *Momb. Tom. 1.*

16 Faustinus Ep. VII.

21 Paterius Ep. XXIII. discip. Sancti Greg. Pap. *ex tab. eccles. Brix.*

23 Felix, XX. Ep. à S. Philastrio.

3 Mart. Titianus Ep. XV. & post S. Philastrium IX.

7 Gaudiosus Ep. XII.

24 Latinus Ep. S. Viatoris succ.

28 Apr. Calocenis m̄. sub Hadriano, a SS. Faustino, & Iouita conuersus. Puto hanc diem translat. non passionis esse: cum legatur alibi passus, Albingauni scilicet, ad 19. diem Martii.

24 Honorius Ep. XIX.

27 Theophilus Ep. X. post S. Philastrium III.

29 Pau-

29 Paulus Episc. in Martyrol. Roman. legitur pro Paulo Paulinus.
20 Mai. Anastasius Ep.
24 Afra m̄. sub Hadriano, diuersa ab ea, quæ passa est Aug. Vindelicorum.
4 Iun. Clateus Ep.
7 Iul. Apollonius Ep.V.
11 Sauinus, & Cyprianus m̄.
14 Optatianus Ep. VII. à S. Philastrio.
18 Philastrius Ep.VI. sub Theodos. Seniore Synchr.SS.Ambros. & Augustini. Scripsit contra Hæreses.
12 Aug. Herculanus Ep.
26 Sept. Vigilius Ep.
28 Syluinus Ep.IV. post S.Philastruti.
25 Oct. Gaudentius Ep.VII.S. Philastrij succ.
5 Nou. Dominator Ep.XIV. post S.Philastrum.
1 Dec. Vrsicinius Ep.
2 Euasius Ep. XXX.
10 Deusdedit Ep.
20 Dominicus Ep.
5 Ian. Rusticianus Ep.S.Honorii, succ.
7 Beniamin, & Maximus m̄.passi una cum SS. Faustino, & Iouita.
12 Nainius, Iacobinus, & Anselmus m̄.ut sup.
16 Morinus presb.& Stephanus diac.m̄.ut sup. } *dies Inuētionis.*
19 Peregrinus, & Siluianus m̄.passi una cum S. Afra. die 1.Iunii.
4 Febr. Obitius confess. Ex *Martyrol.Gales.* non tamen in Tabu. Brixien.
8 Paulus II.Ep.
12 Valerianus Valentinus, & Saprutius m̄.passi cū SS.Faust. & Iou.dies peccēt.Constantius cōf.ord.Humiliatorū. *ex illorum Breu.*
18 Epimeneus presby.m̄.
21 Apr. Cyprianus Ep.
24 Anatalon.I.Ep. *Ex Tab.*
14 Antegius Ep.
14 Dec. Viator Ep.
15 Syluia V.

Summa. Ep.XXVIII. de quib. Lambertus episcopus Brixianus Martyres XVIIII. confessores I.

Brixino, & Brixina. *Prisnon* C. E. Rhetiæ ad Isacum flumen apud Italiæ confinia, in Tyrolen.Com. episcopalis effecta ob excidium Sabionæ vrbis proximæ extinctæ. Media penè inter Tridentum: à quo in Septentriones XVI.M.P.Germanicis abscedit, & Venipontem, Comit.Metropolim: à qua bidui itinere abest, ultra Bocenum Emporium X.M.P.Huius urbis episcopus Archiepiscopum Salisburgensem superiorem agnoscit, licet Princeps sit Imperii.

5 Febr. Genuinus, & Albinus Ep.hic Brixinen. ille Sabionen.

Paul.Diac.lib.3. Galeſ. perperam Brixinam cum Brixia confundit, & Albinum epiſcopum Brixienſem facit.

* Bronium, *Braben*, pagus in Territorio Namurcenſi, cum monaſterio à S. Gerardo Abb. conſtructo, quod hodie S. Gerardi nominatur, à Namur co vix III.M.P. Belgicis diſtans.

3 Oct. Gerardus Abb.I. & auctor monaſterij circa an. Domini DCCCCLVIII. *Ex Meyero lib.2.Annal.*

Brugæ, *Bruges* C.Gall.Belg. E. Comit. Flandriæ, poſt Gandauum. maxima, & clariſſima, ac elegantiſſima, forma conſtans circulari, multis foſſis, quibus aquæ deducũtur, irrigata; vt magna etiam nauigia in vrbem ex vicino Oceano pertrahantur, (eſt enim Sluſæ, & Oſtendæ opp. maritimis proxima.) Hanc aliqui olim Geſſoriacum Nauale dictam putant, deinde Brugas à pontium multitudine (pontem enim Germani Brug, ſeù pruch uocant,) ſed certe ex Antonini Auguſti Itinerario Geſſoriacum Nauale alibi fuiſſe demonſtratur. Diſtat à Gandauo in occ. æſtiuum ad VIII. M. P. Belgica, quot fermè à Metelburgo ciuitate Selandica, ab Antuerpia, & Bruxellis quaſi duplo.

14 Oct. Donatianus Ep.II.Rhemen. *Ex Mol.Addit.*

* 7 Mart. Carolus m̃. *Ex vrbis Annal.* quem Galeſ. Burgis adſcribit: ſed forte error eſt librariorum.

* Brunuillarium, *Brunuiller* pagus agri, & diœc. colonienſis, apud Veringum op. apud Rhenum flumen, inter Rhenum, & Siluam Vilnenſem, à Colonia Agrip. III. M. P. German. in occ. diſtans. vbi monaſterium.

* 22 Apr. Vuolphelmus Abb. S. Bertini frater. an. Domin. MXCI. *Sur.Tom.2.*

Brunduſium, *Brindeſi* C. A. Calabriæ litorea non eius, quæ nunc vulgato nomine *Calabria*, ſeù *Calauria* dicitur: ſed quæ Iapygia, & Meſſapia, vel etiam Salentinia dicta eſt veteribus (partem enim Iapygiæ, Peucetijs attiguam Calabriam dixere) vrbs, & portus quondam memoratiſſimus. ex aduerſo Tarẽti vrbis extremæ Magnæ Græciæ ad Ionium mare; vnde Salentinorum cherſonneſus incipit, ad Brunduſium deſinens in mari Hadriatico. Media eſt inter Hydruntum, & Barium, hinc inde L. M. P. diſtans à Neapoli CC.M.P. in ortum recedit, ab Aletio XXV. à Tarento vix XXXV. vrbs antiquiſſima à Cretenſibus ſocijs Theſei condita ex primis Roman. Colonijs. Hoc tempore nullo alio memoralis, quàm portu, cui parem non reperiri vſquam ferunt.

11 Ian. Leucius Ep.m̃. De quo *S.Greg.Pap.*

Bruxellæ *Bruſſelles* C. Gall. Belg. Brabantiæ Metropolis, & Regia, ſeù ſedes Ducum. ad Senam amnem, Delia fluuio interluente, forma conſtans ouali, ampla, elegans, ſitu perameno, media inter Namurcum, & Gandauum, à quibus XI.M. P. Belgicis abeſt. ab Antuerpia VIII. in meridiem recedens, à Montibus X. Etſi vero tàm ampla, & metropolis eſt; haud vnquam tamen epiſcopali dignitate ornata fuit. Machliniæ vrbi Archiepiſcopali, quæ minor eſt, in ſpiritualibus parens. Templum Diuæ Gudulæ dicatum, inter cætera fulget, in quo hoſtia ſacra, ex qua percuſſa à Iudæis anno ſalutis MCCCLXIX. ſanguis profluxit, adhuc ſanguine conſperſa aſſeruatur, & cernitur.

8 Ian. Gudula V. S. Amelbergæ filia. Sub Sigiberto Rege. *Ex Mol.*

Mol. obijt in pago Morsellensi apud Alostum.

* 19 Iun. Alena V. m̃. passa sub Leuoldo parente Rege Idolatra. Ex *Mol.*

Bulgaria, Regio Europæ, quæ sic hodie etiam nominatur, Mysiæ superioris pars, inter Seruiam, Valachiam, & Thraciam, intra Hæmum M. qui Mysiam à Macedonia, & Thracia diuidit, & Danubium flumen notissimum contenta. Ciabrò amne à Seruia diuisa, Danubio à Valachia, vrbes illius nobiliores, Sophia Metrop. vbi præfectus Turcarum Europæ præpositus: quem Belerbeium vocant Græciæ, habitare solet. Serraium, Silistria, Chilia, Nicopolis ad Hœmum, quæ singulos præfectos, quos sangiaccos dicunt, habent.

23 Iul. Plurimi m̃. sub Nicephoro Imperator. Ex *Menolog.*

Burdegala, *Bordeaux*, C. A. Aquitaniæ apud ostia Garumnæ flum. Portu, mercatura, ædificijs publicis, clara, maximè verò Senatu, est enim Guiennæ regionis Metropolis, ampla, antiqua, nobilis, & opulenta, forma pene quadrata, vbi multa antiquæ nobilitatis extãt vestigia, præsertim Amphitheatrum amplum. Academiam habet satis antiquam, & Ausonio Poeta adhuc gloriatur. Media est inter Baionam vrbem Galliæ extremam in Hisp. confinio, & Rupellam. XXVI. M.P. Gall. interuallo, à Lutetia ad CXXIIII.

18 Iun. Amandus Ep. S. Delphini succ. sub Honor. Imper. Sancti Paulini Episcopi Nolani Synchr. Ex *Turonen. lib.* 1.

23 Oct. Seuerinus Ep. Colonien. SS. Martini, & Ambros. Episcoporum Contemporaneus. Ex *vita* S. *Euergisli episcopi*, m̃. Vereor ne potius Coloniæ obierit, quam Burdegalæ.

24 Dec. Delphinus Ep. sub Theodosio Seniore, de quo *S. Paulinus in Epist. ad S. Amandum.*

8 Aug. Momolus Abb. Floriacen. *Sur. in vita Sancti Aigulphi* m̃.

* 24 Nou. Romanus Ep. apud Blauium sepultus. *Turonen. lib. de Glor. Confes.* Gales. & alij presbyterum scribunt, non episcopum.

Burgi, *Burgos*, C. A. Hispan. Tarrac. intra M. Aucenses, ex quibus Iberus fl. originem habet, humili loco, quem montes instar Coronæ cingunt, condita, frequentia tamen populi, & artificum numero, ex primis Hispaniæ vrbibus, antiquissima Regni Castellæ Veteris Metropolis, & Regia. Olim Brauum dicta, & Masburgi. Ecclesiam Cathedralem habet amplissimam, vbi Crucifixus maximæ deuotionis opus Nicodemi. Ibi etiam Cœnobium Virginum, amplissimum & opulentissimum, cuius Abbatissa multis per Regionem Monasterijs, præest, & oppida permulta sui iuris habet. Anno Sal. M. XCVII. Sedes Episcopalis ex Auca vrbe proxima excisa Burgos migrauit.

13 Aug. Centolla V. & Helena à Centolla ad fidem conuersa, m̃. sub Rege Hisp. passæ Ferri op. apud Iberum. *Thesau Conc. tom.* 2.

30 Ian.

30 Ian. Elesmis Eremita, sub Alphonso Rege VI. *Thesau. Conc. ibid.* Nonnulli ad diem 20. referunt..
Adelelnius conf. *Ex Ambr. Mor.*
26 Aug. Victor m̄. in Territ. *Ex Ambr. Mor.*

Cabilo, & Cabullinum, *Chaalon* C.E.Gall. Lugdunen. antiqua in Burgundiæ Ducatu ad Ararim fl. vbi aliquot concilia Galliæ habita sunt, hac tempestate mercimonio ob fluminis, & situs oportunitatem clara, media quasi inter Diuionem, Prouinciæ caput, & Lugdunum. XX.M.P. Gall. interstitio, à Matiscone media inter ipsam, & Lugdunum X.M.P. in Arctos distans.

17 Mar. Agricola Ep. sub Ioanne III. Pap. *Ex Turon. lib. 5.* S. Germani Ep. Parisien. Synchr. & S. Gunthramni Reges.
28 Gunthramnus Rex Burgundionum. Mauritio. Imp. *Cat. lib. 4.*
4 Sept. Marcellus S. Photini Episcopi. disc. m̄. Antonino Imp. quo temp. Photinus Lugduni, & Valerianus Augustoduni passi sunt.
15 Valerianus m̄. in Territ. Tinurtij op. qui in passione S. Marcelli Augustoduni passus legitur.
20 Nou. Siluester Ep. quem Mauroly. Sylucrinum, appellat. *Ex Turonen. in lib. de Glor. Conf.*

Cabilone.

19 Oct. Veranus Ep. sub Childeberto Rege. in Territ. Aurelian. *Turon. lib. 3.*

Flauius Ep.
Desideratus Ep.
Tranquillus Ep. — *Ex Primo Cabilonensi.*
Lupus Ep.
Grausus Ep.

Cœa, fl. Hispaniæ Tarraconen. in Regno non Gallæciæ, vt in Martyrol. Rom. sed Legionensi, in Palantiam flumen influens, in cuius ripa oppidum situm est, quod *Sahagun* vulgus appellat, quasi Sancti Facundi, quo loco ab Alphonso Rege insignis ecclesia extructa est, in qua sepeliri voluit. apud Palantiam C.

27 Nou. Facundus, & Primitiuus m̄. sub Diocl. *Thesau. Concl. tom. 2.* Feruntur filij Marcelli Centur. m̄. corpora in op. *Sahagun.* vbi passi sunt.

Cæsarea Cappadociæ, quæ & Mazaca. *Cæsaria* C.A. Cappadoc. ad M. Argæi radices apud Melæ amnis ortum, Totius Cappadociæ antiquissima, ac nobilissima Metropolis, tametsi valens Imp. Tyana alteram Cappadociæ metropolim in odium S. Basilij episcopi Cæsariensis instituit Media ferè inter Ancyram Galatiæ Metropolim, & Melitenem Armeniæ minoris apud Euphratem præcipuam, ab eis CXC. plùs minus M. P. distans.

1 Ian. Basilius Magnus Ep. S. Leontij succ. Sub Valente, & Valentino. *Metaphr.*
3 Gordius Centurio m̄. de quo *apud S. Basilium extat oratio Metaph.*
13 Contius Ep. sub Constantino Mag. *de quo in vita S. Basilij.*

6 Feb. Dorothea V m̃.ſub Diocl.cum Theophilo à ſe conuerſo, & duabus ſororibus. Ex *Adone*.
Item Saturninus, Theophilus, & Reuocata m̃.
24 Sergius m̃. Ex *Adone*.
2 Mar. Lucius Ep. Abſalon, & Lergius m̃. *Galeſ.* pro Lucius, Lucas, pro Lergius, Largus, ſcribit, & Hergium addit.
15 Longinus miles, qui lancea latus Domini aperuit. m̃. *Metaphr.*
23 Iulianus confeſſ. Vſuard. forte alterius Cæſareæ.
9 Apr. Euphychius m̃.ſub Iuliano Imp. *Sozo.lib.* 5.
21 Mai. Polyeuſtus, Victorius, & Donatus m̃. *Metaphr.* Græci tamen *in Menol.* Polyeuſtũ Melitenæ paſſum referunt.
30 Baſilius, & Enemilia congiugis eius parentes Baſilij magni, conf. *de quibus extat oratio apud Nazeanzenum*, obierunt apud Polemonium C. in ſolitudine, loco natalitio d. Baſilij.
14 Iun. Ord. S. Baſilij magni in Epiſcopum, ſub Valente. *Ex vita eiuſdem.*
30 Iul. Iulitta m̃. *de qua extat oratio Baſilij Magni.*
31 Fabius m̃.ſub Dioclet. & Maxim. Ex *Adone*.
17 Aug. Mamans puer ſeptennis SS. Theodoti & Rufinæ m̃. filius m̃. ſub Aureliano. *Metaphr.*
31 Theodotus, & Rufina, Mamantis parentes, cum Ammia nutrice m̃.ſub Aurel. *Metaphr.*
7 Sept. Euphychius m̃.ſub Hadriano. *Metaphr.*
3 Nou. Germanus, Theophilus, Cæſarius, & Vitalis m̃. ſub Decio. Ex *Adone*, & *Cat.lib.* 10.
19 Barlaam m̃. *cuius meminit* S. *Baſilius.*
25 Mercurius Miles m̃.ſub Decio. *Metaphr.*
2 Ian. Baſilius m̃.ſub Iuliano. Ex *Galeſ.*
2 Feb. Formilianus Ep. *Euſeb.lib.* 6.
13 Apr. Euſebius m̃.ſub Iuliano. *Menolog.*
3 Iul. Hyacinthus cubicularius Traiani m̃. *Menolog.*
19 Aug. Magnus m̃. cum ſocijs ſub Aurelio, ab igne nihil læſus. *Cat.lib.* 7.
27 Sept. Eleutherius m̃.ſub Adriano. *Metaphr.*
30 Gregorius Ep. Arm. maioris, cuius filius Atoſtanes Concil. Nicæno interfuit. *Metaphr.*

Cæſarea Palæſtinæ *Chaiſar* C.A. olim, inter Paleſtinæ vrbes celeberrima, maritima, portus, & Emporium, prius Turris Stratonis dicta, poſtea in honorem Auguſti Cæſaris Cæſarea, inter Ptolemaidem, & Iopen ſita. Ab illa XL. ab hac XX. M.P. diſtans, ab Hieroſolymis ad L. tanta ciuitas nunc penitus excisa, nullos habet habitatores. Piratarum domicilium effecta.

2 Feb. Cornelius Centurio à B. Petro Apoſt. Baptizatus, & Ep. I. ord. Ex *Metaphr.*
16 Helias, Hieremias, Eſaias, Samuel, & Daniel Ægyptij m̃. ſub Maximino, cum Porphyrio Pamphili, & Seleuco Cappadoce. *Euſeb.lib.* 8.

17 Theo-

17 Theodulus senex m̄.sub Diocl. *Euseb.lib.8.*
Item Iulianus Cappadox m̄.sub eodem. *Eus.ibid.*
3 Mar. Marinus miles, & Asterius Senator, m̄.sub Valer. *Eus. lib.7.*
5 Hadrianus miles m̄.sub Diocl. *Euseb.lib.8.*
Item Eusebius Palatinus, cum alijs 9.m̄. *Vsuard.*
Item Theophilus Ep.doctissimus m̄.sub Seuero. *Hieron. descrip.Eccles.*
7 Eubulus soc.S.Hadriani prædicti m̄. *Tus ibid.*
18 Alexander Ep.primùm Antiochinus, deinde Hierosolymitanus m̄.sub Decio. *Hieron.de script.ecclesiæ.*
23 Nicon, cum alijs 99.m̄. *Menolog.*
24 Timolaus, Dionysius, Pausides, Romulus, Alexādri duo, & Agapius m̄.cum altero Dionysio, sub Diocl. *Euseb. lib.8.*
28 Priscus, Malchus, & Alexander m̄.sub Valeriano. *Eus. lib.7.*
2 Apr. Amphianus m̄.sub Maximino. *Euseb.lib.8.*
Item Theodosia, Tyria, V.m̄.sub eodem. *Gales.* hac die alterius Theodosiæ V.m̄.sub Diocl. Cæsareæ Cappadociæ meminit.
1 Ian. Pamphilus presbyter, cum Valente diac. Paulo, & alijs IX. m̄.sub Maximino *Metaphr.*
5 Zenaises, Cyria, Valeria, & Marcia m̄. Ex *Martyrolog. Roman.*
6 Philippus vnus ex 72. disc. diac. cum tribus filiabus. *Eus.lib.2.* Quem multi existimant Hierapoli in Phrygia obijsse.
27 Ancetus m̄.sub Diocletiano *Euseb.lib.8.*
8 Iul. Procopius m̄.sub Diocl. *Metaphr.*
8 Oct. Reparata V.m̄.sub Decio. *Momb.tom.2.* Corpus Florentiæ, quod etiam Lucenses se habere credunt.
14 Fortunata V.m̄.sub Diocl. post quam Carpomus, Euaristus, & Priscianus fratres illius passi sunt. Corpus Neapoli.
13 Nou. Antonius, Zebenus, Germanus, & Ennatha, V.m̄.sub Maximino. *Euseb.lib.8.*
20 Agapius m̄.sub eodem. *Euseb.lib.8.*
5 Mar. Theotœnus Ep.à quo Asterius Senator in fide eruditus.
21 Iun. Eusebius Ep. qui Hist. scripsit eccles. sub Constantio Imp.
1 Dec. Diodorus Alexandrinus Ep.sub Valente Imp. *Hieron.de script.eccles.*
In Catal.etiam hi in Sanctorum Ep. numero computātur, Theoctistus Orig.auditor, Domnus, Agabius, & Pamphilus.

Cæsarea Philippi, *Chesar*, & *Bellinas*, & nonnullis *Bolbec*. C. Palestinæ quondam clara ad Iordanis fl.fontes, prius Paneas à Romanis de fontis nomine dicta, & Dan Hebræis, post

Cæſarea à Philippo Tetrarcha Herodis filio in honorẽ Tiberij Cæſaris nominata, Cæliſyriæ, ſeù Decapolis, poſt Damaſcũ præcipua, & caput, ad M. Libani radices ſita. Media inter Sidonem, & Damaſcum, à Sidone in ortum XX. M. P. recedens, à Hieroſolymis in Septent. ſup. C. M. P. Cæſarea Paleſt. ad LXXX. Ea nunc iacet deſolata, à paucis habitata, ruinis, & ruderibus magnitudinem, & nobilitatem teſtantibus.

21 Mai. Nicoſtratus, & Antiochus Tribuni, cũ aliis militibus m̃. ſub Diocl. quo tẽpore paſſus eſt S. Procopius *Metaphr.*

29 Theodoſia S. Procopii mater, cum aliis duodecim Matronis m̃. ſub eodem.

8 Iul. Procopius m̃. ſub Diocl. Qui Cæſareæ Palæſtinæ paſſus, hic legitur conſumatus. *Metaphr.*

* Cæſarea Mauritaniæ, *Alger* C. olim A. & totius Mauritaniæ Cæſarienſis Metropolis, prius Iol, deinde in honorem Cæſaris, Cæſarea, & Iulia Cæſarea, uocata. Vrbs maritima, noſtra tempeſtate florentiſſima, optimè munita, cùm ingenti Turcarum præſidio, Regni Mauritaniæ prædictæ caput, ſedeſque præfect, ac Piratarum, qui Hiſpaniæ, & Italiæ litora aſſiduè infeſtant, domicilium tutiſſimũ, à Chriſtianis claſſe incaſſum tentatũ, ſitu decliui, figura conſtat Trapezia; cuius maius latus mari obuertitur. Diſtat à proxima Hiſp. ora, ubi Carthago Noua, CLXXXVII. M. P. in Eurũ recedẽs. Hęc Neocæſarea aliquãdo dicta eſt ex inſtauratione.

9 Ian. Marciana V. m̃. ſub Diocl. *Vinc. in ſpeculo lib.* 13.

23 Seuerianus, & Aquila vxor m̃ cum Floro filio, *vt ſcribit Galeſ.* qui Falſo eos paſſos ſcribit Neocæſareę ĩ Maced.

24 Mardonius, Muſon, Eugenius, & Metellus, ſeù Marcellus, vt alij ſcribunt. m̃. Ex *Adone*. Galeſ. Matellum ſcribit, & Mauſonium.

* Cæſarea Bithyniæ, C. olim E. quam Ptol. lib. 5. Smyrdianem quoquè dictam ſcribit; inter Pruſam, & Nicæam, quæ tamen hodie non extat, vt aliæ permultæ.

* Greg. Ep. m̃. ſub Valer. & Gallieno. Ex *Cabilon.*

Cæſarauguſta, Salduba prius, *Caragoca* Hiſpanis, *Saragoza* Italis, C. A. Hiſpa. Tarracon. ad Iberum fl. Regni Aragonij Metropolis, & Regia, nobiliſſima, ampla, elegans, optimè munita. & habitata, Ex primis Hiſpaniæ vrbibus: in qua ſupra XVIj. M. domorum numerata ſunt. Pontem habet lapideum viſendum, quo ſuburbium urbi connectitur, forma ferè quadrata. Fidem Chriſtianam ab Apoſtolorum tempore recepit, vt Tẽplũ vetuſtiſſimũ, & ſummæ deuotionis teſtatur, qui locus *Il Pilar* nominatur. Sita eſt inter Barcinonem, ab ea in Occidentem XLIIII. M. P. Hiſp. recedens, & Burgos, à Toleto Hiſpaniæ vmbilico LXIIII. M. P.

29 Ian. Valerius Ep. à Daciano, qui S. Vincẽtium occidit, relegatus apud Ripam Curtiã op. vbi obijt. Corpus Rhodæ. Ex *Theſau Conc.*

26 Mart. Braulius Ep. S. Iſidori diſcipulus, indicio ignei globi electis. *ex Theſ. conc.*

16 Apr. Optatus, Lupercus, ſucceſſus, cũ Encratia V. cũ alijs XXI. m̃. ſub Dioc. Oẽs S. Engratiæ cognati. *Ex Pruden. Ep.* Inter hos extitit Lãbertus, quẽ ferunt, caput ſuũ amputatum ſuſtuliſſe, & ad locum uſque aliorum m̃. geſtaſſe.

3 Nou. Plurimi m̃. in massa candida dicti, sub eodem Imp. & præside. Quorum cineres dispersi, diuinitus in vnum confluxerunt. Sunt, qui scribant hos numero fuisse XVII. M.

12 Ian. Victorinus Abb. *Ex Ambros. Moral.*

9 Iun. Lambertus Ep. m̃. *Ex Ambros. Mor.*

Cæsena, quæ Plin. & al. Cesena sine diphthongo scribitur *Cesena* C. E. Æmiliæ non obscura, ad Sapim fl. sub collibus Apennini M. in longum extensa, & curuata, apud Rubiconem amnem adeò antiquis memoratum, ab urbe milliario decurrens, & viam, quæ Ariminum ducit, interfecans. Media est inter Fauentiam, & Ariminum, vtrinquè XX. M. P. dissidens, ab vrbe Roma uia Flaminia ad CLXXX. a Rauenna Metrop. XXV. Ecclesiasticæ ditionis est, ex quo Tyranni eiecti sunt, Academiam nutrit.

20 Ian. Maurus Ep. S. Martini Pap. m̃. Synchr. *Vita apud Petr. Damian.*

* 6 Iul. Seuerus Germanus Ep. Ces. *Ex Tab. eccles. Cesenatis.*

Caino, *Chinon* op. Gall. Celt. in Andegauensium finibus ad Vigenam amnem, iuxta Pictonum, & Turonum confinia, medium inter Turones, & Nannete. X. M. P. Gall. distans, paulò pluribus à Pictauensi ciuitate recedens. Andegauensi vero propius, olim pagus, nunc op. ex præcipuis illius Prouinciæ.

20 Aug. Maximus S. Martini episcopi disc. sub Theodosio seniore. *Turon. de Glor. conf.*

Calagurium, quod & Calaguris, *Calahorra* C. E. Hisp. Tarrac. antiqua apud Citeriorem Iberi ripam in planitie ad flumen pendula, forma quasi circulari, frequenti clero, & ecclesia Cathedrali peraugusta nobilis. in cuius Diœcesi Iuliobriga, Nagara, Dominicopolis, Victoria, & Flauiobriga, vrbes continentur. Media inter Pompelonem Nauarræ Regiam, & Numantiam; à qua XII. M. P. Hisp. in boream distat. Mediaq; inter Tutelam, & Iuliobrigam, hinc inde VIII. M. P. à Cæsarea Aug. XXII. à Burgis Metrop. in ortum fere XXX. M. P. recedens.

3 Mart. Emiterius & Celidonius fratres m̃. sub Diocl. S. Marcelli Centurionis filij. Corpora ibidem summa celebritate coluntur. *Certamen à Prud. Ep. metro celebratur.*

Calamina, *Malipur* Indis, nostris verò *S. Thomaso* C. E. Indiæ Citer. in ora litorali ad ortum versa, vltra Cory prom. Quæ à Lusitanis, post D. Thomæ Apostoli corpus inuentum, instaurata, & quasi ex integro ædificata, ædificijs sacris, & prophanis, more Europæo, exornata fuit, Colonis ex Lusitania eò deductis, Ex vicinis locis Christianis deuotionis causa ad illam confluentibus. Huius vrbis Episcopus Angamalen. Archiepiscopo paret.

21 Dec. Thomas Apostolus m̃. *Metaphr. & Nicephor. lib. 2.*

Calaris, quæ & Caralis apud Ptol. lib. 3. *Cagliari* C. A. Sardiniæ maritima, in ora in Africam, seù in Austrum versa, situ pendulo, in IIII. dissecta partes, arcem habet editiore loco, suburbia in imo, Hoc tempore totius Insulæ clarissima, ubi Regij præfecti Hispani sedes est. A Sassari altera apud Turres vrbe primaria CXX. M. P. dissita, ab Vtica CXXX. tantum Sardinia à propriore Africæ continente in Septentriones recedit.

cedit. Tametsi Tabracham Africæ urbem à Sardinia CXI. tantum M. distare contendunt.

15 Ian. Ephisius m̄. sub Diocl. *Ex Fara lib. de reb. Sardois*. Corpus Pisis, in Hetruria.

30 Oct. Saturninus m̄. sub Diocl. *Momb. Tom. 2.*

28 Mai. Priamus, Felix, Æmilius, & Lucianus m̄. *Vsuard. & alij.*

Iuuenalis Ep. sub Diocl. vexatus.

* Lucifer Ep. doctissimus vna cum S. Eusebio Episcopo, Vercollen. exilio damnatus a Constantio Imp.

Brumasius Ep. S. Fulgentij Ep. Ruspen. Synchr. *ex Fara lib. de reb. Sardois.*

* Calatia, *Caiazzo* C. E. antiqua Campaniæ in monte apud Vulturnum flu. subterfluentem inter Capuam, & Venafrum, à Capua ad X. M. P. distans tandem ferè à Callibus.

* 29 Oct. Stephanus Ep. Calatinus. *Ex Breuiario Capuano.*

* Cala, *la Chelle* pagus Gall. Belgicæ in Picardia, vbi monasterium Virginum, quod Calense appellatur, à S. Bathilde Regina vxore Clodouei secundi, & matre Clotarij, Childerici, & Theodorici Regum, in Veromanduis ædificatũ, vbi diù commorata, sanctè obdormiuit in Domino.

26 Ian. Bathildes Regina. *Sur. Tom. 1.*

Calabria, Italiæ regio extrema ad Orientem Solem vergens, Brutios, & Magnam Græciam complectitur, in superiorem, seù Citeriorem, & Inferiorem, siue vlteriorem diuisa. Superioris caput est Consentia, reliquæ vrbes, Roscianum, Besidia, Cariatum, Brystacia, Petilia, Marcopolis, Lametia, Mamertium, Cassanum, Gerentia. Vlterioris caput est Rhegium, cæteræ vrbes, Siberena. Hipponium, Catacium. Cotro. Scylletium, Hieracium, Postropæa, Nicotera, Boua, Oppidum, Melita, Neocastrum, Taberna, & Asula. Oppida cõtinent aliquot ciuitatibus maiora. Apennino M. scinditur, & inter mare superum, & inferum, adeò perstringitur, vt vix XXX. M. P. pateat, inter sinum Hipponiatem nimirum, & Scyllaceum.

2 Apr. Franciscus de Paula (est autem Paula op. Calabriæ superioris ciuitati S. Marci proximum) ord. Minimorum auctor, obijt anno Dom. MDVII. in Gallia apud Turones postea à Leo. X. Pap. SS. numero adscriptus fuit.

6 Oct. Bruno Parisiensis Carthusiani ord. institutor, in Monast. S. Stephani in Apenn. M. apud Scylletium C. à Leone X. Pap. inter SS. relatus. *Sur. Tom. 5.*

Calciatensis ciuitas in Rom. Martyrol. nominatur, pro ciuitate S. Dominici Calciatensis, non enim Calciata C. est, sed op. Hisp. in Castellæ veteris Regno, Balneis op. propinquum inter Salmanticum, & Placentiam, Salmanticæ propius, & dicitur *la Calzada*. S. Dominici patria: qui in Regione, cui nomen *Rioxa* est, loco medio inter Vxamã, & Burgos, vixit, & obijt, vbi ciuitas S. Dominici Calciatensis confluentibus populis finitimis deuotionis ergo, paulatim condita fuit.

12 Mai. Dominicus conf. S. Greg. Ep. Ostien. Synchr. & familiaris circa ann. Dom. MLX. *Ex Thesau. Conc. & Morali.*

* Calenum, *Carinola* C.E. Campaniæ apud Massicum M. inter Calles, & Sinuessam, proximas vrbes, à Suessa ad IV. M. P. distans, à Capua in ortũ, & meridiem, vix VIII. Campum habet valde fertilem, sed ipsa languet

ob aeris insalubritatem.

12 Mart. Bernardus Ep. qui in Marty. Capuæ adscribitur. *Ex Breu. Capuano*.

Camaldulum, *Camaldoli* pagus Vmbriæ intra Apenninum M. vbi à S. Romualdo Camaldulensis ord. autore monasterium ædificatum est.

* 3 Iun. Peregrinus Eremita an. Do. MCCLXXXVIII. ex *Hist.*
31 Aug. Albertus Eremita an. Dom. MCCLXXX. *Camal.*
12 Oct. Rodulphus Eremita an. Dom. MCVI. *et Calē.*

Callium, *Caglio* C. E. Vmbriæ, ad M. Apennini radices, Candiano amne, vbi is Boasū recipit, irrigata, inter Eugubium, & Forum Sempronij, in uia Flaminia occurrens, ab Eugubio XV. M. P. à Foro Sempronii X. inter Eugubium, & Vrbinum, æquo spatio dissita; Ad Vrbinatem Ducatū spectans. Vrbs parua, paulò longius à veteri circa annū Sal. Hum. MCCLXXXIX. extructa, quæ Calle, olim uicus dicebatur, & Callis.

9 Mai. Gerontius Ep. Ficodēsis m̄. sub Sym. Pap. *Extat vita* M. S.

Cameracum, *Cambray* C. E. Gall. Belg. nobilissima in Picardiæ, & Artesiæ confinio, ad Scaldim fl. in illius agro exorientem, & interluentem, ampla, egregiè munita, elegans cùm arce à Carolo V. extructa edito loco firmissima, à Gallis superioribus annis occupata: sed ab Hispanis demùm recuperata. Clero inter alia, & Mercimonio clara, vbi telæ admodum tenues fiunt, quæ in exteras regiones exportantur, nomen habentes ex urbe. Media est inter Peronam urbem Picardiæ, & Valentianas urbem Hannoniæ, ab eis VII. M. P. Gallicis dissita, quot abest à Guisia, & Quinctino.

11 Aug. Gaugericus Ep. V. sub Childeberto Rege. *Sur Tom.4.*

13 Dec. Autbertus, seù Ausbertus Ep. VIII, circa ann. Domini DCLVIII. *Sur. Tom.6.*

4 Febr. Liephardus Ep. Anglus m̄. dum Roma rediret apud Cameracum occisus. *Sur. Tom.1.*

12 Mai. Adalsenda V. S. Rictrudis filia. *Ex vita S. Rictrudis*.

Cictrudes Abb. Martianen. in Terr. Cameracē. sub Dagoberto Rege. *Sur. Tom.3.*

* 15 Iun. Landelinus presby. Abb. Crispinien. in Territ. idē qui in Mart. Roma. Valencenis ponitur. sub S. Autberto Ep. *Sur. Tom.4.*

9 Oct. Olla V. *Ex Tab. Eccl. Cameracen.*

13 Nou. Maxellēda V. m̄. in pago Chalderico. Cameraci corpus. *Sur Tom.6.*

Adelbertus Ep. S. Amelbergæ filius.
Amandus Ep. sub Dagoberto Rege. *Sur.*
Io. Cantor confess.

55 Epi. Cameracenses XII. numero sunt, hoc ordine sibi succedentes referente Galesin.

Diogenes I. Vedastus, Dominicus, Vedulphus, Gaugericus, Bertrandus, seu Bertholdus, Autbertus, Vindicianus, Adulphus, & Theodoricus Monasterij Laubiē. auctor. Quibus addendi sunt Adelbertus, & Amandus.

* Camera, *Chambra* pagus Burgundiæ Comit. in Lausanensi diœcesi, vbi monasterium Cistertiensium.

* 19 Feb. Bonifacius Bruxellen. Ep. Lausanen. *Ex Mol. Addit.*

Came-

Camerinum, seù Camarinum, vt Ptol. habet lib. 3. Geograph. Camertes, Plin. & Strab. *Camerino* C.E. Vmbriæ in Apenn. M. apud Piceni fines (cuius rei gratia, à nonnullis in Piceno reponitur) apud vtentis amnis ortum. Vrbs non ampla ad modum; sed optimè habitata, & expugnatu difficilis. Nuceriæ, Septempedæque finitima. Cuius Archiepiscopus latissimam iurisdictionem habet.

13 Mar. Ansouinus Ep. *Ex tab. eccles. Camerinen.*

11 Mai. Anastasius & Soc. m̄. sub Decio. *Ex pass* S. *Venantij.*

18 Venãtius puer XV. ann. m̄. sub Decio cum alijs X. Cuius pass. *Mutius Camer.* versibus celebrat. *Gales.* Episcopũ facit; sed si XV. erat annorũ, quomodo episcopus fuit.

8 Iun. Victorinus confess. S. Seuerini episcopi septem pedani frater. *Ex tab. eccl. Camerinen.*

Campania Italiæ Regio inter Latiũ, & Picentes, ac inter Samnium, & mare Tyrrhenum contenta. *Terra di Lauoro* (quanquàm magis patet Terra Laboris quàm Campania) à Latio nouo Liri fluuio, à Picentibus Sarno amne diuisa. Cuius vrbes Neapolis Regia, & Metropolis, Capua, Caieta, Suessa, Theanum, Puteoli, Atella, Calles, Acerræ, Nola. Stabiæ. Surrentum, & quæ magis ad Samnium pertinent.

10 Feb. Siluanus Ep. Velitranus sub Symmacho Pap. *Ex Bed.*

2 Mar. Octoginta m̄. sub Longobardis passi. *Ex 3. lib. Dial. S. Greg.*

23 Benedictus mon. sub Totila Rege in Clibanum ardentẽ missus, & nil læsus. *Ex* 1. *lib.* Dialog. *S.* Greg.

4 Quadraginta Rustici m̄. sub Lõgobardis. *S. Greg. li. 2. Dial.*

19 Petrus de Morono, Celestinus Pap. V. dictus, obijt disposito Pontif. in Castro Fumonis. Corpus Ferentini. *Vita apud Petr. de Aliaco. Card.*

2 Iun. Erasmus Ep. Formianus, m̄. sub Diocl. *Momb. tom.* 1.

2 Iul. Aristo, Crescentianus, Eutychianus, Vrbanus, Vitalis, Iustus, Felicissimus, Felix, Martia, & Symphorosa m̄. sub Diocl. Ex *pass. S. Sebastiani.*

6 Dominica V. m̄. sub Diocl. corpus Tropiæ Ex *Gales.* Lucia, Rixius, Antoninus, Seuerinus, Diodorus, Dion. cum al. 17. m̄. *Menolog.*

23 Sept. Sosius diac. m̄. sub Diocl. cũ Ian. ep̃o. Puteolis. *Cat. lib.* 8.

24 Oct. Martius solitarius. *De quo S. Greg. lib. 3. Dialog.*

* 21 Apr. Amphilicius conf. Ex *Adone.* Vereor ne de Cãpania Galliæ loquat', cũ nulla extet in nostra huius S. memoria.

* Canadium, siue Cenadium prius Morossena, seù Morissena *Chonad* C.E. Iazygum, hoc est Hungaria Transdanubianæ vltra Tibiscũ fl. ad Marysium amnem in Transyluaniæ confinio, apud Segedinum, inter Coloniam Metrop. ad Danubium, & Lyzysim, ad prænominatum fl. in ortum ad X.M.P. Germanica distantem.

24 Sept. Gerardus Venetus Ep. Cenadien. m̄. ab Idolatris apud Danubium, dum ad Andream primũ Regem visendũ Albã Regalẽ pergeret, in mõte propè Budam, de noĩe S. etiam hac nostra tẽpestate, mõs S. Gerardi dictũ, occisus, quẽ nõ Monacũ, & Abbatẽ Eccl. S. Georgij Venetiarũ fuisse, sed prius Canonicũ Eccl. S. Marci, prout Petr. Venet' Ep. Equilin' ĩ cat. li. 3. & postea institutor

ordinis

ordinis Seruorum B. V. prout S. Antonius de Padua in Serm. testantur. Corpus, sequenti die post martyriū Ep. habitu, quo martyrizatus fuit, in Ecclesia Sanctæ Dei genitricis in Pesth honorificè reconditum; tempore verò canonizationis ipsius in Ecclesiam pariter Sanctæ Mariæ Virginis Canadiæ, seu Morissenæ miraculose deportatum. Tandem Ann. D. Milesimo quatricentesimo in Ecclesiam similiter Sanctæ Mariæ Virginis de Murano, nunc Sancti Donati, propè Venetias translatum. Ab Eccl. Rom. & Hungaris celebratur ipsius festum VIII. idus Octobris, quia est dies Martyrij. A Venetis verò VII. Cal. Martij, quia est dies translationis.

* Canaria Insula, vna ex Fortunatis, in qua Primus Cabilon. S. Auitum m̄. passum refert, cum in omnibus Martyrol. in Africa sub Vuandalis passus legatur. Nec quemquam ex Christianis ante Lusitanos eas Insulas adijsse legimus.

* Candida Casa, *VVeitern* C.E. Scotiæ, in Gallouidia regione, contra Monaœdam Insulam, quæ nunc C. Sancti Niniani dicitur, nonnullis olim Lucobibia, occidua litoralis apud Mulæ Prom. quod contra Hiberniam porrigitur.

16 Sept. Ninianus Ep. *Beda lib. 3. Hist. Angl.*

* 15 Iul. Pethuuinus, Plechelmus alij Ep. circa Anno Domini DCCLXXVIII. Corpus apud veteres Salios vrbem Transisulanæ Regionis. *Trithem. lib. 4.*

Cantuaria, *Conturbucry* C.A. Britanniæ primæ, siuè Angliæ antiquissima, ac olim clarissima, Regia. Quæ tamen, ex quo Sedes Regni Londinij constituta est, minus florere cœpit. Situ amœno, figura rotunda, ampla, & sacris ædibus ornata, apud Dubrim portum, à Caleto vrbe Gallica XXX. M. P. distantem, à Londinio Regia in ortum hibernum LII. M. Roffa vrbe intercedente. Huius vrbis Archiepiscopus, primus Regni, à quo Reges coronantur, sub se XXXIII. habet episcopos.

2 Feb. Laurentius Ep. II. S. Augustini succ. *Bed. lib. 2. Hist.*

19 Apr. Alphegus Ep. m̄. à S. Dunstano Ep. Vuentonia ord. deinde ipsius succ. sub Henrico II. à Danis Angliam vastātibus occisus. *Sur. tom. 2.*

21 Anselmus Ep. S. Lanfranchi Abb. discip. *Sur. tom. 2.*

19 Mar. Dunstanus Ep. XLI. prius Vigornien. deinde Lōdenien. demum Canturien. sub Eduardo Rege I. *Sur. tom. 3.*

26 Augustinus Ep. I. à S. Greg. Pap. missus. *Sur. ibidem, ex Beda lib. 5.*

19 Sept. Theodorus Tarsen. Ep. à Vitaliano Pap. ord. *Bed. lib. 3.*

30 Honorius Ep. V. circa An. D. DCLIIII. *Bed. lib. 2.*

16 Nou. Edmundus Ep. An. D. MCCXLVI. ab Innoc. IIII. Pap. inter SS. relatus. *Cat. lib. 10.*

29 Dec. Thomas Ep. m̄. sub Hērico I. Rege. Fed. I. Imp. *Sur. to. 6.*

9 Ian. Hadrianus Afer Abb. monast. Niridiani apud Neapolim, Archiepiscopatum Cantuar. recusat An. D. DCCVII. Bertvvaldus Ep. IX. *Bed. lib. 5.*

10 Iun.

10 Iun. Taduinus Ep. An. D. DCCXXXI. *Ex Polyd. Virg. lib. 6.*
3 Iul. Lanfranchus ante Abb. Cadonen. in Norm. deinde Ep. Cantuar. XXXIII. *Vincent. in Spec. lib. 25.* Maurolog. Abb. Cudoniensem pro Cadomensis scribit.
13 Meldruda V. mon. Merualdi Reges filia. *Bed. lib. 2.*
16 Deusdedit Ep. VI. S. Honorij succ. *Bed. lib. 3.*
Odo Ep. Vigornien. S. Osualdi episcopi patruus.
30 Oct. Ægelnothus Ep. XXX. circa An. D. MXL. *Trithem. lib. 3.*
10 Nou. Iustus Ep. primum Roffensis, post Cantuar. S. Militi suc. *Bed. lib. 2.*

Canusium *Canosa* C. E. Apuliæ Peucetiæ olim ad præterfluentem Aufidum, nunc verò in colle à veteri excisо. III. M. P. recedens, inter Labellum, & Barulum, à Venusia XV. M. P. distans. Canusij veteris locus, & Cannarum apud Aufidum monstratur.

9 Feb. Sabinus Ep. sub Totila Goth. Reg. Ad Anthimū Patriarcham Constantinopol. qui à recta fide defecerat, legatus missus. *de quo S. Greg. lib. 1. Dialog.* Corpus Barij.
30 Dec. Liberius Ep. m̄. quem alij Liberalem uocant, Romæ sub Hadriano passus, & Cannas relatus. *Cat. lib. 2.*
Canneus cum Euanthia matre m̄. sub Hadriano. *Catal. ibid.* additur Cerbarus. Ex *lib. SS. Regni Neapol.*

Cannæ *n. r.* C. olim E. antiquissima Apulorū apud Aufidū fluuiū, apud quē adhuc vestigia cernuntur. Clade Romanorum ab Hannibale fusorum memorabilis; Media inter Canusiū ex ruinis ipsius, indeque ædificatū. & Barolum op. ad prædicti amnis ostia totius regionis Emporium, vtrinquè VI. M. P. distans.

15 Oct. Rogerius Ep. Cannen. [*Ex monum. eccl. Barolitanæ.*

Cappadocia Asiæ minoris Regio ampla, mari Euxino exposita, Paphlagoniæ ad occasum finitima, Haly fl. diuisa, ad ortum Armeniæ Maiori, Euphrate flum. separante, & Armeniæ minori ab ea Argeo M. discrimi nata, ad Austrum Ciliciæ Tauro M. intercedente, ad Boream habet Euxinum mare. Hodie non vnicum tenet nomē; pars enim occidua *Amasia*; Pars ad ortum vergens *Genech* dicitur, quæ in meridiem *Svvas*, & Australior *Cogni*. Vrbes primariæ, Amasia, Neocæsarea, Trapezus, Sebastopolis, Cæsarea, Sebaste, Iconium.

12 Apr. Sabas m̄. cum alijs multis, à Gothis passus Valente Imp. *Metaphr.* rediderim id accidisse in Europa, vbi Getæ, seù Gothi Rom. Imp. aggressi sunt: nō in Asia, quo eos introijsse nulla docet Hist. Deinde Hist. ipsa apud Metaphr. id satis ostendit.
23 Mai. Plures m̄. sub Maximino. *Menol.*
1 Iun. Thespesius m̄. sub Alex. *Menol.*
27 Anectus m̄. sub Diocl. Cæsareæ passus. *Menol.*
19 Iul. Macrina V. S. Basilij magni soror.
6 Sept. Cottidus diac. Eugenius & Soc. m̄. Ex *Bed. & Vsuard.* Petr. Galesi. scribit, Reate hos passos esse: cum tamen nulla C. in Cappad. huius nominis legatur.
27 Oct. Capitolina, & Erothois ancilla m̄. sub Diocletiano *Menolog.*

*
* 29 Iul. Eudocimus Conf.apud Chartianum op. *Metaphr.*

Caprea, seù Capreæ, vt apud Plin.& Tac.legitur. *Capri* Insula maris Tyrrheni, Campaniæ adiacens, apud Athenæum prom. à Surrento C. VIII. M.P. recedens, circuitu XL. Delitiæ quondam Tiberij Cæsaris, vbi C. E. eiusdem nominis. Corturnicum copia insignis.

* Constantius Ep. *Ex lib. SS. Regni Neapol. Episcopi Vicen.*

Capua, *Capoa* C.A. Campaniæ, ad Vulturnum amnem valde antiqua, clarissima olim totius Italiæ Romæquè ob aeris salubritatem, situs opportunitatem, soli vbertatem, & amœnitatem prælata; vt Romani, aliquãdo deserta Roma, Capuam migrare cogitarent, à quibus multa sibi adempta fuerunt, colonia eò deducta. Sæpius excidium passa, postremò à Longobardis solo æquata est, nouaque ad vlteriorem flum. ripam à veteri II.M.P. condita, mœnibus, arcubus, aquæ ductibus, columnis, amphitheatris, aliisquè vetustatis monumentis, magnitudinem, nobilitatemquè illius testantibus. Iacet illa solo amœnissimo apud M. Tifatæ radices, noua verò, quæ post Neapolim, totius campaniæ primatũ retinet: media est inter Neapolim, & Suessã XVI.M.P. vtrinq; dissita, ab ostio vulturni XII. à Beneuẽto XXXII. quot ab Aquino, ab vrbe Ro. CX.

11 Feb. Castrensis Ep. Corpus Monte Regali in Sicilia. Ex *lib. SS. Regni Neapol. & tab. eccl. Capuanæ.*

15 Decorosus Ep. sub Agathone Pap.

12 Mar. Bernardus Ep. Ex *eod. lib.*

16 Iul. Vitalianus Ep. Corpus Catacii vrbe Calabrica. Ex *li. præd.*

26 Aug. Rufinus Ep. Ex *eod. lib.*

27 Rufus Patricius Rauennas Ep. m̃. à S. Apollinari baptiz. sub Nerone.

Item Rufus & Carpophorus m̃. sub Diocl. & Maximino Ex *d. lib.*

1 Sept. Priscus vnus ex LXXII. disc. m̃. sub Nerone. Ex *d. lib.*

Item Priscus alter Ep. ex Africa sub Vuand. de quo in vita S. Castrensis, cum aliis XI. Ex *d. lib.*

3 Aristeus Ep. & Antoninus adolescens m̃. Ex *d. lib.*

5 Quintus, Arcontius, & Donatus, m̃. cum al. tribus. Nymphr. & hæc.

7 Pamphilus Ep. Ex *d. lib.*

6 Oct. Marcellus presbyter Castus, Æmilius, & Saturninus m̃. Cassius in Rom. omissus.

10 Paulinus Ep. Ex *d. lib.*

17 Victor Ep. circa An. D. DXXVII. Ex *d. lib.*

36 Germinus Ep. Ex *lib. 2 Dialog. S. Greg.*

15 Mar. Matrona V. m. *Extat ecclesia, & epitaphium.*

7 Oct. Quartus, & Marcellinus. Ex *Cat.* deest in tab. eccles. cap.

* Luphilus, & Fortunatus m̃. Gales. perperã eos nominat.

5 Nou. Eurus, Quartus, & Pardus m̃. Ex *Catal.* 1. Deest in tab. eccl. capu.

Apuleius & Soc. m̃.
Rogatus & Soc. m̃. } *Forte qui Romæ passi sunt.*

Caralis, C.A. Sardiniæ primaria *Cagliari.* Vide Calaris.

* Carcasum

* Carcasum Plin. Carcaso Ptol. *Carcassona*, & *Carcassonne* Gallis C. E. Gall. Narbon. antiqua, ad Atagem fl. in duo illam diuidentem, pars edito loco, pars humiliore, in lingua occitana, inter Narbonem, & Tolosam, à Narbone X. M. P. Gall. a Tolosa XIIII. lanificio clara. Huic vrbi Primus Cabilon. SS. hos Ep. Hilarium, Cæsariũ, & Trophimum, vna cum Genesio m̃. & Ægidio Abb. attribuit, qui ab omnibus concorditer Arelato adscribuntur. Mirum, quòd homo Gallus in Gallia sic cæcutiat.

Carnutum, & Carnotum Carnutes Ptol. quod & Autricum, *Chartres* C. E. Gall. Celt. antiquissima, apud Auduram fl. Belsiæ superioris caput, & Ducali titulo decorata, vrbs egregie habitata, & collegio Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis clara. Media inter Lutetiam Parisiorũ, à qua in occ. ad XX. M. P. Gallica recedit, & Vindocinum.

28 Mai. Caraunus m̃. sub Domitiano S. Dionys. Areop. discip. *Cat. lib.* 5.

15 Sept. Leobinus Ep. XVI. *Sur. Tom.* 7.

25 Solemnius Ep. XIIII. sub Clodoueo Rege. Corpus in Monasterio Malleacensi. Virum cæcum, & surdum osculo sanauit. Ex *Tab. eccl.*

19 Ian. Launomarus Abb. Turbionen. sub Chilperico Rege. *Sur. Tom.* 1.

* Malardus Ep. Ex *vita S. Launomare.*

16 Mai. Emanius m̃. ab Arianus passus. Ex *Breu. eccl. Carnuten.*

19 Desiderius Ep. m̃. sub Vuandalis. Ex *Tab. Eccl.*

8 Oct. Caletricus Ep. Ex *Tab. Democh.*

* Carolilocus, *Charroloix*, seù *Charroix* op. Gall. Celt. in finibus Biturigum, inter Blesas, & Biturricas, apud Exolidunum op. præcipuum regionis, apud Theram fluuiolum Exoliduno præfluentem, à Biturricensi C. VI. M. P. Gall. dissitum. Vbi Cistertiensium monasterium.

* 10 Ian. Gulielmus Abb. Carolilocen. deinde Ep. Biturricen. sub Innoc. IV. Pap. ab Honorio III. Pont. in SS. numero repositus. *Sur. Tom.* 1.

* Carpentoracte, *Carpentras* C. E. Gall. Narbon. antiqua, in Comit. Aueniónensi, inter Aueniónẽ Metropolim, à qua VI. M. P. Gallicis abest, & Vasionem, Aurasicæ C. finitima, ab ea II. tantum M. P. dissidens.

* Siffredus Ep. prius Mon. Lerin. Ex *Lerinen. monast. annalib.*

Carrhæ *Orfa* C. E. Mesopotamiæ perantiqua, & ex primis, apud Chaboram fl. in Euphratem infra influentem, inter Hierapolim Syriæ, & Amidam Mesopotamiæ his temporibus Regiã, vbi Satrapæ Turcarum sedes est, a quo CXXV. M. P. dissita. Crassi cæde adhuc memorabilis. Qui eas reg. Superioribus annis lustrarunt, ferunt hanc vrbem vltra Euphratem ad L. M. P. amplissimam esse, ac X. M. P. ambitu constare. Sunt etiam qui illam, Charam Hebræis Abrahæ secundam patriam, dictam probent.

14 Mart. Eutychius patricius cũ Soc. m̃. ab Arabibus occ. sub Constant. VI. Imp. an. Dom. DCCXLI. *Theophan. lib.* 21. *Hist.*

6 Mai. Protogenes Episcop. sub Theodosio seniore. *Theodor. lib.* 4. *Hist.*

Carteia, quæ & Tartessus, *Tariffa* C. olim E. Hisp. Bæt. in ora freti Gaditani contra Tingi Mauritaniæ vrbem, nunc op. haud obscurum, Mar-

ch[illegible] tus [illegible] insigne, inter Calpen C. & qua[illegible] V.M.P. Hispan-
cis abit, & Mellariam vrbem dirutam ab Arunda.C.X.M.P.in Austrum
per montes secedens.

15 Mai. Hesychius Ep.vnus ex VII. Apostolorũ disc. in Hispaniã ad prædicandum missis. *Flos SS.& alij.*

Carthago, Καρχηδὸν Græcis, *Cartagine* C.olim A. Africæ notissima, Romæ, aduersus quã diù de Imperio decertauit, æmula, in ora maris Africi in peninsula situ peroportuno, vrbs amplissima, ac totius Africæ clarissima: vbi portus capacissimus, ex quo Carthaginensium naues, cum exirent, à Lynceis oculis in Sicilia ex Lilyboeo uisas memoria proditum est, supra CC.M.P. distantes. Tanta C. iacet, à Vuandalis, deinde ab Arabibus penitus solo æquata. Ex cuius ruinis Tunetum urbs proxima ad XII.M.P. mirum in modum creuit. Magnitudinem illius adhuc indicant, ingentes aquæductus, marmorum frustra, & maximarum columnarum fragmenta, ruderaquè ad aliquot milliaria sparsa. Tanta erat Archiepiscopi Carthaginen. iurisdictio, vt episcopos CXXV. sibi subiectos haberet.

12 Feb. Modestus, & Iulianus m̃. *Vsuard.*
1 Mart. Donatus m̃.sub Vuand. Ex *Vict.lib.2.*
8 Pontius diac.S.Cypriani. *Hieron.de script.eccl.*
11 Heraclius & Zosimus m̃. sub Valer. & Gallieno. Quibus *Gales.* addit Candidũ, & Riperium, & alios. XX. *Cat.lib.3.*
Item Constantinus conf. *Mol.in Addit.*
22 Octauianus Archidiac. m̃. cum multis M. sub Vsuard. *Turon.lib.2.*
Item Deogratias Ep.sub Vsuard. *Vict.lib.1.*
6 Apr. Marcellinus m̃.S.Augustini familiaris, à Donatistis occ. *Hieron.lib.7.contra Pelag.*
8 Concessa m̃. *Bed.*
3 Iun. Cæcilius presby. qui S. Cyprianum ad fidem perduxit. *Hieron.de scrip eccl.in Cypriano.*
14 Iul. Cyrus Ep. *de quo Posidon.in Ind cap.8.*
15 Catulinus diac.Ianuarius, Florentius, Iulia & Iusta m̃. *Posid.ibid.*
17 Speratus, Martialis, Cythinus, Biturius, Felix, Aquilinus, Letatius, Ianuaria, Generosa, Bessia, Donata, & Secunda Scyllitani m̃. sub Seuero; *Posid.in Ind.* quorum Reliquiæ, cum reliq.S.Cypriani. Lugduni.
18 Gundenes V. *Bed.*
10 Aug. Bassa, Paula, & Agathonica V.m̃. ex M.S.*ant.*
17 Liberatus Abb.Bonifacius diac.Sernus, & Rusticus subdiac.Rogatus & Septimus mon. & Maximus puer m̃. sub Vuand. *Vict.lib.3.*
24 Trecenti m̃. sub Valeriano Massa candida *ab Aug.Serm.* 112. dicti.
14 Sept. Cyprianus Ep.m̃.sub Vale.& Gallieno, VI. à Carthagine mill.cum Victore diac.Crescentiano, Rosulo, & Generali. *Hier.de scrip.eccl.* Reliquiæ Compendij in Gallia.

20 Can-

20 Candida V.m̄. sub Maximiano. Ex *Mol. & Galej.*
15 Oct. Agileus m̄. *de quo Serm. habet S. Aug.*
26 Quod vult deus Ep. Exul cum clero sub Genserico Reg. *Vict. lib. 1.*
9 Dec. Restitutus Ep. m̄. *de quo sermo apud S. Aug.*
20 Apr. Victor Ep. doctissimus sub Anast. Imp. *Cat. lib. 4.*

Carthago Noua, & quæ Spartaria à Sparti copia dicta est, *Cartaiena* C. E. Hisp. Tarrac. in Bastetanis, litoralis olim conuentus celebris finitimarum vrbium, nunc parua, in Regno Murciensi portum habens capacem, ac tutissimum, à Murgi, seu Murcia vrbe Regia, VIII. M. P. Hispanicis, in Eurum recedens. Noua dicitur ad alterius differentiam, quæ vetus Carthago in Edetanis apud Iberum flumin. vocabatur, nunc extincta.

* 1 Iun. Fulgentius Ep. S. Isidori episcopi frater. primum Astigitanus post Carthaginen.

Hic Primus Cabilonen. & Maurol. falluntur. Speratum, Martialem, Cyrinum, & alios, m̄. huic Carthagini attribuentes: quos Carthagine in Africa passos, apud omnes cõstat.

Casalensis ciuitas, seu Casale, *Casal di San Vaso* C. E. Liguriæ ad Padum flu. Montisferrati Duc. metropolis, vbi Senatus, vrbs non admodum ampla, neque antiqua; at optimè munita, & habitata, cum arce firmissima recens extructa, quæ magnitudine vrbs altera videri potest, utraquè planitiem habet, collibus vitiferis haud procul assurgentibus. Ferunt eam prius Sedulam vocatam fuisse. Media est inter Ticinum vrbem, & Taurinum ad XXXVI. M. P. dissidens, proxima Vercellis X. M. P. Alexandriæ, & Hastæ Pompeiæ, ad XVI.

1 Dec. Euasius Ep. Hasten. m̄. *Extat vita illius in eccl. Casal.*
* 25 Ian. Proiectus diac. m̄. *Ex vita S. Euasij.*
* 21 Aug. Natalis presby. S. Euasii comes. *Ex vita eiusdem.*

Cassiope, *Cassopo* op. olim Corcyræ insulæ, in ora ad Aquilonem versa, nunc disiectum, & desertum, manet ecclesia: quæ *S. Maria di Cassopo* dicitur. Est autem Corcyra Insula maris Ionij Epiro adiacens, & à Buthroto C. XII. M. P. in occ. distans, à Iapygio Italiæ prom. vbi Hydruntum C. ad LX. M. P. recedens. Longa inter Meridiem, & Septẽtrionem XCVII. auctore Plin. lib. 4. Recentioribus verò LX. lata XXIIII. In qua C. eiusdem nominis A. quà Epiri oram spectat, gemina arce munitissima.

29 Oct. Donatus Confess. Corpus Venetijs. *De quo S. Greg. Pap. in registro lib. 2. epist. 2.*

* Castrum Florentinum, *Castel Fiorentino*. Oppidulum Hetruriæ apud Elsam flu. haud procul in Arnum influentem (cuius aquas ferunt ligna inmissa in saxa conuertere) Empulo op. præclaro vicinum, medium quasi inter Lucam, & Senas. XXV. M. P. plus minus ab eis distans; quot etiam à Pistorio remouetur.

* 1 Feb. Verdiana reclusa ord. Vallis vmbrosæ. an. D. MCCXLII. *ex Tab. Vallis vmbrosæ.*

Catalaunum, *Chaalons Sur Marne* C. E. Gall. Belg. in Campania ad vlteriorem ripam Matronę flum. vrbs optimè munita. Cuius Campi Catalaunici dicti, adeò ob fertilitatem, & planitiem, magis uerò ob insi-

gnem pugnam inter Romanos, & Gothos apud Historicos memorantur. Media ferè est inter Rhemos Metropolim Campaniæ, & Fanum Desiderij. XIII. M. P. Gall. hoc est diei itinere vtrinquè recedens, à Lutetia Parisiorum in ortum XXXVI.M.P. Cuius Ep.Dux est, ac vnus ex XII.Galliæ Principibus: quos Pares vocant.

5 Aug. Memmius Romanus Ep. I. à S. Petro Apost.ord. *Turon. de Glor.Confess.*

7 Donatianus Ep.II.sub Constan.Imp. Agrippinen.Conc. interfuit. *Mol. in Addit.* Sed vel error hic est, vel C. sine episcopo diù fuit.

9 Domitianus Ep. III. S. Donatiani succ.circa ann.Domini DLXXI. *Molan. ibidem.* Hoc etiam superius dictis repugnat.

* 19 Aug. Elaphius Ep. *Turon.lib.5.& Tab.Democh.*

* 7 Sept. Albinus, seù apud alios Alpinus Ep.S. Lupi episcopi Trecen.Synchr. *Ex vita S.Lupi.*

* 30 Leudomirus Ep. *Ex Tab.eccles. Catalaunen.*

Catana, seu Catina, *Catania* C.E. Siciliæ maritima in ora ad ortum versa, antiqua valde, Amenāno fluuiolo diuisa, inter Messanam Metropolim, & Syracusas, à Messana in Austrum LX. M. P. distans. Tauromenio intercedente ab Ætna M. in ortus XXX.M.P. ab eius radice X. Vrbs Clara, ac Cæteras, post Panormum, & Messanam, antecedens. Academia nobilis.

5 Febr. Agatha V.m̄. sub Decio. *Ex Metaphr.*

20 Leo Ep. admirabilium perpetrator. *Menol.*

21 Mart. Birillus Ep.I.à S.Petro Apost.ord. *Menol.*

12 Aug. Euplius diac.m̄. sub Diocl. & Maxim. *Metaphr.* Corpus Treuici in Regno Neapol.

31 Dec. Stephanus, Pontianus, Attalus, Fabianus, Cornelius, Sextus. Flos, Quinctianus, Mineruinus, & Simplicianus m̄. *Ex Martyr.Rom.*

Caturcum, seu Cadurcum, Cadurci apud Plin.lib.3.& alios. *Chaors* C. E. antiqua Gall. Aquitanicæ in monte Cemenorum M. rhamento, apud Lothim amnem subterfluentem, vrbs ampla, nobilis, diues, elegans, ac Cadurcensis regionis caput. Media inter Tutelam vrbem Cadurcensis Tractus ad Aruernorum fines, & Tolosam, à qua in boream secedit. XVI. M. P. Gall. Monti Albano C. proxima ad VIII. M. P. Albigæ propior.

16 Oct. Ambrosius Ep. obijt in Terr.Biturricen. *Vsuard.*

* 17 Ian. Genulphus Ep.I. *Ex Gales.*

Caucoliberis, quæ Ptol.lib.2. Templum Veneris. *Colibre & Coliure* C. E. quondam Hisp.Tarrac.litoralis in Gall.Narbonen. confinio, nunc op. Cataloniæ, inter Iuncariam op.& Helenam C.Papiriano proximum.

19 Apr. Vincentius m̄. *Ex Bed. & Vsu.* Quo tempore, & à quibus passus sit ignoratur.

* Caua, *nomen retinet* C. E. Picentinorum in Principatu citeriore, quæ pagi potius ingentis, & sparsi, quàm vrbis muro cinctæ speciem præ se fert; inter Salernum, & Nuceriam, à Salerno Metropoli IV. tantum M.P. distans, vbi monasterium celebre, ac Abb.nobilis.

17 Feb.

17 Feb. Leo Abb. Constabilis Abb. II. *Sur. Tom. 7.*
12 Apr. Alferius Abb. I. sub Victore Pap. *Sur. Tom. 2.*
Adiutor Ep. qui & Adiutorius.
4 Mai. Petrus Abb. III. S. Alferij nepos. *Sur. Tom. 3.*
16 Nou. Simeon Abb. circa ann. Domini. MCXLI. *Ex Tabul. eccles. Cauenen.*

Cea, quæ & Ceos, *Zea* Insula maris Ægæi Atticæ, & Euboeæ adiacens, Euboeæ quondam continenti iuncta, Helenæ insulæ proxima, ab ea in ortum V. M. P. plùs minùs recedens, in qua ciuitas eiusdem nominis Cea.

1 Mart. Antonina m̃. sub Diocl. *Menolog.*

Cella Gisleni *S. Gisleyn* op. Belg. in Hannonia ad Scaldem fl. inter Montes vrbem primariam, à qua IV. M. P. Belgicis ab est, & Condate. Vbi monasterium Cellense monachorum sanctitate quondam celebre, quod ex cella à S. Gisleno extructa in op. creuit, nomenquè ab eo retinet.

9 Oct. Gislenus Mon. S. Basilij, & Ep. Athenien. Monast. Cellensis auctor SS. Amandi, Autberti Ep. & Laudelini presby. contempor. *Sur. Tom. 5.*
27 Ian. Sulpitius Ep. Baiocen. *Ex Calen. Cellensi, & Ind. SS. Belg.*
30 Mai. Lambertus & Berlerius S. Gisleni discip. *Molan. in Ind. SS. Belg.*

Celenæ, *Glinech* seù *CleineK* pagus Noricorum in Austria apud Onasum flumen in Territ. & diœcesi quondam Laureacensi, nunc oppidulum apud Astiram ciuitatem in uia, quæ inde Onasum, seu Anisum ciuitatem ducit.

12 Oct. Maximilianus Ep. Laureacen. *Ex Mol. Addit.*

Cenomani, *Le Mans* C. E. antiqua Gall. Celt. Cenomanorum pop. metrop. quæ Ptolem. Vindinum dicitur, vrbs ampla in planitie apud Sartã fluuium, media penè inter Andegauim, & Alenconium, Vindocino quoque finitima, ab eis prolixo diei itinere distans, à Luteria Parisiorũ in occasum secedens ad XLVII. M. P. Gall.

27 Ian. Iulianus Ep. I. à S. Petro Apost. missus, qui ibi Cæcum illuminauit, & tres mortuos ad vitã reuocauit. *Cat. lib. 5.*
1 Mar. Siuiardus Abb. in Territ. sub Theodoro Rege. *Sur. tom. 2.*
16 Mai. Domnolus Ep. IX. S. Innocentij succ. sub Chilperico Rege. *Sur. tom. 3.*
23 Iul. Liborius seù Liberius vt in Rom. Ep. IIII. sub Theodos. Seniore S. Martini Synchr. *Sur. tom. 4.* Corpus Paderburn.
1 Sept. Victorius Ep. V. S. Liborij succ. *Turon. de Glor. conf.*
26 Ian. Syluinus Ep. *Ex Maurolog.* qui tamen in Tab. non reperitur.
16 Apr. Thuribius Ep. *Ex tab. Democh.*
19 Iun. Innocentius Ep. *Ex tab. Democh.*
1 Iul. Carilephus presb. Abb. Aninsulæ Cenomanis sepultus. *Sur. tom. 4.*
24 Panacius Ep. *Ex tab. Democh.*
23 Aug. Frambaldus Abb. *Ex Mol. Addit.*

Præ-

Prædictis episcopis sequentes adnumerantur. Principius, Betrannus, Hadondus, Berarius, Aldrius, & Hildebertus. Suntque numero XIII. Episcopi: quos Cenomanen. colit eccl.

Centula, *S. Richier* vel *Riquier* pagus cum monasterio Gall. Belg. in Picardiæ finibus, in Pontinia regione iuxta Artesiæ fines, Taruanensis olim, nunc Bononiensis diœcesis, à Bononia in ortum ad V. M. P. Belg. distans; quot à Monasteriolo, in Septentriones.

26 Apr. Richarius Abb. circa An. D. DCLXXX. *Sur. tom. 2.*

* 30 Mai. Madelgisilus mon. *Mol. in Addit.*

* Centumcellæ, *Ciuità vecchia* C. olim E. Hetruriæ litoralis, nunc op. cum portu satis tuto, & arce firmissima, medium inter Portum Romanum, & Portum Herculis, XL. M. P. ab eis dissitum, quot abest ab vrbe Roma. Hic Sum. Pontif. Nauale. Non procul locus indicatur, in quo vrbs Centumcellensis erat, *Cincelle* appellatus, Episcopatus Viterbiensi iunctus est, inter Cornuetum, & Pyrgos extensus.

28 Ian. Flauianus Vicarius m̄. Claud. Imp. cum Maximo, Calendino, Marco, Secunda & Seuera, & alijs multis. *Cat. lib.* 3. In Rom. Martyrolog. Romæ passus scribit.

9 Aug. Secundianus, Marcellinus, & Verianus m̄. sub Decio. *Mombr. tom. 2.*

* 26 Ian. Theophanius confes. Comes Centumcellensis. *De quo S. Greg. lib. 4. Dial.*

* Centum fontes, *Cifuentes* op. Hisp. Tarracon. in Castellæ Veteris Regno, diœcesis, Saguntinæ inter Saguntiam, à qua in Austrum VI. M. P. Hisp. abit, & Cuncam, minimè obscurum, Comitatus dignitate illustratum.

* 3 Feb. Blasius Ep. m̄. alter à Sebastensi, cuius nulla extat memoria nisi qnod antiqua traditione colitur. *Ex Thesauro Conc. tom. 2.*

* Ceresanum, *Cereco* op. Hisp. Tarracon. Castellæ Veteris, inter Mantuā, seù Madridium, & Arandam, ab Aranda XII. M. P. Hisp. à Madridio XIIII. m̄. Septentriones in via, quæ Burgos deducit. Segobiæ propius. Alterum op. huius nominis est, in Burgensi diœcesi, Burgis, & Viruescæ proximum, vbi S. Victor caput suum amputatum in locum prox. gestasse fertur.

26 Aug. Victor m̄. à Mauris occisus. Alij apud Burgos passum scribunt.

Chalcedon, *Scutari* C. aliàs A. Bithyniæ litoralis contra Byzantium Bosphoro Thracio ab eo diuisa, ac VII. tantum stadiis distans, Cæcorum ciuitas dicta, quod conditores illius locum aptiorem nesciissent eligere, cum eum condere procul à tanta vrbe debuissent. Distat à Nicomedia in Arctos ad LXXII. M. P. Ea nunc semediruta iacet, pagi potius faciem habens, quàm ciuitatis, quæ olim inter primas floruit, tot Conciliis Oecumenicis clara.

17 Mai. Solochanus & Soc. m̄. sub Maximiano *Menol.*

17 Iun. Manuel, Sabel, & Ismael Persæ legati m̄. sub Iuliano. *Metaphr.*

10 Sept. Sosthenes, & Victor m̄. sub Diocl. *Ex pass. S. Euphemiæ.*

16 Euphemia V. m̄. sub Diocl. *Metaphr.*

24 Quadraginta nouem m̄. sub eodem. post S. Euphemiam passi.

passi. *Metaphr.* Reliquiæ cum S. Euphem. Byzantij asseruabantur ante excidium.

Chalcis, quæ & Euboea, *Negroponte* Insula maxima maris Ægæi Atticæ, Bœotiæ, & Thessaliæ adiacens ab eis Euripo angusto discreta, aliquando Bœotiæ coniuncta, ab Attica in Thessaliam prætenta in longum inter Eurum, & Corum ad CL. M. P. lata vbi plurimum ad XL. vbi minimum ad XX. circuitu CCCLXV. multis opp. ornata, in quibus C. eiusdem nominis clara A. contra Aulidem Bœotiæ portum, adeò Bœotiæ litori vicina, vt ponte continenti iungatur. Vrbs munitissima, vbi Turcarum præsidium, & Nauale.

18 Sept. Methodius, Ep. primum Olympi in Lycia, deinde Tyri in Phœnicia, m̄. sub Diocl. *Hieron. de script. eccles.*

Hic error irrepsisse videtur circa locum passionis Sācti Methodij, nam ex Suida passus est Chalcide Anatoliæ in Syria, non Chalcide in Græcia. Idque verisimilius est, vt scilicet passus sit sub præfecto eiusdem Prouinciæ, non sub Præside Prouinciæ adeò distantis. Est autem Chalcis Syriæ C. A. olim præclara, Chalcidicæ regionis Metrop. ab Antiochia Syriæ in ortum, longo diei itinere dissita. Hierapoli, Berœæ, & Palmyræ, longius in ortum distanti finitima.

Chersonesus *Gazaria* Peninsula ingens Europæ Taurica ad differentiam aliarum dicta. Mœotim paludē ab Euxino ponto separans, vbi Bosphorus Cimmerius est vix II. M. P. patens, Europam ab Asia disterminans. Isthmo XXIIII. M. P. longo, XV. lato, Sarmatiæ continenti nectitur: in quo Taphræ C. Scytharum, seu Tartarorum, vt nunc dicunt Regia. Tenēt enim Tartari magna ex parte Tauricā, & ex parte Turcæ circa litora, reliquæ vrbes claræ, Eupatoria, Chersonnesus, Charax, Theodosia, olim Genuensium, nunc Turcarum, Panticapæum, & Chersonesus altera apud Bosphorum Cimmerium, vbi adhuc cerni ferunt templum marmoreum ab angelis in mari S. Clementi ædificatum. Alia est Chersonesus Traciæ, quæ vulgo Brachium S. Georgij nominatur ad Hellespontum: in qua vrbes, Calliopolis, Sestus, Elæus, Cardia.

4 Mar. Basilius, Eugenius, Agathodorus, Elpidius, Etherius, Capito, Ephrem, Nestor, & Arcadius episcopi m̄. *Menol.* Incertum est ex Martyrolog. in qua Cheroneso. Consulen. est Menolog.

12 Nou. Martinus Pap. m̄. sub Constante Imp. II. Ex *Pontificali.* Miror plærosquè Martinum in Chersonam Lyciæ vrbem relegatum scribere: cum nulla sit Lyciæ huius nominis vrbs. Sed decepti sunt vocis similitudine nā pro Chersona Chersonesum, pro Lycia Byciam scribere debuerant. Est autem Chersonesus C. Tauricæ Byciæ cognominata à Bycia palude, ad alterius vrbis huius nominis differentiam.

23 Nou. Clemens Pap. m̄. sub Traiano. *Metaphr.*

Hic etiam error in Breuiario Rom. cuius causa nescio, irrepsit, vt pro Peninsula, Insula, pro Byciæ, Lyciæ, & pro Chersoneso, Chersona legatur. Est autem manife-

ſtum S.Clementem, in Cherſoneſum Tauricam relegatum apud vrbem Cheroneſum: ibiquè mari demerſum; nam durat loco huius rei memoria, & templum S.Clementi dicatum adhuc extare ferunt.

Chios, *Scio* Inſula Maris Icarij Ioniæ ex aduerſo Erythrarum adiacens, inter Samum, & Lesbum, à Lesbo in Auſtrum LXV. M. P. recedens, ab Icaria, quæ nomen dedit mari, in Septentriones paulò remotior, ſicuti à Samo, inter Meridiem, & Septentrionem, longior, circuitus eſt CXXV.M.P. oppida habet ad XXXVI. Pagos multo plures. Ciuitatem E. eiuſdem nominis, in ora ad Orientem verſa cum arce, & portu. Ea diu ſub Genuenſibus fuit, nunc Turcis paret, vino, marmore, quondam clara.

15 Mai. Iſidorus m̄. ſub Decio. *Metaphr.*

13 Iul. Meropes ſeù Merops Fœmina m̄. ſub Decio. *Metaphr.* Myrops in Rom. emend. de qua Menolog. ſub die 3. Decemb.

* Cibalis, & Ciualis, *Bereczlo* C. olim E. Pannoniæ Inferioris apud ortum Bacuntij fl. inter Sirmium, & Murſiam, vrbes regionis illius olim primarias, media inter Murſiam, & Vlmos, vtrinquè XXIIII. M.P. diſtans, à Sirmio duplo interuallo in boream diſſita, apud Almum M. Valentiniani Imp. natalibus clara, ac quondam in præcipuis habita, nunc op. medium inter quinque eccleſias, & Bononiam.

28 Apr. Pollio m̄. ſub Diocl. S. Euſebij Epiſcopi lector. *Cat. lib.* 4. quo tēpore S. Irenæus Epiſcopus Sirmiēſis paſſus eſt.

* Euſebius Ep. Cibalen. m̄. ſub eodem Imperat. Ex *Geſt. S. Pallionis*.

Ciceſtria, *Cicheſter* C.E. Angliæ in ora Auſtrali, quæ Vecti, In S. obuertitur apud Arundelium Comitatum, à Londinio ciuitate Regia in Africum ſupra LX.M.P. inter Portum Magnum, & Neoportum.

3 Apr. Richardus Ep. ſub Innoc. Pap. IIII. ab Vrbano IIII. inter S. relatus. *Sur. tom.* 2.

Item Burgundophora V. Abb. circa An. Domini DCX. *Bed. tom.* 3.

Cilicia, *Caramania* Regio Aſiæ minoris inter Pamphyliam ad occaſum, & Syriam ad ortum extenſa, auguſta inter Taurum M. & mare Ciliciū. Cuius vrbes maritimæ, Antiochia ſuper Trago, Anemurium, Colenderis, Corycus, Sebaſte, Palæopolis, Mallus, & Iſſus. Mediterraneæ, Seleucia, Tarſus, Adana, Anazarbus, & Mopſueſtia, quæ etiamnum durant ſub Tur. Imp.

3 Ian. Zoſimus, Athanaſius, Theopemptus, & Theonas m̄. ſub Diocl. quorum tres priores ſub Domit. *in Menol.* paſſi leguntur.

7 Apr. Calliopius m̄. ſub Maximiano præf. *Metaphr.*

12 Ian. Amphiem Ep. Epiphaniæ ſub Maximino. Qui Conc. Nicæno interfuit. *Theodoret. lib.* 1.

19 Aug. Andreas Tribunus cum militibus Soc. m̄. ſub Maximiano in anguſtijs M. Tauri. *Metaphr.*

* 4 Iun. Pergentius, Philippus, Eutychius, Saturninus, & Iulia m̄. *Ex Maurolyco.*

* Cimela,

* Cimela, *Cimies* C. olim Liguriæ intra Alpes maritimas olim Cemeneleum dicta, apud Cemam M. ex quo Varus amnis profluit, nunc diruta, manet Ecclesia in Territorio Nicæ, quæ S. *Maria di Cimies* dicitur, nec procul fanum Sancti Pontij adhuc conspicitur.

14 Mai. Pontius m̄. sub Valeriano. Cuius prædicationem Duo Philippi præter Imp. & filius Cæsar Christi ad fidē cōuersi feruntur. Galesinus eum episcopū facit à S. Pontiano baptizatum, & ordinatum.

Cingulum *Cingoli* C. quondam E. nunc op. Piceni clarissimum in colle constructum inter Tollentinum, & Æsium, ac inter Maceratam, & Fabrianum, ciuium multitudine, & nobilitate, opibusquè conspicuum. Trianæ quæ nunc Mōticulus ad V.M.P. propinquum, ab Auximoin Africum ad X.M.P. recedens.

* 29 Mai. Exuperantius I. Ep.
* 1 Sept. Serandia V.
) *Ex vrbis Cingulanæ Annalibus.*

Cirta, *Constantina* C. olim E. Mauritaniæ Cæsariensis siuè Africæ propriè dictæ in Mauritaniæ prædictæ confinio ad Amphagam fluuium, in colle excelso constructa, antiqua, nobilis, ingens, & Regia, ab ostijs amnis prædicti, & Cullu C. in meridiem ad CXX. M. P. recedens, ab Hippone paulò pluribus, nunc ad Tunetanum Regnum spectans.

1 Ian. Fulgentius Ep. Ruspen. sub Symmacho Pap.

29 Apr. Agapius, & Secundinus, episcopi, m̄. cum alijs sub Valeriano.
Item Æmilianus miles, Antonia V. & quædam mulier cum suis filijs. m̄. *Sur. tom. 2. in pass.* S. *Marciani Lictoris.*

* Cisonium, Ceson Pagus Gall. Belg.

28 Ian. Arnulphus m̄. Ex *Mol. Ind.*

Cistertium, pagus Gall. Lugdunen. in Burgundiæ Duc. apud Ararim flu. in Cabilonen. diœcesi, vbi Cistercienfis ordo Hugone episcopo Lugdunen. & Gualterio Cabilonen. auctoribus ann. Hum. Sal. MXCIX. Cœpit, Cœnobio ibi extructo, non tam ædium structura: quàm Monachorum Sanctitate clarum.

17 Apr. Stephanus I. Abb. Cistertien. SS. Bernardi, & Roberti Abb. Synchr. *Sur. tom. 2.*

Cluniacum, *Clugny* op. Gall. Lugdunen. in Burgundiæ Duc. non obscurum, diœcesis Matisconen. à Matiscone C. in occasum supra V.M.P. Gallica recedens. Vbi monasterium Cluniacensi celeberrimum An. Domini DCCCCXII. Othone I. Imperat. construitur. Hic ordo Benedictinorum magnam accipit reformationem ad II. M. P. Abbatum ex cunctis ferè Europæ Prouinciis Consentientibus. Ex quo tempore Capitula Summi Pontif. auctoritate celebrari cæperunt.

1 Ian. Odilo Abb. V. Maioli succ. apud Syluiniacum defunctus. *Sur. tom. 1.*

29 Apr. Hugo ex familia Ducum Burgundiæ Abb. Henrico. II. Imp. *Sur. tom. 2.*

11 Mai. Maiolus Abb.III. Siluiniaci mortuus. *Sur.tom. 3.*
22 Iun. Consortia V. *Ex tab.Cluniacen.* Hæc filia fuisse videtur S.Eucherij, qui postea fuit Ep. Lugdunen.
18 Iun. Odo Abb.I.Turonis defunctus. *Sur.tom.6.*
13 Ian. Berno Abb.I. Ex Comit. Burgundiæ S. Eutycij disc. *Ex Chronicis Cluniacen.* An.D.DCCCCXXVI.
26 Gelasij II.Pap.An.D.MCXIX. *Ex Chron. Casinen.*
4 Iun. Petrus Cognom. de Bono. Mon. An. D. MCCCCXIX. *Ex Chron.*
* 4 Tremorādus Mon.S.Hugonis Abb. disci.*Ex Chron.præd.*
10 Iul. Vualdaricus Mon.sub S.Hugone Abb. *Ex Chron præd.*
5 Oct. Aymardus, siuè Ademardus Abb.III. Ann. Domini DCCCCLXIII. *Ex Chron.*
25 Nou. Toussanus Mon.sub S.Odone Abb.
25 Dec. Petrus Mauritius Abb. An. D.MCLIX. *Ex Chron. præd.*

Claraualllis, *Chiaranalle* Italis: *Chervvaulx* Gallis.op. Gall. Celt. in Burgundiæ Comit.ad alteram Dubis fl.ripam, Vesuntinæ diœcesis, inter Vesuntionem, & M.Bellicardum, à Vesuntione in ortum VIII.M.P. Gall.distans, à M. Bellicardo dimidio interuallo. Vbi monasterium Cistertiensium insigne & antiquum: cui Sanctus Bernardus præfuit.
20 Aug. Bernardus Abb.I.sub Eugenio III. Pap.suo alumno.
* 14 Mar. Petrus Abb.S.Bernardi Synchr.forte succ. *Maurol.*

Clusium, *Chiusi* C.E.Hetruriæ antiquissima, apud Glanim fl. arduo, & excelso mōte imposita, antiqua, Porsennæ Regis Hetruriæ Regia, olim, Comers dicta, vna ex XII.primis Tuscorum Colonijs, nunc parua, media quasi inter Aretium, & Oropitum, à quibus paulò supra XX.M.P. distat, à Senis XXXV. Cortona, M. Politiano, & Pientiæ proxima.
3 Iul. Irenæus Diac.m̄.sub Aurel. *Sur.tom.4.*
Item Mustiola Matrona m̄. sub eodem Imp. & eodem tempore. *Sur.ibid.* Corpus in propria Ecclesia.

* Colocia, prius Statuæ Colossæ *Colotza* C.A.Pann. Infer.Hungariæ, ad alteram Danubij ripam, contra Altinium, media ferè inter Budam, & Teutoburgium, siuè Mursiam, à Buda in Eurum ad VI. M. P. Hungarica recedens, Quinque ecclesijs propior, sub Turcarum potestate.
* Anastasius Ep. ex Abb.Benedict.An. D.MXXX. *Bonfin. lib.1.Dec.11.Rer.Hung.*

Colonia Sufetulana, Vide Sufetula.

Colonia Agrippina, *Colonia*, Italis, *Coeln* Germanis, C.A. German.Inferioris, ad Citeriorem Rheni ripam, Vbiorum Metropolis, vrbs libera, amplissima, ex Germaniæ primis, Ecclesijs, & Cœnobiis multis abundans, figuram Segmento circuli maiori persimilem habet, cuius chorda ripa Rheni est. Templum inter cætera augustissimum D. Petro Apostolo dicatum habet, & Academiam Celebrem. Huius Archiepiscopus vnus ex Imperij Electoribus est, Italiæ Cancellarius: sub cuius dictione vrbes aliquot, & oppida permulta continentur. Media inter Moguntiam, & Antuerpiam XXVI. M. P. Germanicis dissidens, media quoquè inter Treuirim, & Monasterium vtrinque XXIIII. rece-

recedens, ab Aquisgrano in ortum ad X. M. P. Iuliaco propior.

16 Mar. Heribertus Ep. An.D. MXXI *Sur. in vita S. Adelheidis.*

* 20 Gumbertus Ep. qui deest in Martyrol.Rom.emend. Suspicor ab aliquibus pro Cuthberto episcopo Lindisfarnensis, scriptum fuisse Gumbertum.

4 Mai. Pauliuus m̃. *Ex Molano.*

10 Iun. Maurinus Abb. m̃. Corpus repertum ibi An. Domini DCCCCLXVI. *Sur.tom.*3.

4 Aug. Protasius m̃. *Ex antiquo Calend.Colonien.*

14 Sept. Maternus.I.Ep. prius Treuirensis. Ex *Gestis S.Gereonis.*

10 Oct. Gereon ex leg. Thebæorum m̃. sub Maximiano cum alijs CCCXVIII. Corpus in propria Ecclesia. *Sur. tom.*5.*ex Adone.*

Item Victor ex eadem leg. cum Soc. CCCXXX. m̃. sub eodem. *Gales.tamen & Maurol.* Socios tantum XVII. faciunt. *Sur.ibidem.*

15 Trecenti m̃. sub eodem eiusdem legionis. Corpora in Ecclesia maiore. Aliis illos CCCXVIII. alij CCCL. scribunt. *Adon.*

16 Eliphius m̃.sub Iuliano. *Sur.tom.*5.

20 Martha, & Saula V.m̃.cum aliis multis. *Vsuard.*

21 Vrsula, & Sociæ V.m̃. sub Humnis passæ. ex Britania Coloniam appulsæ. *Sur.tom.*5. *Momb. tom* 2. Multarum corpora ibid.

22 Corduba, vna ex Sociabus S.Vrsulæ V.m̃. *Ibidem.*

24 Euergislus Ep. m̃.S.Seuerini succ. *Sur.tom.*5.

7 Nou. Engelbertus Ep.m̃.ad pagum Suuelmensem An.Domini MCCXXV. *Sur.tom.*6.

12 Cunibertus Ep. sub Dagoberto Rege S. Remedij succ. *Sur.tom.*6.

4 Dec. Annon Ep.sub Henrico III.Imp. *Sur.tom.*6.

5 Feb. Adilheis V.sub Othone III.Imp. *Sur.tom.*1.

22 Apr. Hermannus Ep. *Sur.in vita S.Vulphelmi.*

9 Iul. Agilulphus Ep m̃.circa An.D.DCC. *Ado.*

* K 11 Oct. Bruno Ep. sub Othone.II.Imperat.Rhemis migrat. *Sur. tom.*5.

24 Noithburges V.An.Domini DCC.Corpus Cõfluentiæ. *Sur.tom.*5.

12 Nou. Leuinus m̃. *Sur.tom.*6.

Colossæ, *Chone* C.E.Phrygiæ magnæ, apud Lyci, & Capri, qui in Mæandrum feruntur, confluentiam, inter Laodiceam, & Hierapolim, vtrinque ad XX.M.P.recedens, finitima quoquè Apamea. Vrbs Terræmotibus obnoxia, in cuius amnem lateres immissos in lapides conuerti, auctor est Plin.lib.XXXI.Nat.Hist. Ad Colossenses, hoc est ad huius vrbis ciues, non ad Rhodios, vt quidam falsò putant, eos ab ingenti colosso, quo d apud illos est, Colossenses dictos existimantes, D.Paul. Apostol. Epistolam scripsit. Mirum est, quod Primus Cabilonen.hanc vrbem Lyciæ adscribit, cum notissimum apud omnes sit, eam in Phrygia esseprocul à Lyciæ finibus.

19 Iul. Epaphras I. Ep. vnus ex Pauli Apost. Comitibus. m̄. sub Nerone. *Cat.lib.6.* Corpus Romæ.

22 Nou. Philemon, & Apphias Pauli Apost.discip.m̄.sub Nerone *Menolog.*

* 20 Mar. Archippus Pauli Apost.disci. Ep.m̄. *Ex Gales.*

Comana in Ponto *Com* C.E. Cappadociæ, in ea regione, quæ Põtus Cappadocius dicitur, ad Sarum fl.olim nobilis, ac ex primis, inter Cæsaream, & Sebastopolim, Sebastæ finitima. Altera Comana quondam clarior in Armenia minore erat, ad prædictæ differentiam Cappadociæ cognominata, inter Cæsaream, & Larandam, vtrinquè bidui itinere dissita. Quæ an his temporibus extet, mihi ignotum est.

27 Ian. Io.Chrysostomus Ep. Constantinopol. Corpus Romæ. obijt sub Arcadio Imp. in exilio ad diem XIIII. Sept. non XXIIII. vt in lib. qui Flos Sanctorum inscribitur.

22 Mai. Basiliscus m̄. sub Maximiano, quem Palladius in vita Chrisost.episcopum facit.

31 Hermias miles m̄.vnà cum Carnifice sub Antonino Imperat. *Menol.*

21 Iul. Zoticus Ep.m̄.sub Seuero. *Euseb lib.5.*

21 Aug. Alexander Cognomento Carbonarius Ep. m̄. S. Greg. Thaumaturgi Synchr. *de quo in vita eiusdem Greg.*

* 7 Nou. Flesichius Ep.m̄.sub Diocler. Primo Cabilonen.auctore, quem tamen alij Melitenæ passum cum Herone scribunt.

* Cominium, *Comene* pagus Gall. Belg. diœcesis Tornacensis in Flandriæ Comit.ad Lysam amnem, propè Verouiacum inter Corteriacum, & Armentarium.

* 7 Feb. Chrysolius Ep.m̄. sub Diocl. vnus ex Soc. S. Quinctini. *Ex Calend.& ind.Belg.*

Comum, quod & Nouo Comum *Como* C.E.Insubriæ antiqua, ad Lacum Larium: qui etiam ex ipsa Comacenus dictus est, in Rhetiæ II.confinio (diœcesis enim Comensis, diœcesi Curiensi contermina est) à veteri Como milliario ferè dissita, quam montes instar Coronæ cingunt, vrbs mercimonio ob lacus oportunitatem, florens, à Bergomo in occ. ad XXX.M.P.distans, à Mediolano, in cuius Duc.cõtinetur, in Sept.XXV. Cuius episcopus Aquileiensi Patriarchæ subditur.

18 Ian. Liberata V. prætermissa fuit in Rom. Martyrol. Faustina. quæ vna cum S. Liberata in tab. eccl. Comen. & Aquileien.continetur.

2 Apr. Abundius Ep.S.Amantij succ.sub S.Leone Pap. Concil. Chalcedonen.interfuit. *Momb.tom.2.*

8 Amantius Ep. III. *Ex vita S.Abundij.* S.Prouini succ.

14 Iul. Felix I. Ep. S. Ambrosij Synchr. *ad quem illius extat epistolam.*

7 Aug. Carpophorus, Exanthus, Cassius, Seuerinus, Secundus, & Licinius m̄. sub Maximiano. *Ex Actis S. Alexandri m̄. Bergomi.*

28 Oct. Fidelis m̄. sub Maximiano à S. Materno episcopo Mediola-

drolanen. conuersus. *Momb. tom. 2.*

8 Ian. Rainaldus Ep.
8 Mart. Prouinus Ep. II.
22 Mai. Eusebius Ep. VII.
* 3 Iun. Adelbertus Ep. XV.
5 Eutychius Ep. VIII.
17 Agrippinus Ep. XIII.
22 Exuperantius Ep. VI.
7 Iul. Consul. Ep. VI.

De prædictis episcopis Ecclesia Comenen. recitat officium.

Eupilius Ep. IX.
Flauianus Ep. X.
Prosper Ep. XI.
Io. I. Ep. XII.
Rubianus Ep. XIV.
* Martinianus Ep. XVI.
Victorinus Ep. XVII.
Io. II. Ep. XVIII.
Ioannes III. Ep. XIX.
Octauianus. Ep. XX.
Benedictus Ep. XXI.
Flauianus alter Ep. XXII.

De prædictis autem episcopis, licet inter SS. habiti sint, eccl. Comen. nullum recitat officium.

12 Iul. Vguzo, qui & Lucius, ac Luponus ab Incolis dicitur m̄. in Diœcesi apud vallem Cauarniam.

* 11 Sept. Matthæus, & Cosmæus m̄. & leg. Thebæa. In Diœcesi apud Grabadonam. Ex Hist. Thebæorum m̄. Taurini ædita.

26 Sept. Ioannes Meda ord. Humiliatorum an. Domini MLIX. ab Alex. III. Pap. inter SS. relatus. Ex Breu. Humiliatorum. *Sigon. lib. 8. de Reg. Ital.*

* Compendium, *Compiegne* op. Gall. Belg. præclarum, in Picardia iuxta Franciæ, & Valleſiæ confinia, apud Esiam flumen, vbi Anius fluuiolus confluit, inter Syluanectum & Nouiomum vrbes: à quibus ad VIII. M.P. Gallica recedit, à Lutetia Parisiorum. Rhemis, & Ambiano æquo fermè XVI. M.P. interuallo dissidens.

* 25 Iun. Vigilius Ep. Antisiodoren. m̄. sub Constãtino II. Corpus Antisiodori. *Cat. lib. 5.*

Complutum, *Alcala de Henares* C. olim E. Hispa. Tarrac. ad Henarem flum. qui in Turiam labitur, nunc op. præclarum, situ plano. formaquè penè circulari præditum, Academia clarum, in Regno Castellæ vet. medium inter Saguntiam, & Toletum, ab eis ad XVII. M.P. Hispanica distans. Turiæ C. & Mantuæ Carpetanorum, seù vt nunc vocant Madridia proximum, in uia, quæ Cæsaraugusta Toletum ducit, obuium.

6 Aug. Iustus & Pastor fratres pueri m̄. sub Diocletian. *Ex S. Eulog. lib. 2.*

12 Nou.

12 Nou. Didacus confeſſ. ann. Dom. MCCCCXLVI. à Sixto V. Pap. in SS. num. adſcriptus.

* 14 Iun. Felix m̃. Cordubæ paſſus. Ex *S. Eulog. lib.* 3.

Compoſtellum, *Compoſtella* Italis. *S. Iago* Hiſpanis, C.A. Hiſp. Tarrac. in Gallęcia, cuius eſt metropolis, prius Ianaſum, vt multis videtur. Vbi corpus D. Iacobi Apoſtoli, eò ex Hieroſolymis diuinitus dilatum: ad quod viſendum deuotionis ergo ex omnibus Europæ Prouincijs quouis tempore confluunt. Huc primum Iriæ flauiæ proximæ vrbis ſedes Epiſcopalis translata eſt, deinde ſedes archiepiſcopalis Emeritæ contributa. Ibi Templum auguſtiſſimum, vniuerſitas, & ſedes præfecti, à Toleto in Hiſpaniæ umbilico CXIV. M. P. Hiſp. diſtans, à Barchinone in occaſum ferè CC. M. tanta eſt Hiſpaniæ longitudo, paulovè maior inter Oceanum, & Mare mediterraneum, ſeu inter occ. & ortum.

10 Sept. Petrus Epiſcop. qui Salue Regina compoſuit. Ex *Vaſęo in Chron.*

* 1 Mart. Rodeſindus Ep. à Clem. III. Pap. in SS. relatus. *Moral. libro* 15.

* Ataulphus Archiep. Ex *lib. Magnitud. Hiſp.*

Concha, *Cuenca* C.E. Hiſp. Tarracon. in Regno Caſtellæ contenta, apud Sucronem fl. circunfluentem, ex vicinis montibus exorientem, ad Hucarum fl. intermeantem, vrbemquè in montis deſcenſu à ſuburbio in plano diuidentem. Quæ Valeriæ vrbi antiquæ, & proximæ in epiſcopali dignitate ſucceſſit. Arcem habet edito loco, mercimonio pollens, fontibus ſcatens, eccleſias opulentas habens. Media ferè eſt inter Toletum, & Valentiam, à Toleto in ortum æſtiuum XXIX. M. P. Hiſp. à Valentia in occ. æſtiuum ad XXXI. diſtans. Albaracino, & Huetæ proxima.

5 Sept. Iulianus Ep. ann. D. MCCVII. ſub Innoc. Pap. III. *Theſau. Conc.* obijt die 28. Ian. & decreto Iulij Pap. III. agitur hac die eius ſolemnitas.

* Ioannes Ep. I. poſt recuperata à Mauris vrbem ab Alex. III. Pap. ord. Ex *Chron. Hiſp.*

* Condate, *Condet* op. Gall. Belg. in Hannonia ad Hanniæ amnis cum Scalde confluentiam Valencenis proximum: a quibus in Arctos vix III. M. P. recedit inter Elnonen. & Cellam S. Gisleni.

* 1 Oct. Vuaſnulphus Ep. Scotus primum: deinde Mon. in Monaſterio Condatenſi. *Moland. in Ind. SS. Belgij, & in Additio.*

* Confluentia, quæ & confluentes. *Confluenza* Italis. *Coblentz* Germanis. *Conflens* Gallis. C. Germaniæ Infer. ad Rhenum flu. ubi is Moſellam excipit, ſub Treuirenſibus, elegans, templa habens auguſta, & pontem lapideum viſendi operis, quo ripæ Moſellæ iunguntur. Palatium quoquè Principis haud contemnendum. Media inter Mocontiacum, & Coloniam, XIII. M. P. Germanicis ab utraque vrbe diſſita, paulo minus à Treuiris recedens.

* 13 Febr. Caſtor confeſſ. Ex *Mol. Addit.*

Concordia *n. r.* C.E. antiqua Carnorum, ſiue Fori Iulij, ad Romatium fl. media inter Aquileiam, & Altinum, XXXIII. M. P. plùs minus diſtans, Latiſanæ, Metæ, & Opitergio, oppidis proxima. Cuius nihil extat hoc

tempore

tempore præter rudera, Templum cathedrale, & ædes aliquot rusticales. Ep. Concordiensis in Portu Romatino oppido propinquo ad III. M. P. & egregio moratur.

17 Febr. Donatus, Secundianus, & Romulus cum alijs LXXXVI. m̄. *Vsuard.*

Conimbrica, *Coimbra* C. E. Hisp. Lusit. in Portugalliæ Regno, ad Mundam fl. illam irrigantem, atquè suburbium à C. ponte Lapideo pulcherrimo separatum, ipsa partim in colle pendula, partim plana est, cũ arce in colle, ampla, elegans, benequè habitata, Academia totius Regni celebris. Æminio C. dirutæ successit. Sita est inter Olyssiponem Regiam, à qua in Aquilonem ad XXXV. M. P. Hispanica distat, & Portum, à quo XVIII. Liriæ C. proxima. Non possum hic non mirari Antoniũ Maginum, virum alioqui Geographi peritissimum Conimbricam Mundam appellantem, quam & primariam, ac metropolim facit, cum hæc sit Olyssipo.

* 18 Febr. Theotonius presby. Monasterij Crucis auctor. ac I. illius prior S. Bernardi Abb. Synchr. ad quem beneuolentiæ ergo baculum misit. Ex *Thesaur.* Conc.

* 4 Iul. Isabella Regina. *Thes. conc. Tom. 2.*

* Connerthum, seu Connerethum, *Conner* C. E. Hiberniæ mediter. Vltoniæ regionis, olim non ignobilis, sub Armacana metropoli cuius Ep. primum S. Malachias fuit, ab Armaca in Cæciam supra XXX. M. P. distans, apud ingentem Lacum Dunensi C. finitima.

3 Nou. Malachias Ep. primùm Connerthen. deinde Armacanus postremo Dunen. sub Eugenio III. Pap. Vita apud S. Bernardum Abb. obijt die 2. Nou. sed ob Commerat. Defunctorum festum in sequentem diem transfertur.

Constantia, *Constanza* Italis, *Costantz* Germanis, *Costance* Gallis, C. E. Germ. super ad Acronium lacum, vbi is in duos partitur, media inter Tigurum, C. Helueticam, & Campodunum, C. sueuicam, inter vrbes Sueuiæ primas, latissimam habens diœcesim, nobilis, & elegans, figura quadrangula, libera, vrbibus Helueticis iuncta fœdere, olim Ganodurum dicta, postea verò in honorem Constantij Imp. Constantia appellata, vti à nonnullis traditur, à Basilea in ortum XIII. M. P. Germ. quot ferè à Curia Rhetorum in Septentriones recedens.

28 Aug. Pelagius m̄. sub Numeriano. *Cat. lib. 7.*

26 Nou. Conradus Ep. I. Constantiensis, in ordine XXX. (sedes enim episcopalis antea fuit Vindonissæ) comes Vriensis. Sub Henrico I. Imp. *Sur. Tom. 6.*

* 18 Febr. Manegoldus Abb. in an. Dom. MC. in Terr. in Monast. S. Georgij. Ex *Martyr. Bened.*

* 27 Aug. Gebrardus Ep. XXXI. S. Conradi succ. comes Brigantinus. Ex *primo Cabilonen. & Tab. Democh.*

Ioannes Scotus Ep. XI. circa an. Domini DCLX. Ex *Tab. Democh.*

Constantia altera, quæ etiam Constantia Castra nominatur, *Constances* C. E. Gall. Celt. apud oram Oceani Britannici, haud ignobilis, vrbs Normandica elegans, licet sine mœnibus: ex qna regio Constantina nominatur. Abrincis proxima, à Rothomago Metropoli tridui spatio

in occ.

in occ.æstiuum distans, à Lutetia Parisiorum in corum ad LXX. M. P. Gallica.

1 Sept. Verena V. *Beda*.

22 Lauto, siue Laudus Ep.II. à quo nomen est oppido, vrbi proximo, & insigni, de quo *in Vit.S.Paterni*.

23 Paternus Ep.I.m̄. in Territ.circa an.Dom. DL. *Sur.Tom.* 4. Alij non m̄. sed conf.scribunt.

Constantia item quæ, & Salamis, *Constanzo* C. olim A. Cypri maritima in ora, quæ vergit in ortum, inter Carpasium, & Thamassum, seù Famā Augustam proximas vrbes, à Thamasso in Septentriones minus recedens, nunc pagus est, & portus.

12 Mai. Epiphanius Ep.S.Io.Chrysostomi Synchr. *Metaphr.*

Constantinopolis, prius Byzantium. *Constantinopoli* Italis, *Stamboli* Turcis, C.P. Thraciæ maritima, ad Bosphorum Thracium, vbi Europæ litora ab Asiæ litoribus vix D.P. dissident, in promontorio, quod Chrysoceras Antiquis dicebatur, ex aduerso Chalcedonis vrbis Asiaticæ, à Constantino Magno instauratore sic dicta, sedes Imperij, & Patriarchatus constituta, nunc Turcarum Regia, amplissima, totius Europæ maxima. XVIII.M P. circuitu, probè circa litus habitata, figuram quasi retinens triangularem, cuius maius latus Propontidi obuertitur, à Pera vrbe à Christianis habitata angustissimo maris freto, seù verius portu diuisa. Abest ab vrbe Roma in ortum æstiuum ad MCCC.M.P. à Venetijs MCCL. à Flauiana in Eurum quasi M.

10 Ian. Martianus presby. sub Martiano Imp. *Metaphr.*

17 Tygrius presby. & Eutropius lector m̄. sub Arcadio, Imp. quo tempore Chrysostomus exulauit. *Metaphr.*

27 Io. Chrysostomus Ep. sub Arcadio. *Metaphr.* Corpus Romæ.

8 Febr. Monachi monasterij Diensis m̄. sub Acatio Ep. hæretico passi. *Menol.*

12 Antonius Ep. sub Leone VI.Imp. *Metaphr.*
Item Meletius Ep. Antiochenus doctissimus. *Socr.lib.* 5.

18 Flauianus Ep. m̄. à Dioscori fautoribus Ephesi occisus sub Theodosio Imp. *Niceph.lib.* 14.

20 Eleutherius Ep.VIII. *Niceph in Chron.*

23 Lazarus monach. sub Theophilo Iconomacho tortus. *Zon.in Annal.*

25 Tarasius Ep.S.Pauli sub Irene succ. *Metaphr.*

27 Basilius, & Procopius m̄. pro cultu Sacr. Imag. sub Leone. *Menol.*

6 Mart. Euagrius Ep.XXX. sub Valente S.Hieron. amicissimus. *Socr.lib.*4.

12 Theophanes mon. sub Leone Armeno. *Metaphr.*

13 Nicephorus Ep. sub Leone Armeno pro Sacr. Imag. vexatus. *Metaphr.*

17 Paulus m̄. sub Copronymo ob Sacr.Imag. *Menol.*

30 Plures m̄. sub Constantio, & Macedonio Hæresiarcha. *Socr.lib* 2.

1 Apr. Macari.cōf.pro sacr.Imag.sub Leone Arm.exagit. *Menol.*

4 Plato mon. sub Irene, Menol. Alij ad diem 18. Decemb. referunt.
27 Ioannes Abb. sub Leone Isaurico pro Sacr. Imag. vexatus. *Menol.*
8 Mai. Acathius m̄. sub Diocl. *Metaphr.* Corpus Scyllacei.
12 Germanus Ep. sub Leone Isaurico. Scripsit de Fascijs B. M. V. *Metaphr.*
13 Mutius presby. m̄. *apud Vsuard.*
3 Iun. Lucillianus, cum Claudio, Hypatio, Paulo & Dionysio pueris, ac Paula V. omnes m̄. *Menol.*
4 Metrophanes Ep. qui Synodo interfuit Nicænæ. *Niceph. libro* 8.
7 Paulus Ep. m̄. sub Constantio Cucusi occisus. Corpus Byzantium sub Theodosio seniore relatum. S. Alex. Ep. succ. *Metaphr.*
8 Alex. & Antonina m̄. sub Maximino *Menol.* in Rom. emend. ad 3. diem Maij ponitur.
14 Methodius Ep. sub Michaele Imp. & Leone III. Pap. *Metaphr. in vit. S. Ioannicij Abb.*
27 Sāpson presb. Hospitator sub Iustiniano Imp. *Metaphr.*
3 Iul. Eulogius m̄. cum socijs ob fidem Cathol. sub Valente. *Menol.*
8 Monachi Abrahamitæ m̄. sub Theophilo Iconomacho. *Cedren. in Vit. illius.*
17 Theodota m̄. sub Leone Iconomacho. *Menol.*
27 Anthusa V. m̄. sub Copronymo ob sacr. Imag. *Menol.*
3 Aug. Hermellus m̄. *ex Adone.*
4 Eleutherius Senator m̄. sub Maximiano. *Menol.*
9 Iulianus, Martianus, cum alijs octo m̄. sub Leone Iconomico. *Menol.* Socij sunt, Io. Iacobus, Alexius, Demetrius, Photius, Petrus, Leontius, Maria Pritia.
13 Maximus Mon. cum duobus Anastasij discip. & alijs m̄. sub Constante Imp.
25 Mennas Ep. S. Anthimi succ. sub Agapito Pap. *Euagr. lib. 4. Histor.*
28 Alex. Ep. Alexandrinus, cuius oratione Arius crepuit. *Cat. lib. 7. Ep. Constan. facit.*
29 Hispanus Ep. Asianus, & Andreas presby. m̄. sub Leone Isaurico ob Sacr. Imag. *Sur. Tom. 7.*
5 Sept. Vrbanus, Theodorus, Menedemus Clerici cum alijs LXXVII. m̄. sub Valente Imp. *Socr. lib. 4.*
10 Pulcheria Augusta. *Suid. & Sozom. lib. 9.*
2 Oct. Theophil⁹ mon. m̄. sub Leo. Isaurico ob sacr. Imag. *Meno.*
17 Andr. Cretēsis m̄. sub Copronymo ob sacr. Imag. *Metaph.*
23 Ignatius Epis. sub Barda Principe eiectus, sub Nicolao Pap. restitutus. *Zon lib. 3.*
24 Proclus Ep. prius sub S. Io. Chrys. lector. *Socr. lib. 7.*
31 Stachys Ep. I. à S. Andrea Apostolo ord. *Niceph lib. 8.*
9 Nou. Eustolia Romana, & Sopatra V. Mauritij Imp. filiæ. *Meno.*

12 Nilus Abb.sub Theodosio iuniore. *Niceph.lib.4.*
20 Gregorius Decapolita m̄. ob Sacr.Imag. *Menol.*
21 Theodorus Ep. Nicænus cum Theophane fratre m̄. sub Theophilo ob sac. Imag. *Menol.* ponitur etiam sub die 27.Decemb.
28 Stephanus iunior Abb.Basilius,Petrus, Andreas cum alijs CCCXXXIX. m̄.sub Copron.ob sacr. Imag. *Zon. lib.3. Annal.* Gales. Stephani tm̄ meminit sub die 20.
30 Maura V. m̄. *Menol.*
1 Dec. Natalia vxor S.Hadriani m̄. *Cat.lib.1.*
4 Theophanes,Papias, Straregius Cubicularius, & Iacob. Protospatarius m̄. sub Leone Armeno ob sacr. Imag. Ex *Hist. Miscell.*
8 Patapius Abb.& Solitarius. *Metaphr.*
11 Daniel Stylites sub Zenone Imp. *Metaphr.*
17 Olympias uidua diaconissa. *Metaphr.*
27 Nicerates V.sub Arcadio : quæ Io.Chrysostomo stomachi morbo laboranti subuenit. *Sozom.lib.8.*
29 Marcellus Abb.sub Leone Imp. *Metaphr.*
31 Zoticus præsby.Romanus sub Constant.Magno. *Menol.*
27 Mar. Isacius conf.sub Valente Imp. *Metaphr.*
6 Apr. Eutychius Ep. *Menol.*
14 Maximus Ep. doctissimus sub Gratiano Imp. *Hieron.de script.eccles.*
6 Mai. Io.Damascenus præby. & Abb. sub Theodosio iuniore : cui manus amputata Damasci restituta est. *Vita operibus suis præfixa.*
29 Andreas Chius m̄.sub Turcis.an. MCCCLXV. Ex *Georg. Trapez.*
8 Iul. Paulus Ep.m̄. sub Copron. ob Sacr.Imag. *Cat. lib.6.* sed mihi videtur idem cum eo qui ad diem 17.Martij ponitur. Corpus Venetijs.
9 Aug. Samuel presby.Edissenus doctissimus. *Cat.lib.7.*
8 Nou. Matrona Pergensis. *Metaphr.*
27 Symeon Metaphrastes : qui Historias Mart. scripsit. *Lipom.lib.6.*
Eustathius Ep. corpus Venetijs.
Summa.Ep.XVIII. Mart. CCCCLXXI.preter plurimos in nominatos, Confess. XV.Virg. VII.Mulieres IV.

* Corbia *Corbye* op. Gall. Belg. ad Somonam flum. cum monasterio inter Ambianum,& Peronam,ab eis ad IV. M. P. Gall.dissidens, inter opp. Picardiæ non obscurum. Altera Corbia est in Saxonia, in Vuestphaliæ confinio,ad Visurgim fl.à S. Adelhardo Abb. ad Corbiæ Gallicæ similitudinem constructa, Hamelæ,Casellæ, & Padebornæ vrbibus finitima,ad V.& VI.M.P Germ.distans.

2 Ian. Adelhardus Abb.Corbiacen.sub Ludou.Pio. *Sur.Tom.1.*
23 Apr. Pusina V.mon.S.Lutrudis Soror.an.Do.DCCCXXXVI. *Mol.in Addit.*
22 Sept. Lutrudes V.mon.S.Mauritij. *Idem Mol.*

* Cor-

* Corbolium prius Iosedum, *Corbueil* op.Gall.Celt. ad Sequanam fl. vbi is Stampam amnem excipit, in Agro Parisino, à Lutetia in meridiem ad VII.M.P. Gall. distans, ubi adhuc cernitur castrum à Iulio Cæsare, vt aiunt, conditum.

* 3 Nou. Garienalus Abb. *Mol.in Addit.*

Corduba, *Cordoua* C.E. Hisp. Bæticæ antiqua ad Citeriorem Bætis ripam vbi is nauigabilis esse incipit, in planitie ex primis, & nobilioribus Hispaniæ, pontem habet ingentem Lapideum, ac templum amplissimum: quod columnæ plurimæ marmoreæ fulciunt, & distinguunt. Ea olim sub Mauris literis maximè floruit, Auicenna, Auerroe, & alijs doctissimis uiris clara, sed & Senecam doctissimum philosophum, Lucanumquè Poetam illius Magni Senecæ nepotem, & alios, qui Romæ claruerunt, protulit, nunc nobilitate præstat, & ciuium multitudine. Media inter Hispalem, & Granatum vrbes Bæticæ primarias, ab eis XXII.M.P.Hisp. distans, ab illarum parallelo in Septentriones recedens, à Toleto ad XLIX.M.P.in Austrum, seù Austrolibycum dissidens.

13 Ian. Gumesindus presby.& Seruus Dei mon. m̄. sub Mauris. An.Dom.DCCCLII.

13 Mart. Rudericus, & Salamō m̄. sub Mauris.an.D. DCCCLVII.

15 Leocritia V. m̄. sub Mauris, *de qua in Vit.S. Eulog.* Corpus Oueti.

17 Apr. Helias presby. Paulus, & Isidorus mon. m̄. sub Mauris. An.Domini DCCCLVI.

18 Perfectus, seu Præfectus presby.m̄.sub Mauris.an. Domini DCCCL.

30 Amator presby. Petrus Mon.& Ludouicus m̄. sub Mauris.An.Dom.DCCCLV.

21 Mai. Secundinus m̄. sub Diocl. *Vas.in Chron.*

3 Iun. Isaac mon.m̄.sub Mauris.An.Dom.DCCCLI.

5 Sancius Sancti Eulogij disc. m̄.sub Mauris. An. Domini DCCCLI.

7 Petrus presby.Astigitanus. Habentius, Hieremias & alij tres m̄. sub Mauris. Hi sunt Vualabonsus diac. Ilipen. Sabinianus, & Vuistremundus Astigitani, post S.Sancium passi.

13 Fādila presby.mon.m̄.sub Mauris.Ann.D. DCCCLIII,

14 Anastasius presby.Felix mon.& Digna V.m̄.sub Mauris. An.Dom.DCCCLIII.

15 Benildes fœm.m̄.sub Mauris.An.D.DCCCLIII.

26 Pelagius puer XIII.ann. m̄. sub Mauris, corpus oueti.

27 Zoilus m̄. cum alijs XIX. sub Diocl. *Thesau.Conc.Tom.2.* Corpus Carrione Comitum. *Maurol.* putat hunc eundem esse, qui Aquileiæ corpus S. Chrysogoni sepelijt, sed ille die 27.Dec. ponitur.

28 Argymon mon.m̄. sub Mauris.An.D.DCCCLVI.

11 Iul. Abundius presb.m̄ sub Mauris.An.D. DCCCLI.

16 Sisenandus Diac.m̄. sub Mauris.An.D. DCCCLI.

19 Aurea V.m̄. sub Mauris.An.D. DCCCLVI.

20 Paulus Diac.m̄. sub Mauris. An. D. DCCCLI.

25 Theodemirus mon.m̄. sub Mauris An.D.DCCCLI.
27 Georgius Diac. Felix, Aurelius, Natalia, & Liliosa m̄. sub Mauris. An. Dom. DCCCLII.
20 Aug. Leouigildus, & Christophorus Mon.m̄. sub Mauris. An. prædicto.
3 Sept. Sandalus m̄.
15 Emilas Diac. & Hierem.m̄. sub Mauris. an.D.DCCCLII.
16 Rogellus & Seruus Dei m̄. sub Mauris. An.præd.
17 Columba V.m̄. sub Mauris. An.vt sup.
19 Pomposa V.m̄. sub Mauris. An. D. DCCCLIII.
20 Eulogius presby. qui memorias Martyrum Corduben. scripsit, cum alijs multis m̄. sub Mauris. An. Domini DCCCLIX. *Thes.Conc.Tom.2.* sed in Martyrol.Rom. die 11. Martij ponitur. Corpus Oueti.
27 Adulphus, & Ioannes fratres m̄. sub Mauris. An. Domini DCCCLI.
13 Oct. Faustus, Ianuarius, & Martialis S. Marcelli Centur. filij m̄. sub Diocl. *Thes.Conc.Tom.2.*
17 Nou. Acisclus & Victoria S.Marcelli Cent. filij m̄. sub Diocl.
24 Flora, & Maria V.m̄. sub Mauris An.D. DCCCLI.
14 Iun. Felix m̄. sub Mauris.
Eurosia m̄. sub Mauris. Corpus Iaccæ. *Thes.Conc.Tom.2.*
21 Aug. Sampson Abb. An.D. DCCCXCI. *Ambros. Mor.lib.15.*
18 Nou. Acisclenus m̄. Ex *Adone*. Sed suspitio est erroris, cum Hispani Scriptores nullam huius mart. mentionem faciant.
* Isidorus senior Ep. doctissimus, sub Honorio. *Cuius meminit S.Aug.Serm.35.de Sanctis.*
Agupius Ep. etiam doctissimus: qui III.Conc. Toletano sub Recaredo Rege interfuit, & corp.S.Zoili inuenit.
S.Eulogius presby.lib.1.2.& 3. de Persecut. Arabica agit de prædictis Martyribus, ante ipsum passis, de cæteris vide *Thes. Conc.Tom.2.*

Corfinium, *Pentina, & S.Pelino* C. olim E. Pelignorum in Aprutio in planitie, per quam Aternus amnis decurrit, inter Sulmonem, & Populum, à quibus IIII. M. P. plùs minus remouetur, bello inter Samnites, & Romanos, ac inter Cæs. & Pompeium memorabilis: nunc prorsus iacens, ruderibus adhuc vrbis huius magnitudinem testantibus. Manet Ecclesia S. Pelino Ep. dicata.

28 Apr. Pamphilus Ep. Valuensis. Corpus Sulmone.
* 5 Dec. Pelinus Ep. Brundisinus m̄. sub Iuliano Apost.
7 Sebastius, & Gorgonius m̄. Socij S.Pelini. Ex *Maurol.*

Corinthus, *Coranto* C.A. Peloponesi ad Isthmū illius sita, cum arce edito loco constructa, ex primis olim totius Græciæ, quæ de primatu cum Lacedæmonijs, & Atheniensibus sæpè decertauit, non solùm armis, sed etiam literis clara, amplissima, & opulentissima: cui mons præruptus imminet. Bimaris dicta, quod inter duos sinus Corinthiacum, & Saronicū, sit constituta, à Patris in ortum supra LXXXV.M.P. recedens, à Lacedæmone in Septen. supra C. ab Argo XXV. ab Athenis ad L. distans.

Tanta

Tanta vrbs sub Turcarum Imperio valde imminuta est, retinens adhuc Archiepiscopalem sedem. Inde vina, & vuæ Venetias aduehuntur.

10 Mar. Codratus, Dionysius, Cyprianus, Anectus, Paulus, & Crescens m̄. sub Decio. *Metaphr.*

8 Apr. Dionysius Ep. sub Anton. vero, & Luc. Aur. Com. *Eus. lib.* 4.

16 Callistus, & Charisius cum alijs VII. in mare demersi. Ex *Adone.*

16 Timon vnus ex VII. Diac. Ep. I. Beroen. m̄. sub Nerone. *Hieron.*

28 Mai. Heliconis fœmina m̄. sub Gordiano. *Menol.*

3 Sept. Phœbe S. Pauli Apostoli disc. de qua in Epistola ad Rom. *Vsuard.*

4 Oct. Crispus, & Caius S. Pauli Apostoli disc. de quib. in Epistola ad Corint.

24 Nou. Alex. m̄. sub Iuliano. Ex *Martyrol. Hieron.*

28 Sosthenes S. Pauli Apostoli disc. Ep. I. Colophonius. Ex *Dorotheo.*

* Corisopitum, *Cornovvaille* C.E. Gall. Celt. maritima in Armoricis in Britannia minore: cuius olim populi Curiosolitæ apud Cæsarem dicti: inter Venetum, & Leonam, Briuati Portui finitima.

* Herueus conf. ex quo plurimi Heruei in Britania nominantur. Ex *Rob. Cenali.*

* Cornuetum, *Corneto* C.E. Hetruriæ apud oram maris Tirrheni loco edito cōstructum, aliàs, vt putatur Castrum Inui, vel Corytus dictum, sed verius recens est ex Tarquiniæ ruinis ædificatum, inter Centumcellas, & Tuscaniam, vtrinquè X. M. P. dissitum ab vrbe Roma ad XL. à Viterbio, & M. Physcone dimidio, à paucis ob aeris æstiuo tempore insalubritatem habitatum. Episcopatus eius Episcopatui M. Physconis, seù Flasconis copulatus est.

* 9 Iul. Lithardus conf. loci titubans. Ex *monum. eccles. huius.*

Corsica, olim Cirnus dicta, nunc *Corsica.* Insula maris Ligustici ingens, quæ & Tyrrheno pelago adscribitur. Sardiniæ propinqua: aqua freto VIII. aut IX. M. P. in Septentriones remouetur, figura quasi constans Ouali inter Boream, & Austrum longior. nam ab Actio prom. ad Syracusanum portum ferè CLX. M. numerantur. Inter Sagonam verò Aleriam, hoc est ab occ. in ortum vix medietas. Abest à propiore continente Hetruriæ: vbi Vada Volaterrana, ad LXV. M. Ipsa circuitur CCCL. plùs minùs M. Montes habet circa medium excelsissimos, planitiem circa litus. Vina generosa producit, oleoquè, & carnibus abundat. Linguam redolet Romanam; quod in eam Romani deportari solebant. Ea Genuensium est, Vrbes olim in ea ad XXXIII. extitisse, auctor est Plin. nunc verò, si de Episcopalibus loquimur, V. tantum, easque solo æquatas præter vnam, sunt autē, Mariana, Aleria, Nebium, Sagona, & Adiacium, quod solum restat. Præfectus Bastiæ: quod op. amplum, frequens, & egregiè munitum est, agit: Reliqua oppida mœnibus, arceque cum Genuensiū præsidio munita, sunt Fanū S. Florētij, Caluia, & Bonifaciū.

22 Mai. Iulia V. m̄. Ex *Adone.* Corpus in pago S. Repariæ, quod tamen Brixienses se habere dictitant.

Floren-

* 2 Florentius, (Ex quo nomen est oppido) & Vindemialis Ep. Capsensis, huc ex Africa tempestate delati, Corpora Taruisij. *Cat. lib.* 4. At in Martyrol. Rom. hac die ponitur Vindemialis Ep. & m̄. cũ SS. Eugenio, & Longino Ep. & m̄.

* Cortona *.n.r.* C.E. Hetruriæ antiquissima, & vna ex XII. primis Tuscorum Colonijs, à Coryto constructa, in monte præcelso subiectam vsquè ad Clanim paludem, seù flumen, spatiosam habens planitiem, inter Perusiam, à qua XXIIII. M.P. & Aretium, à quo XV. distat, occurrens, & Lacui Trasimeno vicina.

22 Feb. Margarita prius peccatrix. An. Domini MCCXCVII. Corpus eius integrum apud Min. obseruantes asseruatur. *Flos SS.*

* 21 Mar. Vgolinus Conf. Corpus ibidem. E*x Syluan. Radio.*

12 Iun. Guido Confes. Ord. Min. S. Francisci alumnus. *Agitur ibi de illo officio.* Corpus ibidem.

* Cosentia, seù Consentia *Cosenza* C.A. Brutiorum medit. ad Crathim, & Casuentum flumina, in Montis descensu, cum arce editiore loco cõstructa, Calabriæ Citer. Metropolis, haud obscura, & ex Regni Neapolitani præcipuis, à Neapoli in Cæciam ad CXLV. M. P. distans, media penè inter Tarentum, & Rhegium: à quibus abest supra XC. M.P.

* Ioachinus Ab.
* Telesphorus presbyter } *Ex lib. SS. Regni Neapol.*

Cotiæum, *Chiutaye* C.E. Phrygiæ magnæ iuxta Galatiæ confinia, citra Sangarium fl. Dorylaio, Nacoliæ, Gordo, ac Lysiadi vrbibus finitima, à Prusa in ortum supra LXXX. M.P. Secedens, à Nicæa in Eurum ad L. Vrbs nostra tempestate celebris, ac vnius Satrapæ Turcarum, qui Regioni ab hac ciuitate, tanquàm Metropoli denominatæ præest, sedes.

11 Nou. Mænnas miles Ægyptius. m̄. sub Diocl. *Metaphr.* Corpus olim Constantinopoli.

Craccouia, prius Carrodunum, vt multis videtur *CracKovv* quasi Gracchouia, seù Gracchopolis. C. E. Sarmatiæ clarissima Poloniæ minoris, atqui totius Regni Polonici Regia amplissima, in tres vrbes diuisa, ad Vistulam amnem in vlteriore ripa, populi multitudine, mercatorum numero, studiosorum, ac clericorum frequentia, celebris. Ab vrbe Roma in Aquilonem CLV. M.P. Germanicis absens, à Flauiana LXV. ab Vratislauia in ortum XXV. à Praga in ortum æstiuum ad LXII.

7 Mai. Stanislaus Ep. m̄. Iussu Bolislai Regis occ. An. Domini MCCCCLXVI. Hic mortuum ad reddendum testimonium suscitauit. *Krant. lib.* 3.

16 Aug. Hiacynthus conf. ord. Prædic. à Clemen. VIII. Pap. inter SS. relatus.

15 Oct. Heduiges Ducissa Poloniæ An. D. MCCXLIII. à Clem. IIII. Pap. inter SS. relata. *Martyrol. Crom. lib.* 7.

Hic Primus Cabilonen. Florianum m̄. qui Laureaci passus est, per errorem passum ad diem VII. Maij scribit.

Cremona, *n.r.* C.E. & Colonia in Venetorum finibus apud Insubrium confinia, Pado olim imposita, nunc ab eo paululum recedens, vrbs ampla, probè habitata populi numerositate, armis, & mercatura, cæteris

vrbis

vrbis Mediolanensis Ducatus, si Mediolanum excipias, præstans. Media inter Ticinum, & Mantuam: à quibus XL.M.P. abest, à Mediolano in ortum hibernum L. à Placentia XVIII. à Brixia in Austrum ad XXX. distans. Turrim habet omnes Italiæ turres magnitudine, ac celsitudine, excellentem.

13 Nou. Homobonus. ord. Humil. An. D. MCXXVI. Ab Inn. III. Pap. SS. numero adscriptus. *Sur. tom. 6.*

5 Mar. Eusebius Abb. S. Hieron. discip. *De quo ille in Epistola ad Palmachium.* Maurol. Siluinum Ep. ad diem 17. Feb. ponit, de quo nihil Cremonæ.

7 Mai. Albertus confess. *Ex Martyrol. Cremon.*

17 Iun. Himerius Ep. Amerinus. *Ex Martyrol. Cremon.*

1 Sept. Arealdus m̄. Ex *Tab. Eccles. Cremonen.* Corpora

7 Oct. Geroldus m̄ ibidem.

Creta, *Candia* Insula Græciæ notissima inter Ægeum, & Ionium mare, inter occ. & ortum ferè CCLXX.M.P. protensa. Lata vbi maximè vix LX. circuitu ad DC. olim maximè culta; cum C. vrbibus constaret. quarum clarissimæ, Gnossus, & Gortyna. Nunc longè pauciores habet, quarum clariores sunt, Cyteum, seù Matium, Metropolis, Cydon, Rhytimna, Chersonesus, & Padomatrium, in quibus Episcopi latini ritus sunt. Reliquæ vrbes obscuriores, seù potius pagi: quibus Græci Episcopi præsunt, à proximo Peloponnesi continente ad XLV.M.P. recedens, media quasi inter Siciliam, & Cyprũ: à quibus supra DC. M.P. remouetur, Sicilia ad occasus, Cypro in ortus vergente, à Venetijs; quibus paret, in Eurum ad M.M.P. distans.

4 Ian. Titus Ep. I. a S. Paulo Apostolo ord. *Cat. lib. 7.*

8 Aug. Myro Ep. *Menol.*

10 Oct. Pinytus Ep. *Menol.*

23 Dec. Theodulus, Saturninus, Euporus, Gelasius, Eunicianus, Zeticus, Clemenes, Agathopus, Basilides, & Euaristus, m̄. sub Decio. *Metaph.*

* Andreas Archiepiscopus. *Metaph.*

* 2 Sept. Cosmas Erem. *Cat. lib. 8.* Corpus Venetijs.

* Crispinium, *Crespin* pagus Hannoniæ cum Cœnobio diœcesis Cameracen. apud Valencenas: Condato proximè ad Honẽ fluuiolum à S. Landelino Abb. constructo. abest à Condato vix M.P. à Valencenis vix II. non longè quoquè abest Cælla S. Gisleni.

15 Iun. Landelinus Abb. *Sur. tom. 3.*

7 Apr. Albertus presbyter. *Sur. tom. 2.*

22 Iun. Domitianus Erem. qui S. Landelino ministrauit. Corpus Crispinij. *Mol. in Addit.*

27 Adelinus mon. Crispinien. Sancti Landelini discip. *Mol ibid.*

Crypta Ferrata *Grotta Ferrata* pagus Latij cum monasterio inter Tusculanum, & Villam Marianam, atquè inter Villam Luculli, & Algidum, loca proxima in via Prænestina ab vrbe Roma ad X.M.P. distans, quem locum Monachi S. Basilij quondam tenuere.

26 Sept. Nibus Abb. I. & auctor monasterij. *Cuius vita ibidem.*

11 Nou. Bartholamæus Abb. II. Socius S. Nili. *Cuius vita ibid. m. S.*

Cucu-

Cucusum, *Cogusa* C. E. Armeniæ minoris, apud Lycaoniæ, & Ciliciæ fines, Larandæ vrbi finitima, ab ea in Cæciam ad XVIII. M. P. secedens, à Comanis Cappadociæ in Meridiem ad LII. vrbs obscuri nominis, & exilio S. Ioannis Chrysostomi memorabilis.

7 Iun. Paulus Ep. Constantinopol. m̄. sub Constantio. *Metaphr.* Corpus Venetijs. in Æde S. Laurentij.

Cumæ, *Cuma* C. olim E. Campaniæ litoralis inter Vulturni flum. ostia, & Misenum M. apud Acherusiam paludem, & Lucrinum Lacum, ac Auernum, in colle, in cuius fastigio Templum Apollini Sacrum erat: quo in loco ecclesia Semidiruta adhuc visitur. Huius vrbis vel præter rudera, & Sibillæ Cumanæ specus, quod haud procul ab vrbe cernitur in saxo apud Auernum Lacum, extat, Puteolis, & Suessæ proxima, æquidistansque, cis Neapolim X. M. P.

16 Feb. Iuliana V. m̄. Nicomediæ passa, & huc translata. *Ex Adone.*

Primus Cabilonen. Abundium Ep. Comensem, vocis similitudine deceptus, Cumis adscribit.

Curia, *Coira* Italis, *Chur* Germanis, C. E. Rhetiæ ad Rhenum fl. media inter Mediolanum Italiæ, & Augustam Vindel. ab eis XXVII. M. P. Germanicis plùs minùs distans, media pene inter Lacum Larium, & Acronium, siue Brigantinum, ab Vria vrbe Heluetica in ortum hibernum supra VII. M. P. Heluetica dissita. Hic Rhetica comitia celebrari mos est.

3 Dec. Lucius Ep. I. Qui primus Britanniæ Rex Christi Domini fidem sub Eleutherio Pap. recepit. *Beda lib.* 1.

6 Mar. Fridolinus Abb. *Ex Breuiar. Curien.*

7 Aug. Florianus m̄. *Ex eodem Breuiar.* dies est Translat. cum alibi, & alio tempore, passus legatur. *Cat. lib.* 1.

6 Oct. Constans, & Alexander m̄. *Ex eodem Calend.*

* 13 Nou. Fridianus conf. *Ex dicto Calend.*

17 Florinus conf. *Ex eodem Cal.*

Nordbertus Ep. XXXV. An. D. MLXXXVII. Episcopatui cessit. *Ex tab. Democh.*

* Curta, *Buda* Italis, *Ofen* Hungaris, C. Pannoniæ Infer. ad Danubij ripam citeriorem, vrbs ampla, & totius Hungariæ caput, Regum olim sedes, vbi Turcarum satrapa cum ingenti militum præsidio moratur, ædes Regiæ cum arce ualidissima in sublimi. Media fermè inter Flauianam, à qua in ortum hibernum XXX. M. P. Germanicis declinat, & Taurodunum; Strigonio, Albaregale, & Colotia diei itinere ab ea dissitis. Quanquam Curta, non Buda, quæ Sicambria ante dicta fuit; sed *Carta* pagus ad Danubium cis Strigonium esse videtur.

27 Mar. Alexander m̄. *Hist. Miscell. lib.* 18.

28 Apr. Pollio m̄. quem primus Cabilonen. Polonium vocat, & Curtæ passum scribit.

4 Nou. Emmericus Santi Stephani Regis filius. *Ex Bonfin.*

* Cusantia, *Cusance* pagus Burgundiæ Comitatus ad Dubim flu. cum Benedictinorum Cœnobio in Vesuntina diœcesi. Palmæ oppido ad II. M. P. proximus, in via, qua Claramuallem itur, occurrens, à Visuntione V. M. P. distans.

25 Sept. Hermenfridus Abb. *Trithem.lib.3.*

Cyprus, *Cipro* Insula Syriæ notissima, inter Pamphylium, & Syriacum pelagus sita, figura oblonga inter occ.& ortum, ad CCXX.M.P.extẽsa, haud latior LXV.circa medium, angusta admodum in extremis, maximè qua vergit in ortum; circuitu DL.Creta paulò minor. à Venetijs, sub quarum fuit Imperio multo tempore, cum prius proprijs Regibus pareret, in Eurum ad MDCC. distans, ab Anemurio Ciliciæ prom. L. à proximo Syriæ continente ad LX.Vrbes illius quondam claræ, Paphos, Amathus, Salamis, & Soli. Hoc tempore clarent, Leucosia, seù, vt vulgus appellat, Nicosia Metropolis, Fama Augusta, & Paphos. Reliquæ vrbes, quæ latinos Episcopos habuerunt, sub Venetis, antequam à Turcis occuparetur, Curium, Amathus, & Ceraunia, &, quæ Græci ritus Episcopos habent, Soli, Carpasia, Arzus, Leuca.

10 Ian. Nicanor Diac. vnus ex VII. primis. m̃. sub Vispasiano. *Doroth.*

9 Feb. Ammonius, & Alexan.m̃. in Solis *Vsuard.Cat.lib.3.* Ammonium Confes.facit.S. Athanasij synchronum, qui ne Episcopus fieret, aurem sibi præcidit, sed hic videtur alius ab illo.

20 Pothamius, & Nemesius m̃. *Vsuard.*

6 Mar. Conon m̃.sub Decio. *Menol.*

6 Mai. Theodotus Ep.Cyriniæ, seù Cerauniæ. *Menol.* Ab alijs ad diem 19.Ianuarij ponitur.

Epiphanius Ep. Salaminius, seù Constantien. sub Theodosio.Sanctus Ioan.Chrysost.Synchr. *Hieron.de script. eccles.*

11 Iun. Barnabas vnus ex LXXII. discip. postea Apostolus m̃. Salamine. *Metaphr.* Ep.I. Mediolanen. *Ex antiqua eccles.illius tradit.*

13 Triphyllus Ep.Ledren. S. Spiridionis synchr. sub Constantio. *Sozom.lib.5.*

29 Maria mater Ioannis, qui Marcus Cognom.est, S. Barnabæ Comitis. *Sur.tom.3.*

12 Iul. Iason, vnus ex LXXII. disc.Ep. Tarsen. *Ex Doroth. in Synop.*

22 Theophilus prætor m̃. sub Arabibus An. Domini DCCLXXXIV. *Hist.Miscell.*

20 Aug. Lucius Senator m̃. à S. Theodoto Episcopo Cyrinien. Conuersus. *Menol.*

21 Sept. Isacius Ep.m̃. *Menol.*

Item Miletius Ep. *Menol.*

21 Oct. Hilarion Ab. *Vita apud S.Hieron.*

8 Dec. Sophronius Ep. *Menol.*

14 Spiridion Ep. Tremithuntis. qui Concil. Nicæno interfuit. *Metaphr.*

Cyrene, *Corene* C. olim A. Cyrenaicæ medit. præcipua; ex qua regioni nomen est, apud Phycunthem prom. Apolloniæ C. proxima, à litore XI.M.P.recedens, à Ptolemaide vrbe eiusdem regionis, in ortum ad LXXXV.M.ab Alexandria verò Ægypti supra CXC.in occasum recedens,

M

dens, olim maxima, & clarissima, ex quo verò sub Arabibus, & Turcis est, obscura, ac potius pagi, quàm vrbis speciem præseferens.

29 Apr. Agapius & Secundinus Ep. m̄. sub Valeriano vnà cum Aemiliano milite, Tertulla & Antonina V. Nicæo Episcopo, Domno Philipponio & Lacatio m̄. *Ex Beda Martyrol.*

6 Mai. Lucius unus ex LXXII. disc. Ep. I. Cyrenen. *Ex Hieron.*

4 Iul. Theodorus Ep. m̄. sub Diocl. *Menol.*

5 Cyrilla m̄. sub Diocl. *Menol.*

Cyrinia, quæ & Ceraunia, *Cerines* C. E. Cypri maritima in ora boreali, Ledrensi C. seù Leucosiæ proxima, ab ea in Septentriones ad XII. M.P. recedens, exiguum, sed satis tutum portum habet, ipsa circa medium oræ prædictæ consistens.

6 Mai. Theodotus Ep. *Menol.*

Cyrrhum, *Caron* C. E. Syriæ medit. regionis Cyrrhesticæ caput, ac quondam celebris Antiochiæ, & Berrhœæ: à qua XL. M.P. plùs minùs abest, finitima, & Apameæ, à Hierapoli: quæ hac tempestate totius Syriæ clarissima est, & maxima, in meridiem paulò magis recedens.

2 Nou. Marcianus Confes. sub Theophilo Imperat. *Ex vita dicti Imp.*

* Theodoretus Ep. doctissimus. Eutychianæ hæresis impugnator acerrimus sub Leone Magno Pap. Quem falsò Xistus Senen. auctor Sacræ Bibliothecæ episcopum Cyropolis facit.

* Theodorus Ep. doctissimus: *de qua Gennad. in lib. de vir. Illust.* Sed hic idem est cum Theodoreto.

* Cyteum *Candia* C. A. & Metropolis Cretæ Insulæ supra descriptæ, in ora Septentrionali circa medium, vrbs munitissima, montibus cincta, portuque tutissimo prædita: vbi Insulæ totius præfectus ius dicit. Ibi etiam Classis cum valido Venetorum præsidio aduersus Turcas. Sunt qui hanc vrbem Matium dici putent apud veteres, Cyteum verò eam esse, quæ nunc *Setia* vocatur, quibus situs apud Ptolem. repugnare videtur.

3 Ian. Theogenes m̄. sub Licinio. *Ex Primo Cabilon.* Sed hic in Hellesponto passus scribitur, non in Creta, vnà cum Cyrino, & Primo.

Isidorus Ep. *Ex eodem.*

Cyzicus, *Chizico* & *Spiga* C. E. antiquissima Mysiæ minoris ad Hellespontum, & Propōtidē, inter ostia Rhyndaci, & Esapi fluminum, instar Insulæ Continenti ponte coniuncta, olim clara, marmoreque candido nob. à M. Ida ad XXIIII. M.P. distans, media inter Apameam, & vrbem Bithyniæ, & Lampsacum, eiusdem oræ.

3 Ian. Cyrinus, Primus, & Theogenes m̄. sub Licinio. *Metaph.*

31 Triphenes fœmin. m̄. sub Dioclet. & Maximiano. *Menolog.*

8 Aug. Æmilianus Ep. Exul sub Leone Conomacho ob Sacr. Imag. *Menol.*

17 Myro presbyter m̄. sub Decio. Taumathurgus cognom. *Menol.*

20 Sept.

20 Sept. Fausta V.& Euilasius m̄.sub Maximiano. *Metaphr.*
23 Nou. Sisinius m̄.sub Dioclet. quem alij Ep. scribunt. *Menol.*
* Ammonius m̄. *de quo in passione S.Isidori.*
* Ascholius Ep. *de quo in vita S. Parthenij Episcopi Lampsaceni.*

D

DAcia, Regio Europæ, Danubio, Tibisco amnibus, ac Carpathis M. Comprehensa. Danubius eam à Mysia vtraque diuidit, Tibiscus à Iazibus, siue Hungaria Transdanubiana. Montes Carpathi à Sarmatia, maximè à Rhutenis. Eã Alutha fl. per mediũ quasi secat. Hierasus partim Orientalem irrigat. Marysius partem occiduam. Nomen vnum hodie haud habet, sed pars eis Alutha *Transiluania* vocatur, reliqua *Valacchia*, quæ & subdiuiditur in Valacchiam propriè, & Moldauiam, in boream vergentem.

7 Ian. Nicetus Ep. SS. Paulini, & Hieronymi Synchr.

Damascus, *Damascho*, *Scham* Turcicè, C. olim A. sub Christianis Principibus Syriæ totius clarissima, & antiquissima. Chryorhoa fluuio irrigata, in amœnissima planitie Sita, mira hortorum varietate, & fœcunditate prædita, sub Libani M. initium. Vrbs ingens, & opulenta, magno mercatorum numero constans, vbi totius prouinciæ Satrapæ sedes est, ex præcipuis Imperij Turcici. Media ferè inter Hierapolim, & Hierosolymam, à qua XL. M. P. Germanicis, in Septentriones, & Cæciam recedit.

25 Ian. Ananias, vnus ex LXXII. disc. qui Paulum Apost. baptizauit, m̄. Ep. I. *Ex Doroth. Synop.*
14 Mai. Victor, & Corona m̄. sub Antonino. *Metaphr.*
2 Iul. Sabinus, Iulianus, Maximus, Macrobius, Cassia, & Paula, cum alijs X. m̄. *Ado.*
25 Sept. Paulus, Tatta vxor, Sabinianus, Maximus, Rufus, & Eugenius filij m̄. *Menol.* Gales. hos passos in Græcia scribit, quod cum locum ignorat, alibi sæpe facit.
4 Oct. Petrus Ep. m̄. sub Saracenis. An. D. DCCXLV. *Porphyrog. hist. Micell lib. 22.*
Hic videtur idem cum illo, qui ad diem 21. Feb. positus est.
1 Nou. Cæsarius, Dacius, & alij quinque m̄. *Menol.*
29 Ioannes presb. Damascenus doctissimus, sub Leone Isaurico. *vita operibus illius præfixa.* In Martyrol. emendato nuper sub die 6. Maij ponitur.

Dania, *Dannimarch* Regio, & Peninsula Germaniæ, inter Oceanum Britannicum, & Balticum mari excurrens Cimbrica Chersonesus Antiquis dicta, cuius Isthmus inter Hamburgum, & Lubecam nobilissimas vrbes, & Emporia, ad X. M. P. Germanica extenditur. Longa inter meridiem, & Septentriones LXXX. Lata, vbi maximè, ad XX. In plures regiones diuisa, Holsatiam: cui ad occ. Dithmarsia adiacet, Ducatum

Sleuicensem, & Iutiam. Eius vrbes clariores, Slesuicum, Flesbungum Ripa, Arhusia, Viburgia, & Vesista. Quànquàm nomem Daniæ latius patet, nam & Scandiam, Fioniam, & Silandiam proximas insulas, quarum vrbes primariæ, Lundis, Roschildia, & Otonium, amplectitur.

7 Ian. Canutus Rex m̃. An. D. MLXXX. sub Greg. VII. Pap. Canutus alter Dux Sleuicen. m̃. ab Alex. III. Pap. SS. numero adscriptus. *Ex Sax. Gram. lib. 13.*

6 Apr. Vuilhelmus Abb. Roschildē. An. D. MCCXX. *Sur. tom. 2.* Gales. pro Dania scribit Dacia.

* Poppo Ep. I. Archusien. sub Suenone Rege. *Ex Sax. Gram.*

* Vuilhelmus Ep. sub Suenone Rege. Mihi videtur idem cum superiore; qui prius Abb. fuerit, postea Ep.

Dauentria, *Devventer* C.E. Transiselanæ Prouinciæ in Germania infer. primaria, ad Fossæ Drusianæ Citeriorem ripam. Inter Zutphenum, & Campenam, à qua in Austrũ V.M. P. Belgius abest, à Zutheno in Boreā II. Vrbs satis ampla, permunita, nobilis, ac ciuium multitudine fulgēs, à Nouiomago Geldriæ Capite in Aquilonem ad VI. M. P. recedens.

14 Iul. Marcellinus presbyt. *Ex Mol. Addit.*

12 Nou. Lebuinus Anglus presbyter. S. Bonifacij episcopi Magũtini Synchr. S. Vuillebrordi episcopi disci. qui Transiselanis prædicauit. *Sur. tom. 7.*

29 Radbodus Ep. Traiecten. XIIII. An. D. DCCCCXVII. *Sur. tom. 6.*

Delphi, *Delft* C. Batauorum in Hollandia elegantissima ob uiarum rectitudinem, & ædificiorum pulchritudinem, forma quasi quadrata constans, ex præcipuis Prouinciæ vrbibus, apud Hagam pagum maximũ: in quo Principes degere solebant, à Traiecto inferiore in Arctos X. M. P. Belgicis distans, à Dordraco vrbe primaria VI. ab Harlemo, & Amsterodamo maximis vrbibus VIII. Lugduno Batauorum ad III. M. proxima.

17 Mar. Gertrudes V. ord. Prædic. An. D. MCCCXL. *Sur. tom. 7.* Ex qua vrbs Hollandica in Brabantiæ confinio *S. Gertrudenberg* nominata.

Dertona, & Derton, quæ & Terdona, *Tortona* C.E. Liguriæ antiquissima apud Iriam flumen, & M. Apennini radices. Romanorũ Colonia quondam clara, & ampla, vti rudera testantur inter prædicti M. Colles, & flumem sparsa, à Friderico Imp. vastata, numquam pristino splendori potuit restitui. Multa ibi SS. Corpora, & diœcesis illius longè lateque patet. Media est inter Placentiam, & Genuam, XL. M. P. ab illis dissidens, à Ticino in Meridiem XXV. ab Alexandria in ortum X. M. recedens.

27 Mar. Martianus Ep. I. m̃. sub Traiano. Ex *vita S. Secundi* m̃. sub die 6. Mar. in Martyrol. Rom. emend.

17 Apr. Innocentius Ep.
19 Ian. Ammonius Ep.
16 Mar. Eribertus Ep.
1 Sept. Terentianus Ep. m̃.
Ex Tab. Ecclesiæ Dertonen.

Dia, *Die* C.E. Allobrogum, seù Delphinatus antiqua quæ regio Galliæ Narbonen. pars est, ad Dromam fluuiolum inter Vapincum, & Valentiam

tiam eiusdē tractus vrbes, à quibus vix diei itinere dissidet, olim maior cu ius episcopatus Valentino copulatus est.

9 Apr. Marcellus Ep. *Turonen.lib.de Gloria confess.cap.30.*

* 7 Sept. Stephanus Carthusianus Ep. S. Bernardi Abb. Synchro. *Sur.Tom.2.*

* Diospolis, C. E. Ægypti ad citer. Nili flum. ripam: gemina, Magna, quæ & Thebæ, vrbs quondam amplissima; quæ C. constabat portis inferioris Ægypti; quæ Thebais dicta est, caput, inter Syenem postremam Ægypti urbem, & Copton Emporium, quo indicæ merces ex sinu Arabico terra aduehebantur, à Syene in boream ad CL. M. P. distans, à Babylone in Austrum CCCC. fermè. Cuius vrbis rudera latè sparsa apud Nilum cernuntur, manent ad CCC. ædes è regione veteris vrbis, duratque Thebarum nomen, si Io.Leoni Africano fides est. Altera, quæ parua cognominatur, a Magna in Septentriones supra LXXX.M.P. recedit. Abydo proxima, eaque *Murifia* dici videtur, inter vrbes Aegyptias huius temporis haud obscura.

15 Ian. Macharius Abb. S.Antonij disc. *Cat.lib.2.*
Item Isidorus Abb. M.Monachorum pater. Sancti Moysis Abb. Sancti Antonii disc. Synchrou. *Hieron. in vita Patr.*

25 Febr. Victorinus, Nicephorus, Claudianus, Dioscorus, & Papias m̄. sub Humer. *Cat.lib.4.* Gales. Victorem & Serapionem addit.

* 29 Nou. Amos Abb. S. Antonij disc. *Ex primo Cabilonen.* Alij Nitriæ illum attribuunt.

Diuionum, & Diuio, *Digion*, seù *Dyion* C. Gall. Celt. hac tempestate Burgundiæ Duc. primaria, siuè Metrop. licet episcopali careat sede, ædium elegantia, multitudine ciuium, mœnium, ac arcis firmitate, cæteris præstans, maximè verò, quod ibi totius regionis Senatus est, Regijquè præfecti sedes. Inter Augustodunum, & Vesuntionem, à quo in Eurum ad XIIII.M.P. Gallica distat. Media inter Lugdunum, & Trecas, à Lugduno in Septent. XXXV. M. à Lutetia Parisiorum duplo interuallo dissita.

1 Nou. Benignus presby. à S.Polycarpo Ep.Smyrnen. eo ad prædicandum missus, m̄. sub Aurel. *Turon.de Glo.Mart.c.1.*

* 9 Ian. Paschasia V. *Turon.de Glor.conf.cap.23.*

* 15 Mart. Tranquillus Ep. *Idem de Glor.conf.cap.44.*

Dola, *Dol* C. E. Gall.Celt. in Britannia minore, inter Rhedonam, & Maclouium, (quarum vrbium populi Gallica lingua vtuntur.) Dinanto Emporio op. quod in illius diœcesi situm est, finitima. Sunt, qui hanc vrbem aliarum Metropolim scribant: cum tamen vrbē Turonensem harum, & finitimarum ciuitatum Metropolim esse non ignoremus.

Est altera in Sequanis Dola, vrbs clarissima, & egregie munita, ad Dubim flu. Burgundiæ com. caput. Academia, & Senatus, inter Vesuntionem, & Diuionen. sed episcopali dignitate caret.

28 Iul. Sampson Ep.I.Dolensis. An.D. DC. *Ex Roberto Cenali.*

24 Oct. Maglorius Ep.S.Sampsonis succ. *Sur.Tom.5.*

4 Nou. Lusor puer. *Turon.de Glor.conf.cap.92.* Non Dolæ C. Britanica, sed Dolæ pago Bituricensi.

* Dono-

* Dononium, *Denaing* Pagus Hannoniæ cum Virginum monasterio inter Valencenas vrbem, & Buchanium op. Cameracensis Diœcesis, à Valencenis II. M. P. Belgicis dissitus.

* 29 Apr. Aua V. Abb. II. S. Aldeberti Com. & S. Reginæ filia & Noptis Pipini Regis. *Mol. in Addit.*

* 8 Oct. Ragenfredes V. & I. Abb. Dononien. *Ex eodem Mol.*

Dorcestria, *Dorchester* C. E. Albionis, cuius populi Durotriges olim dicti, ipsa verò prius Dunium dicta putatur, in Angliæ, & Cornubiæ confinio. inter Sarisberiam, & Exonium, quasi media. Schireburnæ, & Vellensi C. propior, à Londinio in occ. hibernum, supra C X X. M. P. cuius Episcopatus in Vuintoniensem, & Schireburnensem, superiorib. annis distributus fuit.

3 Dec. Birinus Ep. I. sub Honorio Pap. An. D. DCL. Corpus Vuintoniæ. *Bed. lib. 3. Hist.*

* Heddus Ep. circa Ann. D. DCCIIII. *Trithen. lib. 4.*

Dorostorum, quæ & Durostorum, C. olim E. Mysiæ inferioris iuxta Danubium, inter Oescum Triballorum caput, & Axium: à quo XXXVI. M. P. aberat. Dinogetiæ quoque finitima. Cuius hodie nihil extat. Sunt, qui *Dristam* dici velint: sed *Drista* Tirista est Ptol.

27 Mai. Iulius m̄. sub Alex. *Cat. lib. 5.*

25 Pasicrates, Valentio, & alij duo m̄. *Ex actis S. Iulij.*

15 Iun. Hesychius m̄. *Ex passione S. Iulij.*

18 Iul. Æmilianus m̄. sub Iuliano. *Menol.*

20 Nou. Dasius Ep. m̄. sub Diocl. *Menol.*

* Drepanum, *Trapani* C. Siciliæ maritima optimè munita, portu tutissimo prædita, ipsa in Isthmo constructa, mari penè circunfluo, & litore falcato; vnde nomen vrbi inditum, media quasi inter Lilybæum, & Ægytharsum prom. hinc, inde ad XVIII. M. P. distans, à Panormo in Africũ ad L. non longe Drepanum alterum op. in monte.

7 Aug. Albertus Carmelita. An. Domini MCCXCII. Corpus ibi. *Sur. Tom. 4.*

* Drocum, *Dreux* op. Gall. Celt. antiqua Druydum sedes. Diœcesis Carnutensis, ad Auduram fl. in Sequanam influentem, inter Carnutensem, & Ebroicensem C. medium, à Carnuto in Boream VIII. M. P., Gall. à Lutetia Parisiorum in circium duplo recedens. Ex præcipuis opp. eius tractus. Comitatus titulo decoratum.

* 19 Ian. Launomarus Abb. Corbionen. *Sur. Tom. 1.* in pago Drocassino. *Cat. lib. 3.* Abb. Carnuten. facit; Alij Turbionensem non sine errore, S. Medardi Ep. Synchr.

Dryzipara, seu Drusipara. *Misini* C. E. Thraciæ medit. Bergulæ finitima, in via, quæ Hadrianopoli Byzantium ducit, occurrens, à Byzantio in occ. ferè C. M. P. recedens, ab Hadrianopoli bidui itinere, Heracliȩ propior, ea nunc magis vicus, quàm vrbs esse videtur.

27 Mart. Alex. miles m̄. sub Maximiano. *Metaphr.*

* Duacum, *Dovvay* C. Gall. Belg. Aduaticorum, à quibus nomen Duacum deriuatum est, sedes, ad Scarpum flumen, media inter Cameracum, & Tornacum, à quibus ad VIII. M. P. Belgica distat: quot ferè ab Atrebato Valencenis, & Insula, inter Flandriæ vrbes Academia, & mercimonio clara, figura penè ouali.

6 Iun.

6 Iun. Maurontus Abb.S.Rictrudis filius,huius vrbis patronus. Obijt Marcianis An.Domini. DCCI. *Vita ibidem nu.* 5. Alii Mauronitium appellant, & ad S. diem Maij referunt.

* 13 Mai. Onesimus Ep.Suessionen. *Molan in Addit.* Miror Gales. scribere Duacum apud Suessiones, cum apud Atrebates sit.

16 Oct. Gurdiellus, seu Gordianus alijs, Erem. *Mol.in Addit.*

Dublinum, *Dublyn* C.A.Hiberniæ ad Modonum flu.non modo Laginię, sed totius Insulæ clarissima: vbi Anglici præfecti Regij sedes esse solet. (est enim Insula hæc Anglorum Regi subiecta.) Hic ædium structura elegantior, hic mores populi suauiores. Media inter Armacam in Septent.& Vuaterfordiam in Austrum,ad LX.M.P.distantem,oræ litorali propinqua.Eblana Antiquis dicta.

1 Iul. Rumoldus Ep.m̄. apud op.S.Trudonis,vel vt alij scribūt Machliniæ in Brabantia.S.Theodorici Abb.Trudonē. Synchr. *Sur.Tom.* 5.*&* 7.

14 Nou. Laurentius Ep. prius Glindalacen. ab Hon. III. Pap. An. MCCXXVI. in Diuos relatus. *Sur.Tom.*6.

* Dumium, C. olim E.Hispan.in Calaicis apud Bræcaram C. metropolitanam,quæ ab Arabibus desolata,episcopatus Bræcarensi iunctus est;manet ibi monasterium.

* 20 Mart. Martinus Ep.I.Dumien.An. D. DLXXX. corpus Bræcaræ. *Ambros.Moral.lib.*11.*Hist.*

* Dunelmum, *Derasme* C. E. Albionis Northumbriæ caput,apud Angliæ, & Scotiæ fines,ad Veram fluuium haud procul ab ora litorea Orientali,media inter Eboracum Metropolim: à qua in Arctos ad L.M.P. recedit,& Beruicum extremum Angliæ op.

27 Mai. Beda presb.Cātabrigiē.doctissimus.an.D.DCCXXXIX. *Trithem.lib.*3.

* Dunum, *Dovvne* C. E. Hiberniæ ad Bunnam flu. Sub Armaca Metropoli,haud procul à litore ortiuo ab Armaca in Septentriones distans ad L.M.P.Tuamæ propior. Vbi S. Malachias episcopus fuit.

3 Nou. Malachias Ep.prius Armacanus. *Sur.Tom.*6.

* Dunum alterum, *Dun* seū *Chasteaudun.* Op. Gall. Celt. in finibus Carnutum,Dunensis Comitatus,inter Carnutum,& Aureliam extensi caput, Aureliæ propius,vbi monasterium,& Abbatia,a Carnuto XIII. M. P. Gallicis distans,à Vindocino in ortum XI.

17 Iun. Auitus presby.Abb.Dunen. sub Childeberto Rege. Corpus pars Aureliæ,pars Duni,maxima deuotione asseruatur. *Turon.de Glor.confess.cap.*29.

Dyrrhachium,antea Epidamnus, *Durazzo*, C. A. Macedoniæ in ora maris Ionij, apud Panyassi flum. ostia, vrbs memoratissima, nostra etiam tempestate clara,egregiè munita,sub Imp.Turcarum,inter Lixum,& Apolloniam. A Brundisio vrbi Italica in ortus ad CCXX.M.P. à Thessalonica vrbe clarissima,& maxima,ad Sinum Thermaicum CXXXV. distat, tanta est Macedoniæ inter has vrbes, ac inter duo Maria Ioniū, & Ægæum longitudo.

7 Iul. Astius Ep.m̄. sub Traiano.

Item

Itē Peregrinus, Lucianus, Pompeius, Hisychius, Papius Saturninus, & Germanus m̄. sub eodem. *Galeſ.* Omittit Aſtium.

* 15 Mai. Cæſar vnus ex LXXII. diſc. Ep. I. *Ex Doroth. in Synop.* cuius fit mentio in epiſt. ad Philippen.

E

* Ebolum, *Eboli,* op. Picentinorum in principatu citeriore Salerno proximata, apud Silarum fl. inter regionis oppida primaria non infimum, ac vrbibus multis pręferendum.

* 16 Oct. Bernerius ſolitarius. Corpus an. MDLIIII. inuētum fuit. *extat vita, & officium m. ſ. apud Ebolitanos.*

Ebora, quæ & Ebura, *Eubra* C. A. Hiſp. Luſitaniæ minime obſcura, inter Regni Portugallici vrbes, primum ſibi poſt Vlyſſiponem vendicans locum, in planitie, forma quaſi circulari, apud colles, & Callipodis amnis ortum. Ædes ſacras habet elegantes, & Academiam. In via, quæ Vlyſſiponi, à qua XXII. M. P. Hiſp. recedit, Hiſpalim ducit, occurrens, à Pace Iulia in Arctos XI. M. P. diſtans, paulò remotior à Pace Auguſta.

15 Mai. Mancius m̄. circa An. Domini. C. *Theſau. Conc. Tom. 2.* Corpus Villænouæ in diœceſi apud Pacem Iuliam.

Eboracum, *YorcK* C. A. Albionis, altera Angliæ Metropolis ad Abum flumen, Eboracēſis Ducatus ampliſſimi, & nobiliſſimi caput, inter Lincolniam, & Dunelmum, à Londinio in Septentriones ad CL. M. P. Anglica diſſidens, quot ferè in aduerſam plagam ab Edimburgo Scotię Regia remouetur vrbs quondam clarior. Conſtantini Magni natalibus, ac multorum Regum ſede decorata.

24 Apr. Egbertus Ep. à S. Suuithberto conſecratus. *Sur. in eius vita.*

7 Mai. Ioannes Ep. Ann. Domini. DCCXXI. *Bed. lib. 5. Hiſt.*

10 Oct. Paulinus Ep. II. S. Gregorij Magni diſc. *Bed. lib. 2.* Corpus Roffæ.

12 Vualfridus Ep. V. ſub Agathone Pap. *Bed. lib. 5.*

10 Nou. Iuſtus Ep. I. à S. Greg. Magno cùm Auguſtino, & Melleto in Angliam miſſus. *Bed. lib. 2.*

20 Eadmundus Rex Angliæ m̄. *Sur. Tom. 6.*

* 28 Feb. Oſuualdus Ep. primum Vigornien. deinde Eboracen. XIX. An. Dom. DCCCCLXXX. circiter. *Trithem. lib. 4.* Galeſ. Gandum Ep. Ebroicenſem. Eboraci adſcribit ſub die 31. Ianuarij.

* 9 Mai. Ioannes Ep. S. Vualfridi ſucc. *Bed. lib. 5.*

Ebredunum, *Ambrum* C. A. Gall. Narbonen. in Allobrogibus, intra Alpes Maritimas ad Durantium flumen ſuper Saxo in valle, montibus altis cincta, conſtructo, non admodum ampla, at antiqua, & difficilis expugnatu. Superioribus annis ab Hęreticis Gallis capta, templum, quod erat auguſtiſſimum, prophanatum, deprędati ſunt, ſublatis ornamentis, vaſis, & ſacris imaginibus. Ea inter Vapincum, & Segeſteronē, proximas vrbes itinere diei diſſitas, poſita eſt, à Taurino ſupra C. M. P. recedens. ab Auenione, vix C.

22 Ian. Vincentius, Orontius, & Victor m̄. ſub Diocl. *Ex Adon.*

20 Apr.

20 Apr. Marcellinus Afer Ep.I. vnà cum Vincentio, & Domino Socijs. ſub Conſtantio Imp. *Cat.lib.4.*

Ebroicæ,& Ebroica, *Eureux* C. E. Gall. Celt. antiqua, inter Normandiæ vrbes non obſcura, ad Auduram amnè ex finibus Carnutum in Sequanam labentem,inter Drocum,& Rothomagum Regionis Metropolim. à qua in Auſtrum ad X.M.P. Gallica diſſidet. à Lutetia Pariſiorum in Circium ſupra XX.Populi Eburouices apud Cæſ.dicti,à quibus Ebroicæ ciuitas.

21 Iun. Leutifridus Abb. ſub Iuſtiniano Imperat. *Catalog. lib.5.*

29 Iul. Gulielmus Ep.An. D.MCCXLI. ab Innoc. IIII. Pap. inter SS.relatus. *Sur.tom.4.*

11 Aug. Taurinus Ep.I. à beato Clemente Pap. ordinatus. *Catal. lib.5.*

19 Oct. Aquilinus Ep.S.Æterni ſucc. ſub Clodoueo. *Sur.tom.5.* Æternus Ep.de quo in vita S.Aquilini.

31 Ian. Gandus Ep. *Ex Tab. eccleſ.* quem Galeſ. falsò Eboraco vrbi Anglicanæ attribuit.

* Paulinus. Qui Ebroicenſes ad Chriſti fidem conuertit. cui etiam Fanum extat in ciuitate dicatum. *Ex Rob. Cœnali lib.2.Perioche 4.*

* Ecbatana, *Tauris*, C.Mediæ nobiliſſima,ac antiquiſſima,Sedes Regum, Perſarum quoquè poſtremis temporibus , antequam à Turcis occuparetur,Regia ad Stratonem fl.in planitie: ampliſſima, Mercatorum,& populi frequentia;ac opibus inter primas totius Orientes vrbes , nunc ibi firmiſſimum Turcarum præſidium,arce validiſſima conſtructa. Diſtat à Byzantio,in ortum hibernum ad MCCCC.M.P.Imperij Turcici Limes ad ortum.

* 22 Feb. Docitheus mon. *de quo* Doroth. *lib.1.* Miror hic Galeſinum ſcribentem ſub die 11.Octob.Nicaſium,Ep.Quirinum presbyterum,Scubiculum diac. & Pientiam V. paſſos eſſe Ecbatanis in Media , cum luce meridiana clarius ſit eos in Gallia pago Vilcaſſino diœc Rothomagen.paſſos fuiſſe.

* Edemburgum, antea Alata Caſtra , *Edimburg* C. Albionis, Scotiæ Regia clariſſima apud Fortheæ fluminis oſtia , iuxta citeriorem ripam , Rupi præceſſæ,& præcipiti impoſita:cui mons ab occaſu imminet, expugnatu difficilis: quod ad eam ob anguſtiam viam aſcenſus difficillimus ſit, ab Anglis ſæpius incaſſum tentata . Arcem habet firmiſſimam : quam Caſtrum puellarum dicunt.diſtat à Londinio Anglorum Regia ſupra CCC.M.P.in Septentriones.

10 Ian. Margarita Regina. *Sur.tom.3.*

Edeſſa, *Rhoais*, ſeù *Rhaſi*, C. A. Meſopotamiæ antiqua, & nobiliſſima, vltra Euphratem fl. XII. M. P. quot à Samoſatis vrbe Syriæ, quæ Caput erat Comagenes , abeſt , à Melitene vrbe Armeniæ minoris primaria , in Auſtrum ad XCV. M. recedens, inter Germaniciam Syriæ, & Carrhas vrbem eiuſdem Prouinciæ, vtrinquè bidui itinere diſſita , olim primaria, hodiè verò ſolo ferè æquata.

N 29 Ian.

29 Ian. Sarbellius, & Barbea soror m̄. sub Traiano. *Menol.*
30 Barsimæus Ep. m̄. sub eodem. *Menol.*
Item Barsam Ep. sub Valente Imp. *Theodoreto. lib. 4.*
1 Feb. Ephrem Diac. sub Valente Imp. *Metaphr.*
5 Mai. Eulogius Ep. S. Barsæm succ. *Theodor. lib. 4.*
20 Thalalæus, Asterius, Alexander & Soc. m̄. sub Numero. *Menol.*
9 Iun. Iulianus mon. *Sozom. lib. 5.*
21 Aug. Bassa mater, Theogonius, Agapius, & Fedelis filij m̄. sub Maximiano. *Menol.*
15 Nou. Gurias, & Samonas m̄. sub Diocl. *Metaphr.*
Item Abibus diac. m̄. sub Licinio. *Metaphr.*
2 Dec. Nonnus Ep. qui Pilagiam pœnitentem conuertit. *Niceph. lib. 14.*

* Egmunda, *Egmont* pagus Batauorum in Hollandia Comit. titulo decoratus; ab Harlemo C. in Arctos. IIII. M. P. Belg. recedens, apud oram Oceani Germanici, Alchmariȩ proximus. Vbi Cœnobium diues antequam ab Hæreticis euerteretur.
25 Iun. Adelbertus diac. S. Vuillibrordi episcopi disc. sub Pipino Rege. *Sur. tom. 5.*
* 17 Aug. Hiero Scotus presbyter m̄. An. D. DCCCLVI. *Molog. in Addit.*

* Eica, *EycK* Pagus Germ. infer. ad Mosam fl. in Geldriæ, & Leodien. Episcopatus confinio, propè Masacum op. cis Ruremundam C. Geldricá, ad III. M. P. Belgica, in Austrum recedens, vbi Virginum Cœnobium.
* 12 Oct. Harlindes V. Abb. I. Eicensis. *Ex Mol. Ind.*

Eistetum, prius, Aureatum, *Eubstatt*, & *Eystett* C. E. Germ. Magnæ in Bauaria Transdanubiana ad Alemannum fl. qui in Danubium labitur, media penè inter Augustam Vindel. & Nerobergam: à quibus ad X. M. P. Germanica dissidet: Ingolstadio ad III. M. proxima: non procul veteris Aureati ruinis apparētibus. Abest & à Ratispona in occ. ad VIII. M. paulò vt plùs.
7 Iul. Vuillebaldus Ep. I. à S. Bonifacio Episcopo Moguntino ordin. *Sur. tom. 4.*
1 Mai. Vualburga V. Abb. Heidenheimen. S. Richardi Regis filia, ac S. Vuillebaldi Soror. Quam tamen Gales. falsò Sororem S. Bonifacij scribit. *Sur. tom. 5.*
7 Iun. Deocarus Abb. Heydenheimen. apud Eistetum. Corpus Nerobergæ. *Trithem. lib. 3.*
* 3 Dec. Solas, seù sola Eremita frater SS. Vuillebaldi, & Vuinebaldi. Ex *Breuiar. Tistettensi.*
18 Vuinibaldus Abb. I. Heidenheimen. Sancti Vuillibaldi frater. à S. Bonifacio Episcopo Moguntino ord. *Trithem. lib. 3.*

Eleutheropolis, *Hebron*, C. E. Palæstinæ, apud Scregam fluuiolum in mare apud Ascalonem labentem, inter Hieresolymam, & Ascalonem, quasi diei itinere vtrinquè dissita, à Diospoli, seù Lydda in Austrum ad XVIII. M. P. recedens, à Bethlhem XV. Ea nunc iacet, ex illius ruinis noua non longè Hebron constructa.

17 Dec.

17 Dec. Florianus, Calanicus, & Socij LVIII. m̄. sub Saracenis Heraclio Imp. Ex *Adone.*

Eliberis, & Eliberi, quod & Illiberis, *Eluira* C. olim A. Hisp. Bæticæ: cuius adhuc vestigia apud Granatū vrbē clarissimam Regiam, & Metropolim, ex illius reliquijs constructa, & auctā, quæ illi in Metropolitana dignitate successit, in colle monstrantur ab ipsa vrbe Granatensi, in qua vna ex portis nomen Eliberis adhuc retinet, ad II. M. P. distantia.

16 Apr. Cæcilius Ep. I. vnus ex VII. Apost. disc. in Hispanias missis. Ex *Chron. Hisp.* In Rom. sub dies 15. Maij.

24 Gregorius Ep. Ex *Moral. lib.* 10. *& alijs.*

* Elge, *Ely* C. E. Albionis in Angliæ Orientalis Regno, intra Idumanium amnem circunfluum quasi Insula. Cantabrigiæ urbi, sub cuius Comitatu comprehenditur, proxima, inter Londinium Regiam, à qua in Aquilonem bidui fermè itinere distat, & Lincolniam.

22 Iun. Edeltrudes Regina V. & Abb. *Bed. de Gest. Angl. lib.* 2.

Ebba Abb. Sanctæ Edeltrudis amita. *Sur. tom.* 3.

6 Iul. Sexburga Abb. Sanctę Edeltrudis Soror. An. D. DCLXX. *Beda.*

* 8 Vireburga V. mon. sub prædicta Abb. *Polydorus lib.* 4.

9 Aug. Hugo Ep. X. An. D. MCCLIIII. *Polyd. lib.* 16.

* Elstum, *Elst* pagus Geldriæ in Territorio Nouiomagensi inter Vahalim, & Rhenum, ac inter Nouiomagum, & Arenacum, a Nouiomago vix milliario in Septentrionem dissitus. Vbi ecclesia collegiata.

* 14 Aug. Vuerenfridus presbyter S. Vuillebrordi episcopi discip. *Mohander tom.* 7.

Emesa, siue Emisa, *Ems* C. E. Syriæ, quondam celebris, in Apamena regione apud M. Antilibanum. Apameæ, & Laodiceę finitima, ad XVIII. M. P. inter Hierapolim, siuè Aleppum, & Damascum, vrbes clarissimas, occurrens, ab ijs quatriduo distans. Antiochiæ propior.

6 Feb. Siluanus Ep. Lucas diac. & Mocius lector, sub Maximiano. *Euseb lib.* 8. vel sub Numeriano *vt Gales. ex Meno log. scribit.*

9 Mar. Gregorius Ep. S. Basilij Magni frater. sub Valente. *Hieron. de script. Eccl.* sed hic non Emisæ; vt Nysæ Ep. fuit.

1 Iul. Symeon Cognom. salus. *Metaphr.*

5 Nou. Galatio, & Epistemes vxor. m̄. sub Dec. *Metaphr.*

14 Plurimæ mulieres m̄. sub Arabibus Leone IIII. Imperat. *Theophan. in hist. Miscell.*

Emerita, *Merida* C. alias A. Hisp. Lusitaniæ, ad Anam fl. olim Vrbium Hispanicarum clarissima, & amplissima, situ peramœno prædita, media inter Pacem Augustam, & Turrim Iuliam, ad VIII. M. P. Hisp. dissita, ab Olyssipone in ortum XXXVII. ab Hispali XXXIII. in Boream, à Toleto ad XLV. Ea sub Mauris ita imminuta est, vt Metropolis esse desierit, dignitate Metropolitana, quæ maxima erat, Compostellæ attributa.

24 Iul. Victor miles, cum Stercatio & Antinogene fratri-

bus m̄. ſub Dioclet. *Theſ. Conc. tom. 2.*
23 Oct. Germanus, S. Seruandi Socius m̄. Gadibus paſſus ſub Diocl. *Theſ. ibidem.*
23 Nou. Lucretia Virgine m̄. ſub Diocletian. *Theſau. Concil. ibidem.*
10 Dec. Eulalia V. m̄. ſub Dioclet. alia ab Eulalia Barcinonen. *Theſau. ibidem.*
Item Iulia V. m̄. ſub eodem.
12 Hermogenes, & Donatus m̄. Ex *Maurol. & Ambroſ. Mor.* ſed alij hos cum alijs XXII. Alexandriæ paſſus tradunt.
* Renouatos Epiſco. An. D. DCXLV. Ex *Ambroſ. Mor. libro 12.*

Emmaus, quæ & Nicopolis, C. olim. Ep. Palæſtinæ, inter Ioppen, & Hieroſolymam, à qua vix VIII. P. M. in occ. recedit, Modinenſi vrbi, in qua Machabæorum ſepulchrum, proxima: Hodie iacet, manent aliquot ædes raræ.
25 Sept. Cleophas vnus ex LXXII. Diſc. m̄. ſub Iudæis paſſus. Ex *Adon.*

Emona, ſiuè Æmona & Emonia C. *Noua* C. E. Hiſtriæ, ad Nauportum fl. diruta, ex reliquijs cuius Ciuitas Noua, ad IIII. M. P. infra apud fluminis oſtium condita. Tametſi plæriſque Æmona apud Nauportum fl. non qui in Hadriaticum mare exoneratur; ſed qui in Saum labitur, Labato C. quæ *Lubiana* dicitur, proxima, nunc *Ig* Germanicè dicta videtur. Alij Emonam nunc *Clemonam* in Carnorum finibus diei arbitrantur ex vocis alluſione. Plin. nunc Æmoniam ſcribit. Eius porrò quæ, in Hiſtria apud C. Nouam recenſetur, ex veteribus nemo meminit.
28 Aug. Pelagius m̄. ſub Numer. *Cat. lib. 7.* vbi pro Carnia Acarnania erroneè ſcribitur.

Engoliſma, quæ & Inculiſma, & Egoliſma dicitur, *Angouleſme* Ciuitas Epiſcopalis Gall. Aquitanicæ, inter Santonas, & Petrogorios, Sita apud Carantonum fluuium pars rupi impoſita, pars humi ad amnem prædictum: Ducatus titulo inſignis. Media inter Pictauim; à qua in Auſtrum ad XXX. M. P. Gallica recedit, & Agennum, Santonenſi ciuitati propior. Media quoquè inter Lemouicum, & Burdegalam Metropolim, à qua in Cæciam ſupra XXV. M. P. abeſt.
26 Iun. Saluius Ep. *Vſuar.*
1 Iul. Eparchius Abb. proximi monaſterij. *Turon. lib. 6. Hiſt.* An. D. DLVIII.

Epheſus, *Efeſo*, & *Figena*, C. A. Ioniæ maritima, Aſiæ propriè dictæ, Metropolis quondam clariſſima, ac conuentus multarum vrbium maximus, & nobiliſſimus, Templo Dianæ memorabilis, apud Cayſtri fl. oſtium; cui ab occ. Samus Inſula adiacet. Inter Miletum Cariæ Metropolim, & Smyrnam vrbem Ionicam; à qua in Auſtrum ad XL. M. P. diſtat. à Magneſia ad Mæandrum in occ. ad XV. M. Colophoni etiam proxima, & Sardibus. Dici vix poteſt, quàm olim hæc vrbs floruerit, quot

rit, quot literis præſtantes tulerit, quot Artifices dederit. Quæ nunc obſcura iacet, niſi quod dignitatem retinet Metropolitanam.

12 Ian. Quadragintaduo mon. m̄. ſub Copron. ob Sacr. Imag. *Monol.*

24 Timotheus Epiſcop. I. m̄. S. Pauli Apoſtol. diſcip. *Metaphr.*

16 Febr. Oneſimus Epiſcop. Sancti Timothei ſucceſs. *Euſeb. libro* 3.

30 Apr. Maximus m̄. ſub Decio. *Sur. Tom.* 2.

27 Iul. Septem Dormientes, ſpatio CC. annorum, à Decio Impera. vſque ad Theodoſium II. in Spelunca M. Cimonis. *Metaphr.*

4 Nou. Porphyrius m̄. ſub Aurel. *Menol.*

27 Dec. Ioannes Apoſtol. & Euangel. ſub Traiano. *Metaphra.*

* Eporedia, quæ etiam Hippongia dicitur. *Iurea* C. E. Galliæ Ciſalpinæ in finibus Salaſſorum ad Durcam ſubterfluentem. Cuius pars in colle accliuis, pars in plano ſita eſt, à Taurino, & Vercellis, æquo XXV. M. P. interuallo verſus Auguſtam Prætoriam diſtans.

4 Iul. Odorius Ep.

* 25 Oct. Tegulus m̄. ex Thebæa leg.

2 Dec. Beſſus, non Baſſus ut apud Primum Cabilonen. m̄. ex eadem leg.

Ex Tab. eccleſ. Eporedien.

* Erphordia, ante Bicurgium, *Erfurdt* C. olim E. German. Magnæ ampliſſima, ad Geram fluuium intermeantem Thuringiri Prouinciæ caput: Academia, & Emporium Regionis. Mons imminet excelſus; in quo arx quondam munitiſſima. Ex maximis totius Germaniæ. Vbi Moguntini Antiſtitis ſuffraganeus morari ſolitus. Media ferè intercedit, inter Caſellam Haſſiæ primariam, & Miſnam Miſniæ Metropolim in ortum ad XVII. M. P. Germanica diſtantem à Lipſia in occaſ. Hibernum ad XIII. recedens. Media quoquè inter Bambergam, & Brunopolim occurrens, XVI. M. P. interuallo.

5 Iun. Eobanus Ep. m̄. S. Bonifacij epiſcopi Moguntini diſcip. paſſus in Friſia.

* Adelarius Epiſcop. vltimus m̄. Sancti Bonifac. diſcipul. An. Domini DCCLIIII. paſſus. Ex *Cratepol. de epiſcopis. Germ.*

Seuerus Ep. & Vincentia. Corpora Ibi. Ex *Primo Cabilonen.*

Eugubium, quod & Eguuium, & Iguuium, & Inginium apud Plin. nominatur. *Eugubio* & *Gubbio* Ciuitas Epiſcopalis Vmbriæ antiqua, ad M. Apennini radices ſita, Lanificio clara, forma oblonga, ab antiqua, vbi multa vetuſtatis, & antiquæ nobilitatis monumenta ſunt, nonnihil diſtans. Media ferè inter Tiphernum Tiberinum, à quo in ortum XX. Mille Paſſibus abeſt, & Camarinum vrbem

vrbem Metropolitanam, à Perusia, & Assisio in Septentriones totidem M. distans, à Callio XV. Apennino intercedente.

16 Mai. Vbaldus Ep. sub Honorio Pap. *Sur. Tom. 3.*

* 26 Iun. Rodulphus Ep. S. Petri Damiani Synchro. *à quo eius vita* scripta est.

Eumenia, *Noman* C. E. Phrygiæ magnæ (quæ Asiæ minoris est regio) Amorio, Synnadæ, ac Tiberiopoli eius Prouinciæ urbibus finitima. Cuius episcopus Synnadensi Metropolitæ subiectus est, ab Eumene Rege Pop. Rom. amico condita. Quæ hac tempestate potius pagus, quàm C. dicenda est.

5 Oct. Thraseas Ep. m̄. Smyrnæ passus. *Euseb. lib. 5.*

Euorea, quæ & Euryampus, ac postea in honorem S. Donati, Donatiana. S. *Donato* C. E. Epiri, apud Acroceraunos M. qui ab Italia L. M. P. absunt. Sinu Hadriatico intercedente.

30 Apr. Donatus Ep. sub Theodosio Imp. an. D.CCCXCVI. *Sozom. lib. 7. & Momb. Tom. 1.* Corpus Venetijs.

* Extremi, *Extremoz* op. Hisp. Lusit. in Regno Portugallico non obscurū, inter Eburam, & Portam lætam, ab eis, & ab vrbe Eluense ad VII. M. P. Hisp. dissidens.

* 4 Iul. Elisabeta, seù vt apud Hispanos scriptores Isabella Regina. An. Domini MCCCXXXVI. Corpus Conimbricæ. *Thes. Conc. Tom. 2.*

F

FAbrianum, *Fabriano* op. Vmbriæ clarissimum, multis urbibus anteferendum, in Piceni confinio, ad Æsim fluuium intra M. Apennini colles. Medium inter Eugubium, & Septempedam, a qua in occ. ad XVIII. M. P. distat. Camarino, & Nuceriæ propius, Matelicæ, & Sentino vrbi dirutæ; ex cuius ruinis conditum, aut certè auctum traditur, ad VI. M. P. proximum: Maxima hic papyri copia laudatissimi, extra Italiam etiam delati.

7 Febr. Romualdus Abb. Camaldulensium autor. An. Domini MXXVII. *Ex Breu. Rom. Nouo.* Corpus ibidem.

26 Nou. Syluester Abb. Siluestrenorum institutor.

Falaris, quæ & Falaria, *Falare* C. olim E. Hetruriæ, inter Fisceniam, & Viterbium, apud Ferentium vrbem prorsus dirutam in Faliscorum finibus: cuius adhuc vestigia monstrantur, ædesque aliquot restant, quas agrestes homines habitant, cum adeò floruerit, vt ex primis XII. Tuscorum colonijs, vna habita sit.

12 Aug. Gracilianus, & Felicissima V. m̄. *Vsuard.* Corpora Fisceniæ, seù C. Castellana, quam Nonnulli esse Faleriam putant.

* Falisca, *Galese.* C. olim E. & caput Faliscorum, in Hetruria apud Tiberim flum. nunc op. minime obscurum Ducatus titulo ornatum, Hortensi Ciuitati proximum, & Ciuitati Castellaneæ; effecta fuit Ciuitas superioribus annis, sed Ep. nunquam electus, aut datus.

8 Aug. Famianus conf. vixit circa An. MCL. *Ex libro Fabricæ Hortanæ.*

* Falisci, & M. Faliscorum, Non, quæ *Montefiascone* dicitur C. E. Hetruriæ in Monte: qui Lacui Vulsiniensium imminet, inter Vulsinium, & Viterbium media, VIII. M. P. ab eis dissita. Vino Falerno, quod Moscatellum vocant, celebris. Sed Falisci populi sunt inter M. Ciminum, & Tiberim flu. Quorum oppida Faliscum, Faleria, Fescennium, & Horta. Mons verò idem, qui & Soractes.

23 Iun. Felix presbyt. m̄. sub Valeriano. Corpus Sutrij. *Sur. Tom. 4.*

* Fama Augusta, seù Famaugusta, Græcis Hamcostos, *Famagosta* C.E. Cypri maritima in ora ad ortum versa, Salamini, seu Constantia: cui in dignitate successit, proxima. Vrbs hac tempestate clarissima, ac munitissima, ampla, elegans, Nobilium domicilium, & Emporium frequens, antequam in Turcarum potestatem veniret. Ferunt illam prius Thamassum appellatam. Portum habet capacissimum, ac tutum. A Ledrensi ciuitas, seù Nicosia: quæ totius Insulæ Metropolis est, in Eurū ad XXX. M.P. distans.

6 Ian. Petrus Thomasius Ep. Ex *Gales. Annot.*

* Fanum Fortunæ *Fano* C.E. Vmbriæ maritima, in Senonibus, seù Galliæ Togatæ sic dicta ab æde Fortunæ ibi quondam cultæ, apud Metaurum flumen. Colonia Fanestris etiam vocatur, inter Senam Gallicam, & Pisaurum, à Sena in occ. XVIII. à Pisauro in ortum V. à Foro Sempronij in Septentriones XV. M. P. distans. Vrbs non admodum ampla, at elegans, plana, celebris, antiquitatis aliquot uestigia seruatus. Ecclesiasticæ dictionis.

* 18 Apr. Eusebius Ep.
16 Mai. Vrsus Ep.
8 Iun. Fortunatus Ep.
13 Nou. Paternianus Ep.
} Ex *Tabul. eccles. Fanen. Corpora ibidem.*

* Fauentia, *Faenza* C. E. Galliæ Togatæ, Æmiliæuè, Anemone flu. diuisa, in via Æmilia, inter Forocornelium, & Foroliuium, media X. M. P. interuallo occurrens inter Romandiolæ vrbes haud obscura. Vasorum fictilium diuersi generis maximè albi coloris opera clara, à Rauenna, quæ sua Metropolis est, in Africum ad XX. M. P. recedens, à Bononia in ortum XXX.

* 23 Feb. Petrus Damianus Ep. Rauennas Card. sub Gregorio VII. Pap. vrbis prot. *Hieron. Rub. lib. 5. Hist.*
30 Iul. Terentius confess. vrbis prot. Ex *monum. eccles. Fauent.*
6 Nou. Aemilianus Ep. Scotus, ibi in itinere defunctus. *Maurol.*
7 Dec. Sabinus Ep. m̄. vrbis prot. Ex *Tab. eccles. Fauent.*
25 Mai. Iacobus Philippus ord. Seruorum, nondum in SS. relatus. Ex *Chron. d. ord.*

Fausina, seù Phausania, ut apud S. Greg. Papam in Reg. & vt Sardi ipsi vocant. *Terra noua* C. E. Sardiniæ lit. in ora Septentrionali, quæ Liguriam, & Hetruriam respicit. Nunc exigua vrbs portu prædita, ex quo Genuam, & Romam soluitur, à Castro Aragonensi, ad quod sedes episcopalis est translata, ad XL. M. P. distans, non procul à Bucina Ins. vulgò dicta *Tholara*: in quam S. Pontianus Papa relegatus est.

15 Mai. Simplicius Ep. & m̄. sub Diocl. Imp. Ex *Fara, & alijs.*

Ferentum, quod etiam Ferentium, & Ferentia dicitur, *Ferento* C. olim E. Hetruriæ

Hetruriæ in finibus Faliſcorum, inter Faleriam, & Viterbium, à Viterbienſibus ob hæreſim ſolo æquata, cuius adhuc ueſtigia in agro Viterbienſi V.M.P. à Viterbio monſtrantur.

14 Mai. Bonifacius Ep. ſub Iuſtino Imp. *Cuius S. Greg. lib. 1. Dial. meminit*. Sed ex illius Hiſt. videtur potius Ferentini, quam Ferenti Ep. fuiſſe.

Ferentinum, *Fiorentino* C. E. Hernicorum in Latio antiqua. Anagniæ, quæ caput eſt Hernicorum, ad V. M. P. vicina, in colle arduo conſtructa, à Fruſino totidem M. diſtans, antiqua Rom. Colonia apud Scriptores memoratiſſima, ab vrbe Roma LII. M. P.

8 Apr. Redemptus Ep. ſub Iuſtino Iuniore. *Cuius S. Greg. lib. 3. Dial. meminit.*

15 Eutychius m̃. ſub Longobardis. *Ex 3. lib. Dial*

16 Aug. Ambroſ. Cẽturio m̃. ſub Dioc. *Acta in eccl. Ferentinate.*

* Ferraria, *Ferrara* C. E. Gall. Togatæ apud Padum flumen, non antiqua valde, (tametſi illam prius Forum alieni dictam plures putant) at amplæ, & ædificiorum elegantia non modo Flaminiæ, ſiue Romandiolæ, verum etiam totius Italiæ in primis habẽda. Eam diù tenuere, & auentam ornauere Principes Ateſtini: nunc ſub Eccleſiæ Dominio continetur, media inter Rauennam, & Mantuã, vtrinquè L.M.P. diſtans à Bononia in boream ad XXX. recedens.

* 7 Mai. Maurelius Ediſſenus Ep. III. m̃. à Fratre Idolatra occ. an. D. DCXLIV. *Ex Ferrar. Annal.*

* 4 Iul. Ioannes Ep. ſub Eug. IIII. Pap. ex ord. Ieſuatorum. *Ex Flor. SS.*

Feſulæ, & Feſula, *Fieſole* C. E. Hetruriæ antiquiſſima, ex XII. primis Tuſcurum Colonijs, apud Arnum flumen in colle Florentiæ ad II. M. P. proxima. Cuius vrbis adhuc ædes aliquot extant, & Cathedralis eccleſia, durat & epiſcopatus. Ex eius ruinis Florentia, quæ prius obſcura erat mirificè creuit.

6 Iun. Alexander Ep. m̃.

6 Iul. Romulus Ep. I. S. Petri Apoſ. diſc. m̃. ſub Domit. } *Ex monum. eccleſiæ Feſulanæ.*

22 Oct. Donatus Scotus Ep.

14 Ian. Andreas Ep. ord. Carmelit. nundum inter SS. repoſitus.

1 Feb. Brigitta V. S. Andreæ ſoror, in territorio.

27 Mai. Fabius m̃.

* 7 Iul. Creſcentius, Dulciſſimus, Clariſſimus, & Marchiſianus m̃. S. Romuli Ep. diſcip. *Ex vita, & Geſtis S. Romuli Ep.*

22 Aug. Andreas Diac. S. Donati Ep. Diſcip.

20 Nou. Gaudentius Mon. S. Benedicti in territorio, vbi Abbatia, quam tenent fratres Seruitæ.

] *Ex lib. SS. eccl. Feſulanæ.*

Ficode, *Ceruia*, C.E. Galliæ Togatæ, ſeù Æmiliæ maritima, inter Rauennam Metropolim, & Ariminum. Vrbs parua; magni tamen redditus, ob maximam Salis copiam, qui inde omnibus Romandiolæ ciuitatibus ſuppeditatur.

9 Mai.

9 Mai. Gerontij Ep.m̄. Corpus Callij. *Vbi acta eiusdem m.s.*

* Fiscicampus, quod & Fiscanum, *Fescham* op. Gall. Belg. in Caletibus qui sub Normandia continentur apud oram Oceani Britannici inter Diepam, & Hareflorum, à Rothomago Normandiæ Metropoli in Arctos ad XV. M. P. Gallica distans. Ex præcipuis Tractus illius opp. cum monasterio.

* 9 Ian. Vuaningus mon. qui Fiscanense monast. construxit. An. D. DCCVII. *Mol. in Addit.*

Firmum, & Firmium, *Fermo* C. A. antiqua Piceni Rom. colonia in colle à litore maris Hadriatici ad III. M. P. recedens, media inter Anconem: à qua in Eurum ad XXXV. M. P. dissidet, & Castrum Nouum, seù vt nunc vocant Iuliam Nouã. A Laureto, Recineto, Macerata, & Asculo æquo ferè interuallo XXIIII. M. P. dissita: olim totius Piceni clarissima, & potentissima.

11 Ian. Alexander Ep. m̄.
12 Apr. Vissia V. m̄.
30 Sophia V. m̄.
21 Oct. Philippus Ep. m̄.
(Ex *Tab. eccles. Firmanæ.*)

* 7 Dec. Sabinus Ep. m̄. quem Mauroly. Spoleto attribuit.

* Flauiacum, seù Flauiniacum, *Flauignij* op. Gall. Celt. in Burgundiæ Ducatu circa medium regionis, à Diuioni, Ducatus primaria in Corum ad V. M. P. Gallica recedens, in Augustodunen. diœcesi, cum monasterio quondam celebri, Flauia Heduorum Antiquis dictum vt videtur.

* 21 Sept. Geremarus Abb. I. Flauiacen. An. Dom. DCLX. *Vinc. in spec. lib. 23.*

Flauias, & Flauiopolis, *Fliopoli* C. E. Ciliciæ mediterr. inter Carystum, & Seleuciam: cui proxima est iuxta Taurum M. ad Calycadnum fluuium, in Sinum Issicum, seù in mare Cilicium inter Anemurium, & Corycum se se exonerantem.

* 23 Iun. Iulianus adolescens m̄. sub Decio: cuius corpus Ariminum mirabiliter delatum. *Cat. lib. 5.*

Florentia *Fiorenza* C. A. Hetruriæ ad Arnum flu. interluentem, Fluentia prius dicta. Vrbs ampla, nobilis, & elegantissima atque ex primis Italiæ vrbibus, magnæ, dum Resp. fuit, potentiæ, quæ cæteras Hetruriæ ciuitates sibi armis subiecit. Nunc Magni Ducis sedes, Totius Hetruriæ caput. Media ferè inter Mediolanum, & vrbem Romam, à qua in circium vix CXL. M. P. abest, à Bononia supra L. à Senis, quæ alterius in Hetruria Principatus caput est, XXX. à Perusia in occ. æstiuũ LXXX. à Pisis, & Luca in Cæciam XL.

26 Feb. Andreas Ep. II. S. Zenobij succ. *De quo in illius vita.*
19 Apr. Crescentius confess. S. Zenobij disc.
2 Mai. Antoninus Episcop. ord. Præd. sub Pio II. Papa. *Sur Tom. 3.*
25 Zenobius Ep. I. S. Ambrosij Sync. Arianorum hostis acerrimus. *Sur. Tom. 3.*
28 Podius Episcop. An. Domini MIII. *De quo in vita S. Zenob.*
25 Oct. Minias miles m̄. sub Decio. *S. Anton p. 1. tit. 7.*
17 Nou. Eugenius Diac. S. Zenonis. *de quo in illius vita.*

O 1 Febr.

1 Febr. Verdiana V. An. MCCXXII. In Territorio Castro Florentino. Ex lib. SS. Hetruriæ Syluani Ratij.
12 Mart. Fina V. An. MCCLIII. Extat vita typis excusa.
22 Mai. Humilitas Abb. I. ord. Vallis vmbrosæ An. Do. MCCCX. Ex Annal.
9 Iun. Siluester Erem. conuersus Camalduleň. Ann. Domini. MCCCXL.
26 Aug. Margarita V. Abb. ord. Vallis Vmbrosæ. Ann. Domini. MCCCXXX. Sanctæ Humilitatis discip. Ex d. ord. Annalib.
4 Sept. Thesaurus Papia. Ex fam. Becaria. ord. Vallis vmbr. Card. m̄. An. D. MCCLX. Io. Villanus lib. 6. Hist.
13 Martinus Abb. Generalis Camalduleň. An. D. MCCIX. Ex Tab. Camaldulen.
24 Oct. Crescius m̄. Decio Imp. in agro Mugellensi. Ex Hist. Io. Villani.

Floriacum, Fleury Pagus, & Monasterium Benedictinorum Gallic. Celt. in Territ. Aurelianensi, Blesensi ciuitati proximum, quo tempore in Belgio S. Trudonis ædificatum est, & ipsum constructum. Vbi S. Aigulphus Abb. Lirinensis susceptus.

11 Iul. Translatio S. benedicti Abb. Sur. Tom. 4.

Fontanella, n. r Pagus cum monasterio Gall. Celt. in Territ. Rothomagensi apud Sequanam flumen, à Rothomago in uia, qua Parisios itur, XII. M. P. distans.

9 Febr. Ansbertus Ep. Rothomagen. XXII. S. Andoeni succ. Sur. Tom. 4.
20 Mar. Vulfrannus Ep. senonen. Sur. Tom. 1.
22 Iul. Vuandregisilus Abb. S. Audoeni Ep. Rothomagen. Synchro. Sur Tom. 4. In Rom. & alijs in Blandinio monast. pon.
25 Oct. Hildemarcha Abb. De qua in vit. S. Vuandregisili Abb.

Formiæ, Mola C. olim E. Campaniæ litoralis apud latij fines, inter Caietam, & Minturnas, in intimo Formiani, seù Caietani sinus recessu, atquè inter Fundos, & Suessam: à quibus ad X. M. P. distat, à Neapoli in Occ. æstiuum ad supra XL. Antiqua Lestrigonum sedes, à scriptoribus memoratissima. Cuius crebra apparent circa litus amœnum vestigia. Mola pago ex ruinis cōstructo, & episcopali dignitate Caietam vrbem vicinam recepta.

2 Iun. Erasmus Episcop. m̄. sub Maximiano. Corpus Caietæ. Cat. lib. 5.
16 Dec. Albina V. m̄. sub Decio. Act. in eccles. Caietana.
3 Iun. Trecenti m̄. sub eodem, à S. Erasmo conuersi.

Forum Cornelij, Imola C. E. Æmiliæ, in uia Æmilia, media inter Bononiam: à qua in ortum Hibernum XX. M. P. abest, & Forum Liuij occurrens, apud Vatrenum flumen, Fauentiæ propior, à Rauenna Metropoli paulò supra XX. M. in occ. æstiuum. Vrbs est non valdè ingens, sed inter Romandiolæ vrbes non obscura.

2 Dec. Petrus Episcop. XXI. Cognomento Chrysologus. Ex Rub. lib.

6 Mai.

Cornelius Ep. à quo S. Petrus Chrysolog. ord. est. *Ex Tab. eccles. Imolensis.*

* 6 Mai. Maurelius Ep.
7 Aug. Donatus Diac. S. Proiecti Ep.
23 Sep. Proiectus, Ep. ante S. Maurelium & S. Petrum Chrysologum.

* Forum Liuij, *Forli* C. E. Æmiliæ, seù Romandicolæ in uia Æmilia, medio itinere inter Cæsenam, & Fauentiam, proximas vrbes, X. M. P. distantes. Obuia Foro Popilij V. M. propior. Vrbs spatiosa, inter Vitim, & Bedesem fluuiolos: à Rauenna Metropoli in meridiem ad XX. M. recedens. Vbi regionis præfectus ob loci commoditatem, vt plurimum agit.

20 Mart. Gratus, & Marcel lus unus Diac. Alter subdiac. S. Mercurialis. *Ex Tab. ecclesiæ.*

* 1 Mai. Peregrini conf. ord. seruorum Ann. MCCCXLV. *Ex Chro.* dicti ordinis.

4 Valerianus m̄. Leone Imp. *Ex M. S. & Cron. Farolenien.*

12 Aug. Mercurialis Ep. S. Rophili Ep. Foropopilien. Synchr. *Cat. lib.* 10.

Forum Iulij, *Ciudal d'Austria* C. Carnorum memoratissima ad Natisonem flu. Ex qua Regio quoquè Forum Iulium, & vulgo *Friuli* nominatur. Ab Aquileia in Aquilonem XXII. M. P. dissita. Vtino, & Norciæ propior dimidio: Tametsi Vtinenses se Foroiulienses esse putant.

16 Mai. Maxima V. *Cat. lib.* 5.

* Ian. Paulinus Ep. Aquileien. sub Car. Magno. Ex *Monum. eccles. Aquileiæ.*

* Forum Popilij *Forlimpopoli* C. alias E. Æmiliæ, inter Cæsenam, & Forumliuij, medio ferè itinere occurrens: cuius Sedes episcopalis Britinoriū proximam urbem in colle vix. II. M. P. distantem, recepta est. à Foroliuij IIII. tantum M. dissita.

* 18 Iul. Rophilus Ep. S. Mercurialis episcopi Foroliuien. Synchr. *Cat. lib.* 6.

Forum Syllæ, op. fuit Aemiliæ apud Forocornelium C. imò ut multis videtur, ipsa Forocornelien. ciuitas, Forum Syllæ dicta est, duplici scilicet vocabulo, Sylla enim, qui Dictator Remp. Rom. oppressit, etiam Cornelius de Gētis nomine appellabatur, vti Salustius, & Liuius autores sunt, Forum itaquè Syllæ, & Forum Cornelij eadem C. censetur, à Sylla bello sociali constructa.

13 Aug. Cassianus m̄. quem alij Ep. Brixinensem faciunt Ferrariæ passum. *Cat. lib.* 7.

* Fossanum, *n. r.* C. E. recens à Greg. XIII. seù proximo Pont. ad episcopalem dignitatem euecta, Liguriæ in finibus Taurinorum, siuè in Pedemontana regione, inter Albam Pompeiam, & Salusias, à quibus X. M. P. distat, quot à Monterici, & Cuneo fermè recedit.

2 Ian. Sebastianus, & Aluetius ex Thebæa legione m̄. in territorio Fossanen, *Ex Hist. Thebæorum martyrum.*

Fossa Noua, *n. r.* Monasterium Cistertiensis familiæ quondā præclarum in latio, atquè in uia Appia inter Nymphęum fluuiolum, & Forum Ap-

ij C. desolatam, apud Pontinam paludem, vltra Priuernnum op. ab vrbe Roma ad L. M.P. Quod hodie iniuria temporum penè collapsum iacet.

7 Mart. Thomas Aquinas ord. Præd. Doctor Angelicus, & lumen eccles. splendididissimum. Corpus Tolosæ. *Sur. Tom. 2.*

* Fossæ Papyrianæ, *Foßelnouo*. op. Hetruriæ intra M. Apuanos in Lunensi diœcesi, Sergianæ vrbi, quæ Lunæ successit ad IIII. M. P. proxima, Cariaræ quoquè finitima. Hic Maurol. nescio quo errore ductus, S. Foillanum passum, dùm ad Vltanum fratrem: qui Fossensem ecclesiam regebat, visendum pergeret, in martyrol. suo scribit. Cum clarissimè ex illius Hist. appareat Fossas, apud quas passus est, longè diuersas à Papyrian is esse, easque ab his longissimè distare.

* Fossæ *Fosse* op. Belg. in Namurcensi Comitatu apud Sabim flumen, diœc. olim Leodien. nunc Namurcensis, à Namurco C. in occ. hibernum ad II. M. P. Belg. quot à Bouinis in Sept. dissitum. Qui locus à Sancta Gertrude Sanctis Foillano & Vltano fratribus ad perpetuum Peregrinorum hospitium dono datus legitur, & temporis processu creuit in op.

* 31 Oct. Foillanus Hibernus Ep. m̃. *Ex Gales. & alijs.*

Vltanus frater S. Foillani. *Ex Maurol.*

* Fregellæ, Pontecoruo C. olim, & Colonia Latij, ad Lirim amnem, haud procul à loco; vbi is Melpim excipit, inter Aquinum, & Minturnas; à quibus ad XVIII. M. P. aduerso flumine distat. Vrbs quondam memoratu digna; cuius hodie nil extat: nisi quod Pons Curuus op. ex illius ruinis putatur constructum. ab vrbe Roma LXXXII. M. Passibus.

29 Sept. Grimoaldus presby. *Cuius acta in eccles. Aquitane.*

* Frequentum Fricenti C. E. Regni Neapolitani in Hirpinis Beneuento, à quo ad XII. M. P. abest, & Abellino proxima. Vrbs modica cuius episcopatus Abellinati hoc tempore copulatus est.

* 14 Iul. Marcianus Ep. à S. Leone Papa ordinatus. Corpus Beneuenti. *Ex Monum. eccl. Beneuentanæ.*

Frisia, Frieslandt Germanis, nostris vero *n. r.* Germanæ: Magnæ ingens Regio, Oceano Germanico ad occ. exposita. Saxoniæ, Vuestphaliæ, & Germaniæ inferiori contermina. In Occidentalem, & Orientalem diuisa. Occidentalis Rheno, & Amasio fluminibus terminatur; cuius vrbes primariæ, Gruninga, Leuardum, Franica, & Stauria. Orientalis ab Amasio ad Albim vsquè protenditur, in eaquè, Embda, Bremis, Auricum, & Aldemburgum claræ habentur. Quanquàm nomen Frisiæ latius apud veteres patet.

7 Nou. Vuillebrordus episcopus Traiecten. sub Pipino Rege à Sergio Papa ordin. Corpus Coloniæ. *Surius Tom. 6.*

* Evvoldi duo Sancti Vuillebrordi In prædicat. Socij. *Sur. ibidem.*

Frisinga, quæ & Sruxinum, *Freising* C. E. Bauariæ superioris ad Hisaram flumen, vbi Mosacum accipit, media inter Monachium Ducis sedem, & Landshutam, ad IV. M. P. Germ. hinc inde recedens, ab Augusta Vindel. in ortum, ab Ingolstadio in Austrum paulo remotior.

8 Sept.

8 Sept. Corbinianus Ep.I.à Greg.II.Pap.ordinatus. *Vtho Frisiug. lib.5.Chron.*

* Frislaria, Bogadium prius dicta. *Fursler*, & *Frizlar* C.aliàs E.Germ. magnæ in Hassia ad Ederam amnem in Fuldam apud Casellam influentem, ab ipsa Casella: quæ Regionis caput est, in Libonotum. ad III. M. P.Germ.dissidens, Valdecési vrbi propior, forma oblonga, & inæquali. Episcopi Maguntini.

5 Iun. Felix mon. m̄. Corpus in monast. Frislarien. *Trithem. lib.3.*

* 7 Oct. Humbertus Cœnobij Burbacensis apud Frislariā Prior. *Trithem.lib.3.*

26 Albuinus Ep.I.Frislarien. *Trithem.ibidem.*

Fulda, *Fuld* C. Germaniæ magnæ ad sui nominis amnem, & Hassiæ, & Franconiæ confinio, Moguntinæ diœcesis, cuius Abb.Princeps est Imperij, à S.Bonifacio episcopo Moguntino ædificari cœpta. Buchoniæ Regionis caput, inter Mogūtiam: à qua in Cæciam ad XVIII.M.P.Germanica distat, & Erfordiam Thuringiæ primariam ad XIIII.Media ferè inter Traiectum Sueuorum Franconiæ vrbem, ex Casellam Hassiæ, ad VIII.M.Vrbs sanè elegans, Bibliotheca, & Monasterio clara.

5 Iul. Bonifacius Abb.I.& Ep.Mogunt.m̄.Corpus ibi.

16 Iun. Vuideratus Abb.XXIIII.S.Benonis episcopi Synchr.sub S.Greg.Pap.Sturmius Abb. II. S. Bonifacij.succ. Ex *Martyr.Bened.*

* 28 Aug. Adelindes Abb.in Territ. *Mol.in Addit.*

30 Ian. Amnichadus, seù Annuchardus Scotus.mon. reclusus. *Trithem.lib.3.*

18 Apr. Rothulphus mon.m̄. ab Hungaris occ. *Trithem.lib. 3.*

Fulginium, quod & Fullinium, & Fulcinium legitur, *Fuligno* C. E. Vmbriæ ad Tineam fl.interfluentem in planitiæ elegans, & mercimonio fulgens, in via Flaminia, quæ Arimino Romam ducit, occurrens, inter Perusiam: à qua XV.M.P.& Spoletum, à quo XII. Assisio propior, & Hispello.

24 Ian. Felicianus Ep.m̄.sub Decio. *Acta in eccles.Fulgen.*

4 Mai. Heraclius iustus, & Maurus m̄. *Ex tab.eccl.Fulginatis.*

Iul. Petrillus m̄.sub eodem *De quo in paß.S.Feliciani.* Thomas, qui Incolis Thomasutius dicitur, Conf.

* Fumo, *Fumone* Oppidulum Campaniæ, seù Latij in Hernicis inter Lacū Fucinum, & Verulum, Alatrio, Verulo, & Ferentino finitimum, ad Ferentinatem diœcesim pertinens. Vbi Cœlestinus V.abdicato Pontificatu à Bonifacio VIII. qui sibi successit, relegatus, in custodia tentus, obijt.

19 Mai. Petrus de Morone. prius Cœlestins V. Pap. Ferentini sepultus. *Vita per Petrum de Aliaco Card.scripta.*

Fundi, *Fondi* C.E.antiqua Latij apud Campaniæ fines, in uia Appia. Tarracinæ proxima, & Formijs in medio quasi X. M. P. ab eis dissita, vnde Regnum Neapolitanum incipit, vrbs parua, ab Antiquis tamen scriptoribus sæpius memorata, ab vrbe Roma LXVIII. M. P. à Neapoli LVII. recedens, media ferè inter vtranquè.

16 Ian. Honoratus Abb. *De quo S.Greg.lib.1.Dialog.*

21 Aug. Paternus m̃.
6 Nou. Felix mon. An. D. DLXX. *S. Greg. lib. 1. Dial.*
6 Nou. Andreas Ep. *S. Greg. lib. 3. Dial.*

Forconium, *Forcono* C. olim E. Aprutij in Vestinis in Montis descensu apud Aternum flumen, cuius adhuc rudera monstrantur ab Aquila proficiscentibus in meridiem ad VIII. M P. ex aduerso Amiterni vrbis quoque dirutę, inde ad XII. M. distantis.
25 Iul. Florentius, & Felix m̃. cum Soc. Corpora Aquilæ.

G

* GAbala, *Gibel* C. E. Syriæ litoralis, inter Laudiciam, & Balanæas, ab ea in Austrum XVIII. M. P. ab his in Septentr. XXIIII. distans, hodie ut pleræque obscura. Est & Gabala C. Phœniciæ mediterranea, inter Sidonem, & Cæsaream Philippi.
* 25 Ian. Seuerianus Ep. doctiss. sub Arcadio, S. Io. Chrys. Synchr. *Hieron. de script. eccles.*

Gades, & Gadira, *Cadiz* seù *Caliz* Insula Hisp. Bæticæ inter ostia Bætis fl. & Herculeum fretum: quod & fretum Gaditanum dicitur, adeò uicina continenti: vt ponte illi coniungatur, in Assidoniæ, & Xereæ urbium prospectum. Longa XII. M lata III. circuitu XV. Vrbem habet eiusdem nominis E. cum portu, qua spectat ad Arctos, tantæ olim magnitudinis, & nobilitatis: ut nulla Ciuitas tot Ciues Romanos habuerit: erat. n. finitimarum Bæticæ vrbium conuentus clarissimus. Nostra tempestate vrbs parua quidem; sed optimè habitata opulentissima, mercimonio. Ab Hispali ab in Austrum ad XX. M. P. Hispanica, à Xerea IIII.
23 Oct. Seruandus, & Germanus m̃. sub Dioclet. *Thesau. Conc. tom. 2.*
11 Dec. Eutychius m̃. licet apud aliquos incertum sit, an fuerit m̃.

Galatia, Regio Asiæ mediterranea, ab ortu Cappadocia, ab Austro Pamphylia, Isauriaue, ab occ. Phrigia, & Bithynia, à Septentr. Paphlagonia definita. Cuius pars ad ortum vergens *Chiangare*, ad occ. *Chiutaye* de vrbis primariæ nomine dicitur. Vrbes illius claræ, Ancyra Metropolis, Therma, Pessinus, Claudiopolis, Tauium, & vbi Regionis Satrapas moratur, Cotiæum. Ex quibus prior, & postrema hac tempestate duntaxat nominantur.
27 Iun. Crescens Pauli Apost. disc. m̃. sub Traiano. Ep. I. Viennen. Ex *Adone.*

* Galesium *Galese* C. olim E. Faliscorum Colonia, quæ veteribus Faliscum, & Falisca, dicta est, in tumulo apud Tiberim ædificata, quasi Halesium ab Halesò Duce condita, media inter Falerinm Faliscorum Metropolim, & Hortanum, vtrinquè ad IIII. M. P. dissita. Titulo Ducatus ornata. distat ab vrbe Roma XX X. M. P.
* 8 Aug. Famianus antea Quardus Confess. An. Sal. MCL. Ex *monum. illius eccles.*

Gallia, *Francia* Regio Europæ notissima, nobilis, & ampla. Oceano Rheno, Alpibus, mari mediteraneo, & Pyreneis M. conclusa. Oceanus ab Occ. & Septentrionibus alluit. Pyrene & Mediterraneum terminant à Meridie,

Meridie, ac Pyrene ab Hiſpania diuidit. Alpes ab ortu ſeparant ab Italia. Rhenus ab ortu quoque à Magna Germania diſcriminat.

Quadripartitò diuiditur. In Aquitanicam, Narbonenſem, Celticam, & Belgicam. Aquitanica Oceano occiduo Pyrene, & Garumna fl. continetur, vrbes clariſſimæ, Toloſa, & Burdegala, tametſi alij Aquitanicã non Garumna, ſed Ligeri à Celtica diuidi tradunt. Narbonenſis Mediterraneo pelago, Cemenis M. partim Rhodano fl. & Alpibus circumſcribitur; Vrbes illius his temporibus claræ, Mons Peſulanus, Maſſilia, Aquæ Sextiæ, & Auenio, Celtica Cemenis M. Oceano occiduo, & Boreali, Sequana, & Dubi fluminibus terminatur. Vrbes primariæ, Lutetia maxima poſt Byzantium totius Europę, Aurelia, Bituriges, Turones, Pictaui, Rhedones, Nannete, Rothomagus Trecæ. Belgica maxima cæterarum Oceano Britannico, Sequana vnà cùm Matrona, Dubi, ac Rheno amnibus definitur, vrbes præcipuæ, Antuerpia, Colonia Agrippina, Gandauum, Brugæ, Cameracum, Rhemi. Celtica quidem & Aquitanica totæ Regi Gallorum parent, Narbonenſis pars Duci Sabaudiæ ſubeſt, ac Sum. Pont. particula. Belgicæ pars maxima Hiſpano Regi ſubiecta eſt, ac alijs Principibus.

14 Mai. Pontius m̃. ſub Valeriano. Quem Galeſ. epiſcopum Cimelæ in Alpibus apud Varum facit.

22 Quiteria V. m̃. ſub Traiano. Ex vrbe Belcagia, quaſi Bellocaſia: quæ nunc Baioca dicitur. paſſa Aufragiæ, loco apud Carnutum, vbi caput abſciſſum vſque Dunum ſuſtuliſſe fertur.

14 Nou. Veneranda V. m̃. ſub Antonino. *Cat. lib.* 10.

7 Sept. Auguſtalis Ep. *qui à Beda Arelaten ſcribitur.*

15 Eutropia vidua. *De qua Sidon. Apoll. lib.* 6.

Gallæcia, *Gallitia* Regio Hiſpaniæ Tarraconen. Oceano occiduo & Septentrionali, Regno Portugallico, & Legionenſi terminata. Quam Minius fl. & Auus irrigant, ac Minius quidem, vbi in occaſum fluere incipit, à Portugallico Regno ſeparat, Montes verò Aſturum à Regno Legionenſe diſterminant. Vrbes Compoſtellum Metrop. Lucus, Mindon, Auria, Tudæ, Baiona, Caronium, & Iria.

18 Iul. Marina V. m̃. *Theſ. Conc. tom.* 2.

27 Nou. Facundus, & Primitiuus m̃. ſub Diocl. apud Ceam fl. non in Gallæcia; ſed in Regno Legionen, aut Caſtellæ veteris apud Palantiam C. vbi op. quod *Sabagun* quaſi Sancti Facundi dicitur.

* Galli Fanum, *S. Gallo* C. Heluetiæ intra Montes inter Abbatiſcellam, & Lacum Acronium, mercimonio clara. Diœceſis Conſtantienſis, vbi Benedictinorum monaſterium à S. Gallo Abb. conſtructum: quod proceſſu temporis euaſit in vrbem. à Tiguro in ortum quaſi VI. M. P. Heluticis, à Coſtãtia ad IIII. ab Arborefelice ad Lacum prædictum neque II. ... ab Abbatiſcella, à Brigantio paulò remotior.

16 Oct. Gallus Abb. Sancti Columbani diſci. *Cat. lib.* 10.

* 2 Mai. Vuiliberada V. mon. m̃. ab Hungaris paſſa An. Domini DCCCCXXV. *Molan. in Addit.*

Ganda portus, locus aliquis Flandriæ in ora litorali Gandauenſium portus, cuius quod ſciam nulla nunc extat memoria, quapropter mihi

perſua-

persuasum est, ipsam vrbem Gandauum Gandam prius dictam, ac ob maris recessum portum esse, desijsse.

1 Oct. Bauo Comes, deinde mon. sub S. Amando episcopo Traiecten. *Sur. tom. 5.*

12 Iun. Liuinus Ep. m̄. An. D. DCXXXIII. *Vita scrip. per S. Bonif. Ep. Mogunt. apud Sur. tom. 6.*

Gandauum, prius Clarinea, *Gant* Italis, *Gendt* Germanis, *Gand* Gallis C. E. Belgij, Flandriæ Comit. caput. Scalde, & Legia fluminibus intermeantibus irrigata. Totius Belgij maxima, circuitu haud minore XII. M. opulenta, potens, ac valde nobilis, aquis per Fossas deductas in viginti Insulas diuisa, Sita est inter Bruxellas, & Brugas, hinc VIII. inde X. M. P. Belgices distans, ab Antuerpia in occ. hibernum ad X. à Lutetia Parisiorum LXII.

19 Mar. Landoaldus presbyter, & Amantius diac. Roma à S. Martino Pap. ad prædicandum missi. *Sur. tom. 2.*

10 Iul. Amelberga V. An. D. DCCLXXII. *Sur. tom. 5.*

1 Ian. Pharaildes V. *De qua in vita S. Gertrudis.*

5 Feb. Bertulphus Conf.

3 Mar. Vuinualocus Abb. *Sur. tom. 2.*

* 6 Iul. Guduualus Ep. Britannus. *Sur. tom. 3.*

14 Basinus m̄. in Monast. Truncinien. *Mol. in Addit.*

1 Nou. Florbertus I. Abb. Blaridin.

Gangra, *Cangri* C. E. Paphlagoniæ apud Galatiæ fines, & Halym fl. Androsiæ, & Carisso finitima, quondam clara, nunc verò parui nominis, ac veluti pagus effecta.

29 Iul. Callinicus m̄. *Metaphr.*

14 Nou. Hypatius Ep. m̄. qui Nicæno affuit Cõcilio, à Nouatianis Hæreticis occisus. Alij eum ad diem 31. Martij referunt.

Gauali, qui & Gabali Ptol. & Gabales Plin. dicuntur. *Mande* C. E. antiqua Gall. Aquit. intra M. Cemenos, Regionis Gaualitanæ: quæ *Geuodan* dicitur primaria, & caput. Ruthenis, & Vellaunis finitima, Anderædũ olim, ac Mimatum posterius dicta. Inter Ruthenum, seù Rhodium: à qua in ortum supra XVI. M. P. Gallica recedit, & Albam Heluiorum. Castrensi ciuitate propior.

21 Aug. Priuatus Ep. m̄. sub Valer. & Galieno. *Mombr. tom. 2.*

25 Oct. Hilarius Ep. *Vsuard.*

* 25 Ian. Seuerianus Ep.

* 23 Oct. Lupentius Abb. circa An. Domini DLXXX. *Turon. lib. 6. Hist.*

Hic Mauroly. & Cat. sub die 2. Nou. Veranum Ep. adscribunt, cùm tamen is non Gaualitanus, sed Lugdunen. Ep. fuerit, atquè ab alijs Lugduni locetur.

Gaza, *Gazera* C. E. Palestinæ maritima quondam celebris, ac vnã ex V. primis Philistinorum vrbibus: cuius portas noctu Sanson sustulisse legitur. Inter Ascalonem, & Rhinocoruram in Ægypti confinio, ab Hierosolymis ad LX. M. distans, ab Ascalone XVIII. proxima Bersabeæ: qua finitur Iudæa, hodie diruta iacet.

26 Feb. Porphyrius Ep. S. Irenionis succ. sub Arcadio. *Metaphr.*

11 Apr

11 Apr. Barsanuphius Anachoreta sub Iustiniano. *Euagr. lib. 4.*
8 Sept. Eusebius, Neustabius, & Zeno fratres m̃. sub Iul. *Sozom. lib. 5.*
Nestor m̃. sub eodem.
16 Dec. Irenio Ep. *Metaphr.*
17 Florianus, & Calanicus cum alijs LVIII. m̃. sub Saracenis Heraclio Imp. *Maurol.*
19 Meuris, & Thea m̃.
* 15 Febr. Maior m̃. sub Diocl. *Menol.*
* 26 Barochas S. Porphyrij minister.

Gelduba, *Gelb* op. olim Germ. Infer. ad Rhenum flu. apud Nuessium, & Dusseldorpium, nunc pagus obscurus inter Nuessiũ, & Teutoburgium haud procul à Rheno.
20 Dec. Iulius m̃. *apud Vsuard.* qui Geldubæ in Thraciæ passum scribit: cuius tamen nullus ex scriptoribus meminit.

* Gemblacum, *Gemblours* op. Belgij cum monaster. in Brabantia iuxta Comit. Namurcen. confinia, inter Namurcum, à quo ad III. M. P. Belg. abit & Bruxellas duplo distantes. Ibi antiqua Bibliotheca.
* 23 Mai. Guibertus Abb. I. monast. autor, sub Othone Imp. *Mol. in Addit.*

Genua, *Genoua* C. A. Liguriæ maritima antiquissima, & præclarissima: totius oræ Ligusticæ caput. Resp. præpotens, Emporiumquè famosissimũ. Vrbs plena populo, & diuitijs: quibus & ædificiorum superbia omnibus Europæ vrbibus plane præstat. Curuo litori imposita, longis hinc inde suburbijs angustiam illius subleuantibus. Portum habet ingẽtem, vtinam magis tutum. Ipsa verò mœnium firmitate, & propugnaculis satis munita. Cuius ciues nobilissimi, ditissimi, ac plærique in alienis Terris Principes.
29 Iun. Syrus Ep. VII. ab Inno. II. Pap. in Archiep. I. consecratus.
28 Sept. Salamon Ep. I.
* 2 Mai. Valentinus Ep. V.
9 Iul. Felix Ep. VI.
13 Oct. Romulus Ep. VIII.
(Salamon, Valentinus, Felix: Ex *Tabul. eccles. Genuen.*)

Gnesna, *Sic vulgo* C. A. Poloniæ maioris, Limiosaleum Ptolom. ut creditur dicta, antiquorum Regum sedes, hoc quoquè tempore non obscura, inter colles, & paludes sita. Cuius Archiepiscopus Primas Regni, & Sedis Apost. Legatus est, eiquè magna pars episcoporum etiam extra Regnum paret. Media est inter Francfordiam ad Oderã in occ. ad XXVI. M. P. Germ. distantem, & Vuarsouiam ad Vistulam in ortum recedentem. Posnaniæ prȩclarissimæ vrbi proxima, ab ea in ortum VII. M. P. recedens à Cracouia in Arctos supra L.
12 Nou. Matthæus, Benedictus, Ioannes, Isaach, Christianus, & Barnabas fratres m̃. *Ex Hist. Polon. lib. 6.*

Gera, plurali numero, seu Gerrum, ut apud Ptol. C. olim E. fuit Ægyptum inter Pelusium, & Cassium apud paludem Sirbonidem. Pelusio ualde propinqua, ab eo in ortum ad L. stadia recedens, nunc *Mascli* dici putatur paruus vicus, & obscurus, apud Damiatam.
6 Ian. Nilamno reclusus, qui nè episcopus fieret, mortem à Deo sibi præcabatur, *Sozom. lib. 8.*

Germania, Europæ maxima regio Rheno, Danubio, Vistula, amnibus, & Oceano Germanico terminata. Quam Rhenus à Gallia; Danubius à Rhetia, Vindelicia, & Norico. Vistula à Sarmatia separant. Nunc Rhetia, Vindelicia, & magna pars Norici, quæ inter Danubium, & Alpes Rheticas, & Iulias continentur, Germaniæ attribuuntur. Sicuti & Germania superior, inferiorquè: olim ad Galliam spectantes. Partes illius, Frisia, Vuestphalia, Hassia, Franconia, Alsatia, Sueuia, Heluetia, Rhetia, Comit. Tyrolen. Carinthia, Stiria, Austria, Morauia, Slesia, Pomerania, Mechilburgia, Dania, Saxonia, Marchia, Lusatia, Misnia, Turingia, Voithlãdia, Bohemia, & Bauaria, vtraquè. Vrbes clarissimæ, Praga, Lubecum, Brunopolis, Erfordia, Colonia Agrippina, Francfordia, Argentoratum, Augusta Vindel. aliæquè permultæ.

13 Aug. Vuigbertus presby. *Bed. Tom. 7.*
28 Sept. Liob a V. sub Carolo Magno. *Sur. Tom. 5*
15 Oct. Tecla Abb. Eizingen. Ann. D. DCCXL. *Sur. Tom. 3.*
23 Mai. Victorinus Ep. Emitern. m̄. *Apud Gales.*
* 2 Febr. Hadeloga Abb. RhincKingen. *Trithem. lib. 3.*
30 Apr. Luitfridus Abb. S. Martini diœc. Constantien. *Ex Martyr. Benedict.* An. D. MXCVI.

Gerunda, *Girona* C. E. Hispan. Tarracon. antiqua, in Cataloniæ comit. apud Sambrocæ flu. ostia, media ferè inter Papirianum, & Barcinonem vtrinquè XIIII. M. P. Hispanicis distans, in Montis Ascensu, Vico, & Emporijs finitima, Templum habet augustum, & in eo Altare gemmis opertum.

18 Mart. Narcissus Ep. Augustanus, & Felix diac. m̄. sub Aurel. *Vas. in Chron.*
1 Aug. Felix m̄. sub Dioclet. S. Cucuphatis frater. *Thes. Conc. Tom. 2.*
* 6 Mai. Ioannes Ep. An. D. DCXXXV. *Moral. lib. 12.*
* Nonnitus Ep. S. Ioannis succ. *Moral. ibidem.*

* Gladbacum *GlabecK* op. Belgij in Ducatu Iuliacensi, inter Nuessium, & Ruremundam à quã ad IIII. M. P. Germ. in ortum distat, Nuessio propius, à Iuliaco in Boream IIII.

* 24 Aug. Sandoradus Abb. I. Gladbacen. An. Dom. DCCCCLXX. *Mol. in Addit.*

* Glasquum, quod & Glasconia, *Glasquo* C. A. Britanniæ II. seù Scotiæ ad Citeriorem Glotæ fluminis ripam, à proximo maris Hiberni litore in ortum ad XII. M. P. recedens, ab Edimburgo Regia in occ. ferè XL. M. Dumblanæ C. propior. Vrbs nobilis, opulenta, & Academia insignis.

* 13 Ian. Kentigernus Episcop. postea DCLXIII. Monachorum Abb. Eugenij III. Scot. Regis filius. An. Domin. DXC. *Mol. in Addit.*

Geth, Gy*belyn*, seù G*ibilyn*, C. olim Palæstinæ litoralis, ex V. Philistinorum vrbibus memorabilis, inter Ioppen, & Acharon vrbes proximas inde vix VIII. M. P. dissitas, nunc iacet, vt plærequè finitimæ desolata: manet tamen in ea exiguus vicus.

21 Sept. Ionas Propheta.

Gnossus, *Ginosa*. C. quondã E. Cretæ clarissima, & Minois Regia, adeò memo-

memorata, circa medium Insulæ sita, à Cyteo, seù Matris hac tempesta te Metropoli, & præcipua, ad XXX. M. P. totidem à Pantomatrio, & Rhitumna in Austrum recedens. Nunc pagus exiguus, vbi tanta ciuitas fuit.

10 Oct. Pinytus Ep. sub Antonino verò. *Euseb. lib. 4.*

Gortyna, *Gortyn*, C. olim E. Cretæ nobilissima, una ex tribus, quæ quondam maximæ, & præcipuæ fuerunt, ab Australi litore ad X C. stadia recedens, proxima Labyrintho, cui, quod Gnosso supra XXX. M. P. in circium distanti, quoquè contigit.

11 Apr. Philippus Episco. sub Antonino S. Pinyti Synchron. *Euseb. lib. 4.*

9 Iul. Cyrillus Ep. m̃. sub Diocl. seu Decio, vt alijs videtur. *Sur. Tom. 4.*

18 Sept. Eumenus Ep. cognomen. Thaumathurgus. *Menol.*

Gratianopolis, *Granoble* C. E. Gall. Narbonen. in Allobrogibus ad Hisaram flumen, quod suburbium ab vrbe diuidit, oualis quasi figurę hac tempestate celebris, optimèque munita, Regionis, hoc est Delfinatus, caput: vbi Senatus, Montes imminent, ad illorum radices sita in plano. Media inter Lugdunum, & Vapineum. à Lugduno X V. M. P. Gall. in Cæciam, à Vienna Metropoli. X. in ortum hibernum secedens, quantum paulovè plùs à Valentia in ort. æstiuum. Pontem habet lapideum structuræ admirandæ, nec longè abest Carthusia, Carthusianorum Cœnobium celeberrimum, ac opibus præstans.

1 Apr. Hugo Ep. primum Abb. seu Prior Carthusien. An. Dom. MCXXXII. *Sur. Tom. 2.*

Guletum, *Goleto* pagus, seu locus, vbi monasterium, in Irpinis, in Territorio Nuscensi, nulla re alia memorabilis; nisi quod ibi S. Gulielmus vixerit. Locus est in Vlteriore Principatu.

25 Iun. Gulielmus ord. Montis Virginis autor. An. D. MCXLII *Sur. Tom. 3.*

H

* HAdria, siue Adria sine aspiratione, *Atri* C. E. antiqua Aprutij in Vestinis colonia in arduo M. constructa, inter Vomanum, & Matrinũ amnes agrum Adrianum irrigantes, à proximo maris Adriatici litore VII. M. P. recedens, ab Interamnia, & ciuitate Pinnensi XII. M. P. plùs minus distans, Angolo propior, ab Aquila in Cæciam ad X X X. Ducatus titulo decorata.

13 Iun. Peregrinus Ep. Aternen. m̃. à Longobardis occisus sub S. Greg. Pap. *Cat. lib. 5.*

* Hadria altera, prius Atria *Adri*: ex qua mare Hadriaticum dictũ esse putãt. C. E. antiquissima Venetiæ olim ĩ mediterraneis, inter Padi ostia, eiusq; paludes, quæ VII. maria appellantur, Thuscorum colonia, media ferè inter Ferrariam, & Fossam Clodiam. XXV. M. plùs minus. Cuius nunc ædes paucæ super sunt, quas habitant piscatores: Ecclesia verò Cathedralis penè aquis submersa est. Episcopo moram Rodigij oppido præclaro ab urbe in occasum supra XV. M. dissito, agente.

Hadrianopolis, *Andrianopoli*, Turcicè *Endren* C. A. Thracię, ingens,

 & an-

& antiqua, ad Hebrũ flumen: ſuper quo pons mirus ex marmore Turcarum ante ademptam Chriſtianis Conſtantinopolim Regia: inter Philippopolim, & Byzãtium, à quo in occaſum diſtat ad CXL.M.P. à Philippopoli in ortum ad LVI. à Sophia ſupra CLX. Magnus hic Mercatorum numerus, ex Chriſtianis, & Iudæis.

11 Febr. Lucius Ep.m̃. cum ſoc. ſub Conſtantio. *Menol.*

15 Sept. Maximus, Theodorus, & Aſclepiodotus m̃. ſub Maxim. *Menol.*

22 Oct. Philippus Ep. Euſebius, & Hermes m̃. ſub Iul. *Ado.*

* Eutropius Ep.m̃. ſub Conſtantio.

* Liuius Ep.m̃. ſub eodem, Sancti Eutropij ſucc. *Athan. in Apologia.*

Fuit altera Hadrianopolis, C.E. olim clara Paphlagoniæ in mediterraneis, ſub Græcis Imp. florens.

26 Nou. Stylianus Anachoreta. *Menol.*

Alipius Cionita cum ſoc. ſub Heraclio. *Sur. Tom. 6.*

* Haguſtaldia, *Auſton* C. olim E. Albionis ad Thinum fl. in Regno Angliæ, apud Cheuiotæ montis radices, in Northumbriæ à Dunelmo: quò ſedes epiſcopalis eſt recepta, in circium ad XXX.M.P. diſtans.

7 Mai. Ioannes Ep. primum Haguſtalden. poſtea Eboracen. an. D.DCCXXI. *Bed. lib. 4. Bed lib. 5. Hiſt.* S. Eattæ ſucc.

* Eatta Ep. S. Cuthberti præceptor. *Beda lib. 4.*

* Acca Ep. Sancti Ioannis ſucc. primum Ep. Dommocen. *Beda lib. 5.*

Halberſtattum, quaſi Halberoſtadium, prius Pheugarcum. *Halberſtatc* C. E. Germ. magnæ in Saxonia ſuperiore in planitie, figura oblonga, ex regionis præcipuis, ad Archiepiſcopũ Magdeburgenſem ſpectans. Eccleſia Cathedrali, & collegio Canicorũ maximè clara, inter Brunopolim, & Mansfeldiam, à Magdeburgo in occ. hibernum III.M.P. Germ.

14 Mart. Mathildis Regina, Othonis I. mater. *Sax. Gramm. lib. 3.*

Mathildis altera V. Henrici I. Imp. filia, *Trithem. lib. 3.*

* Hildigrinus Ep. An. D.DCCCXXVII.) *Krant. lib. 1.*

Tiagrinus Ep. S. Hildigrini ſucc.)

Hamburgum, quaſi Hammæburgium, *Hamborurg* C.E. German. antiqua apud Albis fluminis oſtia in Holſatiæ, & Saxoniæ confinio. Vrbs ampla, potens, opulenta, portus, & Emporium, mercimonio clara, aliquando Saxoniæ Infer. & Holſatiæ Metrop. cui, in Archiepiſcopali dignitate Brema ſucceſſit, à Lubeco in occ. hibernum X.M.P. German. quantum à Brema fermè in Cæciam recedit, à Luneburgo, in circium VIII. à Brunopoli XXII.

3 Febr. Anſcharius Archiep. I. deinde Bremen. ſub Car. Magno. *Sur. Tom. 1.*

Hannonia, *Henault* Regio Belgij, Veromanduis, Atrebatibus, Catuacis, Eſſuis, ac Sylua Arduenna definita, olim ſaltus Carbonarius dicta, à Scalde, & Sabi flu. irrigata, ab occ. Arteſiæ, ab ortu Namurcenſi Comit. à Meridie Picardiæ partim, & Comit. Retelenſi, à Septentr. Brabantiæ, & ex parte Flandriæ contermina. In qua urbes claræ, cùm primis Belgicæ conferendæ Montes, & Valencenæ.

27 Sept. Hiltrudes V. ſub Pipino Rege. *Mol. in Addit.*

9 Oct.

9 Oct. Gislenus Ep.& Mon. sub Dagoberto Rege. An. Domini DCXL. *Sur. tom.* 5. Ex quo Fanum Gisleni op. ad Hanniam fl. ex monasterio creatum apud Montes nomen accepit.

Hasbania, *Haspengavv* Regiuncula Belgij in Brabantia inter Teneram, & Mosam, in qua Tungri, ad Leodiensem Episcopatum attinens, in ea pagus Hasbanicus, nunc op. primarium regionis; quod *S.Truyen* appellant. Medium inter Leodium, & Louanium, ad V.M.P. Belgica distans, à Tungrensi ciuitate vix III. in occ. recedens.

23 Nou. Trudo presbyt. An.D. DCLXX. Ex quo nomen oppido. *Sur. tom.* 6.

* 14 Iul. Libertus m̄. *Mol. in Ind.* dies hic est inuentionis.

Helenopolis, *Trapani* C. olim Bithyniæ E. in ora inter Nicomediam, & Nicæam: quæ cùm prius Drepanum diceretur, in Helenæ Magni Constantini matris honorem Helenopolis dicta est: Episcopali sede ornata. Cuius hoc tempore uix nomen durat. Est Helenopolis vrbs Germaniæ clarissima, & Empor. celeberrimum: quæ nunc Francfordia nominatur.

7 Ian. Lucianus presb. m̄. sub Maximiano, Nicomediæ passus, & hic sepultus. *Metaphr.*

Heliopolis, *Balbec* C.E. Cauæ Syriæ ad Libanum M. Antiquissima, quondam nobilis, media quasi inter Laudiciam, & Damascum, ad XL. M. distans, Cæsareæ Philippi quoquè finitima. Ad Libanum cognominata ad alterius Heliopolis differentiam: quæ in Ægypto apud Babylonem *Bethsemes* dicitur. Hic Dionys. Areopag. cum Apollophane Sophista, non Heliopoli in Ægypto, vt primus Cabilonen. falsò scribit, defectū solis in morte Christi Saluatoris nostri præter ordinē naturæ obseruat.

1 Mar. Eudocia m̄. sub Traiano. *Menol.*

29 Cyrillus Diac. m̄. sub Iuliano. *Theodor. lib.* 3.

2 Dec. Nonnus Ep. primum Edissæ. post Heliopolitanus: qui Concil. Chalcedonen. interfuit, & Pelagiam peccatricem conuertit.

Hellespontus, *Brazzo di S. Giorgio*, & *Stretto di Gallipoli* Angustia maris inter Europam, & Asiam, vbi Sestus, & Abydus, vsquè ad Propontidē: qua Xerses olim ex Asia in Europam innumerabilem hominum multitudinem traiecit. Huic pars Mysiæ in Asia adiacens, Hellespontia dicta est, & ad Hellespontum, & in Hellesponto. Cuius vrbes præclaræ quondam, Cyzicus, Parium, Lampsacus, Abydus, & Dardanum.

3 Ian. Cyrinus, Prim⁹, & Theogenes m̄. sub Licinio. *Mōb. to.* 2.

6 Sept. Onesiphorus m̄. Sancti Pauli Apost. discip. Ep. Colophonius. *Menol.*

Heraclea, quæ & Perinthus, *Heraclia*, & *Pantrio* C.A. Thraciæ ad Propontidem, media ferè inter Byzantium, & Callipolim apud Arzi flum. ostium, à Byzantio in Africum supra LXX.M.P. à Resista in ortum ad XXVI. Rædesto proxima, olim ex Thraciæ post Byzantium præcipuis: nunc sine mœnibus inst[illegible]r pagi.

7 Ian. Felix, & Ianuarius m̄.

13 Mai. Glyceria Romana m̄. sub Anton. *Metaphr.*

16 Sept. Sebastiana V. à S. Paulo Apost. conuersa. m̄. sub Domit. *Menol.*

14 Nou.

14 Nou. Clementinus Theodotus,& Philominus m̃. *Ex Adone.*
20 Baſſus,Dionyſius,& Orion.m̃. *Ex Bed.*
* 19 Mar. Theodorus Ep.doctiſſ. ſub Conſtant. Magno. *Hieron.de ſcrip.eccleſ.*
* 18 Nou. Cortherus & alij XL.m̃. Ex *Adone.*

Heraclea altera Pontica cognomine, *Penderachi* C.A. olim Bithyniæ Pontiuè litoralis apud oſtia Lyci amnis, inter Dioſpolim, & Pſyllium eiuſdem oræ vrbes,vltra Byzantiũ,& os ponti ad CC.M.P. citra Thiũ XXXVIII.Nunc ibi portus.

7 Feb. Theodorus ductor Militum m̃. ſub Licinio. Sepultus Euchaitis vrbe proxima *Metaphr.* Corpus Venetijs.
1 Sept. Ammon Diac.& XL.V.m̃. ſub Licinio. *Metaphr.* Ex Geſtis potius apparet eos paſſos Heracleæ Traciæ.
8 Iul. Aquila Ep.I.m̃.cum Priſcilla uxore. *Doroth.in Synop.*

Herbipolis, *Vuirtzburg*, C.E. German.magnæ in Franconia ad Mœnum fl.inter Francfordiam, & Noribergam: à Francfordia XVI. in ortum hibernum à Noriberga XII.M.P.Germ.diſtans,in occ.æſtiuum,à Bamberga in occidentem ad IX. Vrbs Regionis primaria,ampla,& vniuerſitate inſignis,cuius Epiſcopus Franconiæ Dux appellatur.

17 Mai. Bruno Ep.XX.An.D.MXLIIII.ab Innoc.IIII.Pap. inter SS.relatus. *Auent.lib.5.Annal.*
8 Iul. Chylianus Ep.I.à Conone Pap.ord.Colomannus presb. & Totnannus Diac.m̃. ſub Conſtantino Iuniore An. Domini DCLXVIII. *Sur.tom.4.*
14 Oct. Burchardus Britannus Ep.II.ſub Pipino Rege & Zacharia Pap.Obijt An.D. DCXCI. Hoemburgi pago apud Gemundam C.depoſito prius Epiſcopatu. *Sur.tom.5.*
* 11 Mar. Gumbertus Confeſſ. *Ex vita S.Burchardi.*

Herefordia, *Herfurd* C.E.Albionis in Vuallia,ad Logi,& Veij fluminum confluentiam, in Angliæ, & Vualliæ confinio. Herefordienſis Comitatus caput.Illam Claudiana caſtra, Vigornia,Salopia, & Landaua vrbes proximæ ad XX. & XXX. circunſtant. Media inter Conuentriam Angliæ vmbilicum,& Maridunum olim Regum Vualliæ Regiam, hac quoquè tempeſtate Regionis Conuentum Iuridicum. à Lõdino in occ. æſtiuum ſupra C.M P.diſtans.

2 Oct. Thomas Ep.An.D.MCCLXXXVII. à Io. XXII.Pap. in SS.numero adſcriptus. *Sur.tom.5.*

Herius Inſula, *l'Isle di Rez*, Inſula Galliæ Celticæ, adiacens Pictonum finibus in Oceano occiduo inter Luxionam,& Rupellam, vrbes finitimas, Luxionæ propior. Vbi Fanum S. Martini op. ac Benedictinorum Cœnobium celebre.

20 Aug. Philibertus Abb.Gemmeticen. S. Audœni epiſcopi Rotomagen.Synchr.An.D.DCXLIX. *Sur. tom.4.*

Hermopolis, *Benisuaiff.* C.E.Ægypti ad Nilum quondam nobilis,media penè inter Memphim Ægypti ſuperioris Regiam, & Thebas inferioris Metropolim, ad CL. M. P. diſtans, à Babylone, ſiuè Cayro in Auſtrum ad CXX. M. quæ hoc tempore parua eſt, at elegans, & opulenta.

13 Mar. Sabinus m̃.ſub Diocl. *Metaphr.*

* 18 Apr. Apollonius Abb.& presbyter CCCC.Mon. sub Iuliano. *Heraclides.*

* 29 Dec. Perpetuus Ep.& Dauid mon. *Cat.lib.2.*

Hibernia, *Irlanda* Insula Oceani occidui Albioni, hoc est Angliæ,& Scotiæ proxima,ab eis in occasum recedens, à Scotia quidem uix XX. M. P.distans, à Vuallia verò occidua Anglici Regni Prouincia duplo. Figura oblonga inter Austrum,& Septentriones,ac in æquali constans.Longa ad CCC.M. Lata vix C.Anglia ; cui subest haud minor , in quatuor Regiones diuisa,Laginiam ad ortum,Connaciam ad occasum,Momoniam ad Austrum,& Hultoniam in Septentriones. Quatuor in ea Metropoles , Armaca ; cuius Archiepiscopus Totius Insulæ primas est, Tuama , Dublinum, & Casella . Vrbes episcopales,cùm tota foret Catholica L. Vrbes hac tempestate nobiles,Dublinum,Vuaterfordia,Corcagia,& Limmericum.Flumem præcipua Senus,Birgus,Boandus, & Argita,Syluis abundat,& lacubus, Incolæ agrestes;Sed qui sub Anglis, mitiores.

1 Feb. Brigida V. Anno D. DXVIII. *Sur.tom.* 1. Quæ licet in Martyrol.nouo Rom.ponatur in Scotia, vixit tamen, & obijt in Hibernia.

17 Mar. Patritius Ep.Armacanus.Sancti Celsi suc. *Sur.tom.*2.

6 Apr. Celsus Ep.Armacanus An.D.MCXXVIII. *In vita* S.*Malachiæ.*

24 Egebertus presb. S.Sampsonis Episcopi Dolen. Synchr. *Bed.lib.*7.

19 Oct. Ethbinus Abb.Tauracen. seu Necten.Syluæ.S.Similiani disc An.D.DCX.*Cat.lib.*8.

14 Nou. Laurentius Ep. *Sur.tom.*6.

18 Mar. Christianus Abb.Mellifontis,postea Archiep.An. Domini MCXLVIII. *Ex vita* S. *Malachiæ apud* S. *Bernardum.*

6 Mai. Eadbertus, siue Egbertus Ep.

* Cœngenius Ecclesiæ Glindacen.fundator. *In* S.*Laurentij Episcopi* D*ublinen.*

8 Cataldus Ep.Corpus Tarenti.vbi obijt.

5 Aug. Vsualdus Angliæ Rex. apud Rhebam. M*aurol.* quem tamen decipi puto.Cum in Anglia decesserit.

Hierapolis Phrygiæ,C E.quondam celebris,inter Laodiceam Cybiram , & Apamiam, proximas eiusdem Tractus vrbes. Antiochiæ quoquè ad Mæandrum finitima.Quæ an nostra extet tempestate,mihi est incompertum,tametsi nonnullis *Alepia* nunc dici videtur:sed hæc longius à Laodicea,cui Hierapolis ad VI.M.P. vicina erat.

8 Ian. Apollinaris Ep.sub M.Anton. An.D.CCLXXX. *Hieron. de script.eccl.*

22 Feb. Papias Ep.Ioannis Apost. discip. ac Polycarpi Sodalis. *Eus.lib.*3.

1 Mai. Philippus Apost. m̄. *Metaphr.* Corpus Romæ.

* Philippus alter Propheta.

22 Oct. Abercius Ep.m̄.sub M.Anton. *Metaphr.*

* Hierapolis altera Syriæ, C.E. quæ & Bambyca, *Aleppo.* His temporibus maxima,

maxima, & ampliſſima, ac ex primis Turcici Imperij, vbi ingens mercatorum numerus, ad Singam flumen, qui in Euphratem labitur, medio ferè interuallo inter Euphratem, vbi Berſima, C. & ſinum Iſſicum, vbi Iſſus C. tridui itinere vtrinque diſtans, à Tripoli ad C. M. P. in ort. æſtiuum, Antiochia circa medium occurrente, à Damaſco in Septentriones ſupra CL.

* Beryllus Ep. *Ex primo Cabilonen.*

Hieroſolyma, *Gieruſalem*, & Turcicè *Cutz*, C.P. notiſſima, toto orbe Iudææ Metrop. & Regia, olim ex primis orbis vrbibus, mediam ferè inter Mare Mediterr. vbi Ioppe: à qua XL. M. in ortum diſtat, & Aſphaltidem Lacum. Inter Damaſcum, à quo in Auſtrum ad XL. M. P. Germanica recedit, & Babylonem Ægypti: à qua in Septentriones páulò remotior eſt, bidui ſcilicet itinere, olim gemino colli impoſita, valle intercedente, Figura oblonga, longequè maior. Nunc circuitur IIII. M. P. Caluario M. qui olim extra vrbem erat, medium ciuitatis occupante. Nulla re, ex quo in Turcarum poteſtatem venit, niſi Sepulchro Chriſti Saluatoris noſtri: ad quod uiſendum ex omnibus gentibus quotannis confluunt, alijſquè locis ſanctis memorabilis.

30 Ian. Matthias Ep. VIII. poſt Iacobum Apoſt. ſub Adriano. *Euſeb. lib.* 4.

18 Feb. Symeon filius Cleofæ Ep. m̄. ſub Traiano. S. Iacobi Apoſtol. ſucc. *Euſ. ibidem.*

19 Zambdas Ep. ex Gentilibus XV. *Euſeb. lib* 7.

10 Mar. Macarius Ep. ſub Conſtant. Magno. affuit Concil. Nicæno. *Sozom. lib.* 1.

11 Sophronius Ep. *Menol.*

17 Ioſeph. ab Arimathia: quem in Scotia deceſſiſſe quidam tradunt.

18 Cyrillus Ep. XVI. ſub Damaſo Pap. & Theod. Imper. *Hieron. de ſcrip. eccleſ.*

25 Latro bonus: nomine Diſmas. *Cat. lib.* 3.

19 Apr. Paphnutius m̄. *Menol.*

1 Mai. Iacobus Apoſt. frater Domini in Euangel. appellatus m̄. *Metaphr.*

4 Cyriacus Ep. Anna mater, & Ammonius Incantator m̄. ſub Iul. *Cat. lib.* 4. vbi Legitur Cyriacum Iudam fuiſſe Crucis inuentorem.

5 Maximus Ep. IIII. ex Gentibus. m̄. ſub Maximino. *Sozom. lib.* 2.

4 Iul. Helias Ep. Exul ſub Anaſtaſio Imp. *Niceph. lib.* 17.

5 Athanaſius diac. m̄. ſub Valēte pro Conc. Chalcedonen. *Menol.*

25 Iacobus Apoſt. frater Io. Euangeliſtæ m̄. ſub Herode. *Suidas.*

23 Aug. Zachæus Ep. IIII. poſt Iacobum Apoſt. *Euſeb. lib.* 4.

1 Sept. Anna Propheteſſa. *De qua S. Ambr lib. de Vid.*

8 Oct. Symeon Senex: qui Dominum in vlnas ſuſcepit. *Ado.* Item Pelagia cognom. pœnitens. Sub Theod. Iuniore. *Niceph. lib.* 14.

9 Andro-

9 Andronicus, & Athanasia vxor. *Menol.*
21 Marcus Episcop.I. ex Gentibus m̄. sub Hadriano. *Euseb. lib.4.*
Item Maria Salome: cuius mentio fit in Euang. *Vsuard.*
29 Narcissus Ep.XI. ex Gentibus. ann.CXVI. *Euseb.lib.6.*
26 Dec. Stephanus Protom. vnus ex VII. primis diac. Ex *actibus Apost.*
29 Dauid Rex & Proph. Ex *2. & 3.lib.Reg.*
31 Melania iunior, monasticam vitam cum viro suo Piniano professa.S. Augustini Synchrona. *Metaphr.*
* 30 Ian. Alexan. Senex Ep.XII. ex Gentibus m̄. sub Decio. *Catal.lib.1.*
* 22 Apr. Triginta Monachi m̄. sub Cosdroa Pers. Rege. Ex *Annal.Burch.*

In Cat.XXXII.Ep. Hierosolymitani Sancti recensentur, ex Iudæis XV. quorum primus Iacobus Apost. postremus Iudas: Et ex Gentibus reliqui: quorum primus Marcus: vltimus Ioannes.

* Hildesheimum, quæ & Hildesia, prius Ascalingium, vt quibusdam videtur, postea Bennopolis de nomine S.Epi. dicta. *Hildesheim* C. E.Germ. magnæ in Saxonia ad Lemum fl. qui in Visurgim fluit, inter Brunopolim, à qua in hibernum occ.ad V.M.P. Germ. abit, & Hamelam, Hanoueriæ propior, Goslariæ, Eimbecæ, & Mindæ vrbibus finitima. Ecclesiæ Indumenta, Turris, & Campanæ nusquàm prætiosiora: antequàm Hæretici omnia pessundarent.

20 Nou. Bernvvardus, siue Bertuualdus Ep. XIII. Sancti Bennonis Epi. Misnen. Synchr. An. Domini MXXIII. *Sur. Tom.6.*
* 4 Mai. Gothardus Ep.XIV.An. D.MLVIII. ab Eug.III. Pap. in SS.vel Nobilem fœminam: qua bona ecclesia occuparat ad certam diem, qua ipse moriturus erat, citauit coram Deo, ac ita contigit. *Sur.Tom.3.*
Alefridus Epis.An. Domini DCCCLXXV. *Crant.lib. de Metropol.*

Hippo Regius, *Bona*, C. olim E. Africæ propriè dictæ apud Rubricati flum. ostium. inter Tabracham, & Aphrodisium Romanas Colonias, media inter Cullu ad occ.& Tabracham ad ortum ad LX. M.P. distantes, à Carthagine in occa.supra CC. M. recedens, à Cirta, in Aquilonem, & Cæciam ad C. Quondam Clara, nunc mediocriter habitata.

26 Ian. Theogenes Ep.m̄. cùm alijs XXXVI.sub Valeria.S. Cypriani Epi.Carthaginen.Synchr. *Vsuard.*
28 Aug. Augustinus Ep.Doct.maximus, & lumē eccl. *Sur.Tom.4.* corpus Papiæ.

* Hirsaugia, Pagus Germaniæ. Vbi celebre ac ingens Benedictinorum monasterium: quod diù floruit sanctitate, postea opibus.

23 Mar. Bruno Abb. XIIII. An.Domini MCXXI. *Ex Martyrol. Bened.*
* 5 Iul. Gulielmus Abb.XII. An. Domini MXCI.) Ex *Chron.*
25 Oct. Ruthardus Mon.An.Domini DCCCLXV.) *Hirsaug.*

Hispalis, *Seuilla*, seù *Siuiglia* Italis, C. A. Hispan. Bæticæ maxima ad alteram Bætis ripam in plano, forma oblonga, nonnullis ædibus editiore loco constructis. Templa habet augusta, & ædes publicas splendidissimas. Vrbs est opulentissima, & amplissima supra XXX. M. ædium continens. Emporium ingens, quò merces maximè ex orbe nouo, Auri, & Argenti ac Margaritarum ingens copia deferuntur. Ab ostio Bætis, per quem aduerso flumine naues etiam ingentes ad vrbem perducuntur, ad XV. M. P. Hisp. in Boream, à Granato altera Bæticæ Metropo. in occ. ad XXXVI. à Toleto in Austrum, seù Libonotum LXXII. à Barcinone in Africum ad CLIIII. ab Vlyssipone in Cæciam LXIII.

23 Febr. Florentius m̄. sub Diocl. vt quidam scribunt cum tamen. An. CCCCLXXXV. passus referatur. Alij confess. faciunt. *Thes. Conc.*

27 Febr. Apud Moral. lib. XII. ad diem 12. Mart. S. Leander reponitur. Leander Epi. qui Gothos ab Arianismo conuertit, S. Greg. Pap. amicissimus.

4 Apr. Isidorus frater, & succ. S. Leandri, doctiss. Ep. sub Sisebuto Rege. S. *Greg. lib.* 3. *Dial. Sur. Tom.* 2. Corpus Legione.

13 Hermenegildus Leouigildi Regis filius, m̄. sub patre Ariano. *Flos SS.*

2 Mai. Felix diac. m̄. Ex *Breu. Tolet.*

20 Iun. Florentia V. SS. Fulgentij Leandri, & Isidori Episcoporū soror. *Thesau. Conc.*

4 Iul. Laurentius Ep. m̄. sub Totila. An. D. DXLIIII. apud Bituriges. Caput Hispali. *Thes. Conc.*

19 Iul. Iusta, & Rufina V. m̄. sub Diocl. Corpus apud Cyntiliā. *Thes. Conc.*

Ambr. Mor. sub die 17. Cæsaraugustæ eas adscribit.

8 Oct. S. Petrus m̄. *Vsuar.* ignoratur tempus passionis.

23 Seruandus m̄. vna cum S. Germano passus Gadibus, sub Dioclet.

Hic Maurolycus ad 12. Febr. Macarium, Rufinum, & Iustum figulos m̄. & ad diem 10. Dec. Carpophorum presby. & Abundium diac. m̄. passos refert, cùm manifestissimum sit, illos Romæ, istos Spoleti passos esse.

Hispania, *Spagna* Regio Europæ notissima, & maxima. Mari vndique quasi Chersonesus perfusa; nisi qua Pyreneis M. tanquàm Isthmo Galliæ continenti nectitur. Longa inter occ. & ortum, supra CC. M. P. Hispanica. Lata non minus CLXXX. In tres olim ingentes partes diuisa. Tarraconensem, Bæticam, & Lusitanam, nunc in plura Regna, & regiones contributa. Cataloniam, Aragoniam, Nauarrham, Quipuscuam, Biscaliam, Asturias, Gallæciam, Portugalliam, Vandalitiam, Granatam, Murciam, Valentiæ Regnum, Nouam Castellam, Extremaduram, & Castellam Veterem. Exactis Mauris quattuor habuit Reges, Aragonium, Nauarrhæum, Castellanum, seù Legionensem, & Lusitanum. Res ad duos tantum sub Ferdinando vltimo, Castellanum & Lusitanum redacta; postremò sub Philippo II. Austriaco, tota vnico subdita est Regi. Vrbes cùm primis Europę cōferendo, Vlyssipo, Hispalis, Granatum, Toletum, Valentia, Cæsaraugusta, Barchino, Vallisoletum, Burgi, Salmantica; Amnes nauigabiles, Iberus, Durius, Tagus, Anas, & Bætis; Montes, Py-

reneus, Idubeda, Orthospeda, ex quibus quamplures alij generantur.

3	Mar.	Henriterius, & Cheledonius m̄. *Tur.lib.de glor.mart.*
30	Apr.	Petrus Mon. m̄. cum soc. Cordubæ. *Flos SS.*
22	Mai.	Quiteria V. m̄. passa in Gallia, quo tẽp. S. Dionys. Areop. *Ex Thes. Concion. Tom. 2.* Corpus Toleti. Vbi de ea die 29. agitur.
23		Epitacius Ep. & Basilius m̄. *Flos SS. In Hisp. agitur* de his die 25.
10	Iun.	Crispulus, & Restitutus m̄. *Flos SS.*
22	Aug.	Fabricianus, & Philibertus m̄. Toleti. *Flos SS.*
26		Victor m̄. apud Burgos sub Mauris. An. D. DCCCCL. *Vas. in Chron.*
1	Sept.	Vincentius, & Lætus m̄. apud Toletum. *Ex illius Breu.*
23		Xantippe, & Polyxena Apostol. discipulæ. *Metaphr.*
23	Oct.	Seruandus, & Germanus m̄. *Thes. Conc. Tom. 2.*
30		Claudius, Lupercius, & Victorius fratres m̄. sub Diocl. S. Marcelli Filij, apud Legionem. *Thes. Conc.*
21	Nou.	Honorius, Eutychius, & Stephanus m̄. apud Astam.
27		Facundus, & Primitiuus m̄. apud Ceam fl. sub Diocl. corpora apud Sahagun. op. Palentinæ diœc.
11	Dec.	Eutychius m̄. apud Gades. *Flos SS.*
15	Ian.	Bamba Rex. XXXIV. An. D. DCLXXXIII. *Mor. lib. 12.*
6	Febr.	Fulgentius Ep. sub Inuigio Rege. *Thes. Conc. Tom. 2.*
1	Mar.	Rodesindus Ep. Iriensis, deinde Abb. Cellæ nouæ. *The. Cõc.*
* 7	Mai.	Gregorius Ep. ostien. apud Verouescam. An. Domin. M. *Thes. Conc.*
17		Celerina Regina. *Vas. in Chron.*
21	Aug.	Iulius, & Iulianus. *Ex Maurol.*
1	Nou.	Hermenegildus mon. apud Salsedam op.
		Et alij complures; de quibus suo loco.

* Hispellum. *Spello* C. Vmbriæ antiqua olim E. Fulginio ad II. M. P. proxima, euntibus Assisium occurrens, in colle constructa, vbi aliquot antiquitatis, præsertim Amphitheatri vestigia manent, episcopatus illius in episcopatum Spoletinum transijt.

18	Mai.	Felix ep. Hispallen. non Spoletinus, qui vixit tempore S. Marcellini Pap. & concil. Sinuessano interfuit. *Ex lib. Conc. General.*
* 25	Apr.	Fidelis Conf.) *Ex Annalibus* Hispelli. M.S.
* 3	Mai.	Ventura Conf.)

Hollandia, olim Batauia, *Hollanda* Regio Belgij intra Rheni fl. Brachia, & Oceanum Germanicum contenta, quam Batauorum Insulam Plinio dici volunt. Ei ab ortu Menapij, & Sicambri, seù Geldrienses incũbunt, ab Occasu Oceanus, à Meridiè Insulæ Selandiæ, & Brabantiæ, à Septentrionibus Frisia Occidentalis, Fliuobacu, seù sinu intercedente. Comitatus est amplissimus, & nobilissimus, atquè ob Maris oportunitatem opulentissimus. Dici vix potest, quàm frequentes vrbes, & oppida habeat: Clariores, Traiectũ inferius, quod aliquando Antoniana dictum est, Dordracum, Harlemum, Amsterodamũ, Lugdunum, Delphi, Gouda, Enchusia, Alcmaria, Rotirodamum, & aliæ, superiore ætate à Rege

Hiſpano, cui parebat cùm toto fermè Belgio, defecit. mirumquè eſt, quod bellum tandiù aduerſus potentiſſimum Regem, ſuſtinere potuerit.

25 Iun. Adelbertus Britannus dioc. S. Vuillebrordi epiſco. diſc. *Molan.*

* 17 Aug. Hieron Scotus præsby. m̄. *Molan. in Addit.*

Homeritæ, populi Arabiæ Fel. quorum regio in ora maris Rubri ad ortū extra ſinus Arabici anguſtias ſita eſt, diciturque *Regno d'Aden*, ab vrbe Regia, primariaque olim Arabiæ Emporium, ex qua in Indiā ſoluitur.

27 Iul. SS. Martyres incendio necati ſub Dunna Tyrrano Hebræo. *Metaphr.*

24 Oct. Aretas, & ſoc. CCCXL. in quibus mater, & filius quinquennis incendio traditi ſub eodem, Iuſtino Imp. *Me nol.* Qui ijdem cum ſupradicta.

* Horta, quæ & Hortanum Plinio. *Horti.* C.E. Hetruriæ in finibus Faliſcorum apud Tiberim fl. inter Viterbium, & Narniam, ferè media, Ameriæ, Vtriculo, vrbibus Sabinorum, Faliſcæ, Falariæ, & Feſcenniæ Faliſcorum propior, vrbs modica, ſaxoquè impoſita, à Faliſca, ſiue Galeſio ad IV. M.P. à Viterbio ad XIV. plus minus diſtans.

* 5 Mai. Landus S. Feliciſſimæ V. frater, m̄. *Ex lib. qui Fabrica Hortana inſcribitur.*

* 15 Eutitius præsby. m̄. ſub Claudio Imp. *Suetani in Horten. Diec. corpus, & acta*; M.S.

Hor Mons, Arabiæ Petreæ, in Nabatheorū finibus, ultra Petram C. à qua Arabia hæc Petrea dicta fuit, in via, qua Iſraelitæ ex Ægypto in Palæſtinam profecti ſunt, obuium, eis deſertum Cades.

1 Iul. Aarō ſum. ſacerdos, & primus ord. Leuitici. *Ex lib. Deute.*

Huum, quod & Huionum apud Tac. *Hoye* C. Gall. Belg. in Eburonum finibus ad Moſam flumen, quod à ſuburbio vrbem ponte diuidit. Vrbs ampla, ab Hunnis, vt creditur, condita, Academia inſignis, ad Leodienſem epiſcopatum ſpectans. Media inter Namurcum, & Leodium, ab eis V. M.P. Belgicis æquediſtans.

* 7 Mai. Domitianus Ep. Leodien. *Mol. in Addit.*

Hus, Regio Palæſtinæ, in Arabiæ confinio, inter Lacum Geneſareth, & Damaſcenorum regionem, in Cœleſyria, vbi Capitolias vrbs olim præcipua: quæ nunc *Sueth a* vocatur.

10 Mai. Iob Prophetæ. *Ex proprio lib. Iob.*

* Hydruntum, *Otranto* C. Salentinorum A. in Iapygia: quæ tunc *Terra d'Otranto* dicitur. litoralis apud Leucā prom. ſaxoſæ rupi impoſita, cū arce in ſaxo munitiſſima, vrbs antiqua, & quondā nobilis, ex qua nomen regioni poſtea inditū, à Brundiſio in ortum L. M.P. ab Aletio dimidio interuallo diſſita, à Neapoli in eandem plagam ad CCL. M. recedens, ab Apollonia vrbe Epirotica, ſeù ab Acroceraunijs M. L. tanta eſt maris Hadriatici anguſtia, & Græcia tantùm ab Italia diſtat.

12 Iul. Epiphania V. m̄. ſub Diocl. *Ex lib. SS. Regni Neapol.*

* Octingenti m̄.

* Hyrcania, *Diargument* Aſiæ Magnæ regio, in Regno Perſarum ad Caſpium mare; quod & Hyrcanum ex illa dictum eſt, inter Mediam ad occaſum incumbentem, & Margianam ad ortum, atque inter Parthiam,

thiam, à Meridie finitimam, & mare prædictum à Septentrionibus finiens. In qua vrbes quondam claræ, Hyrcana Metrop. Amarusa nunc præcipua, Adrapsa, & Mæsoca, Barange hac tempestate vulgo *Starabas*, vt putatur, vrbs magni nominis est, & Emporium præclarum, ab Ecbatanis in ortum itinere mensis dissita.

8 Apr. Asyncritus, vnus ex LXXII. disc. Ep. Hircanus. *Doroth. in Synop.*

* Herodion Asyncriti socius.

I

IBeri, & Iberes, *Giorgiani* Populi Asiæ magnæ, inter mare Euxinum, & Cæspium, Colchis, Armenis, & Albanis finitimi, per quos Cyrus fl. & Iberus fluit: & quorum iberia regio, cui à Meridie Armenia maior, incumbit, à Septentrionibus Sarmatia, Montosa valdè. Vrbes quondam Claræ, Harmastis, Artamissa, & Zalissa, quæ nunc etiam Regia est. *Scander* dicta.

15 Dec. Christiana ancilla, sub Constantino Magno. *Suidas, & Niceph. lib.* 8.

Iconium *Cogni* C.E. Cappadociæ, Lycaoniæ Metrop. apud Tauri M. qui Isauriam, & Cappadociam à Cilicia discriminat, radices, ipsa tamen in planitie sita, inter Larandam, & Achatharam. Vrbs etiannum clara, ac optimè habitata, forma quasi circulari, Regionis, cui nomen tribuit, primaria: vbi Satrapa Turcicus ius dicit, tametsi habitatores magna ex parte Christicolæ sunt, Græci ritus, & Hebræi: qui mercaturam ibi exercent.

29 Mai. Conon, & puer XII. ann. m̄. sub Aurel. *Ad. & Cat. lib.* 5. vbi passi Nicomediæ referuntur.

21 Iun. Terentius Ep. m̄. *Menol.*

10 Iul. Apollonius m̄. *Menol.*

11 Marcianus m̄. *Menol.*

12 Sept. Curonotus Ep. m̄ *Menol.*

23 Thecla V. m̄. sub Neroni. Seleuciæ Consumata. *Metaphr.*

10 Nou. Tryphenna, & Tryphosa, à S. Paulo Apost. cum S. Thecla conuersæ.

23 Amphilochius Ep. Basilij Magni, & Greg. Nysseni, Synchr. quorum vitam scripsit. *Hieron. de script. eccles.*

* 4 Iun. Quadraginta quatuor m̄. à SS. Quirico & Iulita conuersi sub Alex. Imp. *Cat lib.* 5.

Ilerda, *Lerida* C.E. Hisp. Tarrac. antiqua ad Sicorim fl. in plano cum Ecclesia Cathedrali editiore loco sita, forma oblonga, nob. Cataloniæ Academia, media pene inter Barcinonen. & Cæsaraugustam. XXII. M. P. Hisp.

27 Aug. Licerius Ep. *Ex Moral. lib.* 12.

Illiberis, C. olim A. Hisp. Bæticæ apud Granatum: quæ illi successit, diruta. Vide Eliberis.

24 Apr. Gregorius Ep. doctissimus. *De quo S. Hieron. in lib. de scrip. eccles. & S Isidorus.*

Illiturgi,

Illiturgi, *Anduiar* C.olim E.Hiſpan.Bæticæ, ad Bætis amnis citeriorem ripam,media fermè inter Cordubam: à qua in ortum æſtiuum XII. M. P.Hiſp.& Biatiam ad orientem Solem uergẽtem, Caſtuloni vrbi apud Marianos M.dirutæ,& Gienæ,ſiuè Oningi proxima,ad VI. ſeù VII. M. à Toleto in Auſtrum ad XXXVII.ab Hiſpali Metropoli in ortum æſtiuum ſupra XXXII.Vrbs eſt in plano haud obſcura.

15 Mai. Euphraſius Ep.I. Illurgitanus,ab Apoſt.ord. *Theſ. Conc.*

Illyricum, *Schiauonia* Regio Europæ,nota,& ampla,inter Sauũ fl. qui à Pannonia eam diſterminat à Septentrionibus , & Hadriaticum ſinum à Meridie contenta,ab ortu Myſiæ, & Macedoniæ confinis ab occaſu Iſtriæ,in Liburniam;quæ in occidentem Solem vergit,& Dalmatiam: quæ in orientem,diuiſa.Arſia flumen diuidit ab Italia.Drilo à Macedonia: Titus Liburniam à Dalmatia ſeparat. Regio Montoſa magna ex parte,ac ægrè poſtquam in Turcarum poteſtatem venit,habitata , Auſtriaci Principes Liburniam fermè totam tenent.Veneti,Dalmatiæ orã. Vrbes,quæ quondam floruere,Enona,Iadera, Salona, Epidaurus , Sidrona,Narona, hoc tempore Epidaurus claret, Iadera, & Scodra.

14 Aug. Vrſicius m̃.ſub Diocl. *Menol.*

18 Flotus,& Laurus, cum Proculo , & Maximo Magiſtris . m̃.*Menol.*Galeſ.ſcribit eos in Dardania paſſos.

India, *Sic etiam vulgo apud Italos. Indoſtan.* Incolis,Regio Aſiæ magnæ ampliſſima inter orientales,quam Indus fl.ab occaſu à Gedroſia,Arachoſia,& Paropamiſo diuidit,Serus à Sinis ab ortu . Ab auſtro oceanus, à ſeptentrionibus Imaus,ſiuè Emodes M.Ganges illam in duas ſecat.Citeriorem,quæ & intra Gangem dicitur,& vlteriorem,quæ extra Gangem nominatur. Vtraquè in Regna plurima,eaquè potentiſſima diſtinguitur.Citerioris oram maritimam tenent Luſitani magna ex parte, in qua Goa ipſorum Colonia,Metropolis,& Regia munitiſſima . In vlteriore Malacam Regiam,& Emporium præcipuum,fruſtra contra nitentibus finitimis Regibus poſſident.

3 Aug. Monachi plures m̃.cum alijs ſub Abennir Rege. *Damaſc.* m̃.*vita SS.Barlaham & Ioſaphat.*

27 Oct. Frumentius Ep.à S.Athanaſio ord. *Theodoret.lib.1.*

27 Nou. Barlaham,& Ioſaphat apud Perſas. *Ex Damaſc.*

Interamna, *Terni* C.E. Vmbriæ,ad Narem fl.interfluentem,in planitie , inter amnis memorati cornua: quæ res nomen attulit vrbi . Vrbs antiquiſſima, & quondam maior & eius ruinæ teſtantur:quæ Romanis aduerſus Hannibalem opem tulit: vti Liuius autor eſt: Narniæ propinqua ad VII.M.P.in via Flaminia inter Narniam,& Spoletum, à quo XII.M.P.abeſt.

Interamna, ſeù Interamnia altera, *Teramo* C.E.Aprutij,in Præcutiorum finibus,intra colles Apennini M.cui id nomini contigit:quod inter Iuuantium,& Viciolam amnes,ad eam confluentes,ſita ſit. Media inter Aſculum Picenorum,& Adriam eiuſdem regionis vrbem,ad XII.M.P. quot à Iuliola op. & Iuuantij fl.oſtio, diſſidet , ab Aquila duplo ferè interuallo,quanto ab oſtio Truenti,recedens.

14 Feb. Valentinus Ep.m̃.ſub Claudio. *Momb.tom.2*

Item Proculus, Ephebus, & Apollonius M. ſub eodem.

15 Agapes V.m̃. *Vſuard.*

Item

Item Saturninus, Castulus, Magnus, & Lucius m̄.

14 Apr. Proculus Ep. m̄. sub Totila Goth. Rege. *Cat. lib.* 1. quem Gales. Narniæ passum die 1. Decemb. scribit.

17 Aug. Anastasius Ep. *Ex tab. eccles. Interamnen.*

1 Dec. Proculus Ep. m̄. quem alij Narniæ passum scribunt. Alij eundem putant, cum eo, qui Bononiæ ad primam diem Iunij colitur. Sed hic miles, non Episcopus fuit.

* Eberardus Ep. *Ex tab. eccles.*

Isauria, Asiæ minoris Regio, partem Galatiæ, Pamphyliæ, & Lycaoniæ complectens, ab Isaura vrbe nomine accepto, cuius vrbes Antiochia, quæ Pisidiæ dicitur, (est. n. Pisidia Pamphyliæ sub Isauria comprehensa) Metropolis, Isaura, Lystra, Derbe, Laranda, Olbia, & aliæ complures.

16 Mai. Aquilinus, & Victorianus m̄. *Vsuard.* Gales. Heraclium & Paulinum addit.

24 Aug. Tatio m̄ sub Diocl. *Menol.*

19 Nou. Azas, & Socij CL. milites, m̄. sub Diocl. *Menol.*

Istria, siue Histria cum aspiratione. *n. r.* Italiæ Regio extrema, quasi Peninsula in Hadriaticum mare excurrens, intra Sinus Tergestinum, & Flanaticum intercepta interuallo XL. M. P. quantum emetiri inter dictos Sinus, seù inter Formionē: qui à Carnis Istros separat ad occasum, & Arsiam: qui ad ortum à Liburnis disterminat, recto itinere contingit. Ora inter memoratos amnes maritima ad CC. M. P. circuitur. Iapodes, ab Aquilone Alpibus hærent. Vrbes hac tempestate extantes, sunt, Ægida, siuè Iustinopolis, Noua ciuitas, Parentium, & Pola, in Mediter. Petena. Op. quæ prius vrbes erant, Pucinum, Piquentum, & Aluona.

24 Mai. Zoellius, Seruilius, Felix, Siluanus, & Diocles m̄. sub Humer. *Ex Adone.* Gales. tantum Seruilij, seù Seruuli meminit: quem Tergeste passum ait.

* 19 Oct. Austerus, Neapolus, Sussius, Ianuarius, Festus, & Desiderius m̄.

Italica, *Siuiglia la vecchia*, & Hispanis *Seuilla la reia* C. olim Hisp. Bæticæ E. quæ & Ilipa dicta est, in Conuentu Hispalensi non ignobilis, nam Amphitheatri, ac aliorum ædificiorum nobilium manent vestigia trans Betim flumen ab Hispali, locus VI. M. P. abest.

25 Aug. Gerontius Ep. I. m̄. Apostolis missus. *Ex Breuiar. Toletano.*

Iudæa, *n. r.* Palæstinæ Regio notissima, in Meridiem spectans, inter mare Mediterraneum, ac Asphaltidem lacum perstricta, à Septentrionibus Samariæ, à Meridie Arabiæ Petreæ, & Ægypto contermina. Cuius vrbes, Hierosolyma, Hiericus, Diospolis, Nicopolis, Eleutheropolis, & aliæ.

14 Ian. Malachias Propheta.

15 Habachuch, & Michæas, Prophetæ.

24 Feb. Matthias Apost. *Niceph. lib.* 2.

19 Mar. Ioseph S. M. V. Sponsus, in Valle Iosaphat.

20 Ioachim pater eiusdem M. V. *Ex Damasc.*

9 Apr. Maria, Cleophæ Soror B.V.
6 Iul. Esaias Propheta m̄. sub Manasse Rege *Ioseph. lib.* 10. *Antiq.*
20 Ioseph Cognom. Iustus Ep. Eleutherop. ex LXXII. *Eus. lib.* 3.
26 Anna mater B.M.V. *Damasc. lib.* 4. *de Orth. fid.*
20 Aug. Samuel Propheta: cuius ossa Byzantium dilata sunt. Arcad. Imp.
29 Io. Baptista præcursor m̄. sub Herode, Caput Romæ. Cineres Genuæ.
6 Sept. Zacharias Propheta sepultus apud Aggæum Proph.
5 Nou. Zacharias pater Io. Baptistæ.
Item Elizabeth eiusdem Io. Bapt. mater.
3 Dec. Sophonias Propheta.
29 Dauid Rex, & Propheta.

Iulia, quæ & Fidentia Iulia vocata est *Borgo S. Donnino* C.E. Galliç Togatæ in Æmilia, recens Episcopali sede decorata, inter Placentiam, & Parmam, inde XX. M.P. inde XV. distans, Ducis Parmensis: à quo firmissimis mœnibus vallata fuerat; sed mutata sententia ea deijci cœpta sunt. A Cremona paulo supra XX. M. in Euronotum recedit.

9 Oct. Domninus m̄. sub Maximiano. *Cat. lib.* 9. Ex quo nomen est vrbi.
* 13 Mar. Guido Abb. Monast. Pomposiani. Ex *Martyrol.* Benedict. An. D. MXLVI. Corpus Parmæ.

Iura M. *S. Glaude* Op. Gall. Celt. in Sequanis, ac in Burgundiæ Comit. iuxta Equestrium confinia, in Monte Iura, apud Danium fluuium, inter Geneuam, & Vesuntionem: à quo in Euronotum supra. XVIII. M. P. Gallica recedit, à Geneuo in boream vix dimidio Lausanæ propius. Ibi Monasterium Iurense celiberrimum, cuius Abb. ditissimus est, ac oppido dominatur.

1 Ian. Eugendus Abb. SS. Lupicini & Romani disc. sub Iustino Imp. *Sur. tom.* 1.
28 Feb. Romanus Abb. I. prius Heremita. in Terr. Lugdunen. *Sur. ibid.*
6 Iun. Claudius Ep. Vesuntinus. Curpus ibi, ex quo nomen oppido.

* Iustinopolis, Ægida Plin. *Cauo d'Istria* C. E. Histriæ à Conditori, seù instauratore sic dicta. Prima regionis, & caput eiusdem Peninsulæ instar vndique mari irrigua, ac Continenti iuncta ponte satis longo. Hinc inde colles Vinetis & Oliuis exuberantes assurgunt. Tergesto ad X. M. P. propinqua in ortus recedens hibernos, Sale, & Oleo abundans.

* 19 Iun. Nazarius Ep. & patronus. *Ex tab. ecclesiæ* Iustinopolitanæ.

* Iuuauia, *Saltzburg* C.A. Norici ad Iuuauium fluuium, suburbium ab vrbe ponte coniungente, pars colli apposita, figura longiuscula, ampla, potens, & nobilis mercimonio, cuius Archiepiscopus ditissimus est, ac Imperij Princeps. Hæc cùm ab Herulis solo æquata fuisset, Sancti Ruperti Episcopi, opera reædificata, *Saltzburgum* dicta Metropolis, & Archiepiscopalis sedes totius Bauariæ constituta fuit. Ab Oeniponte in

Cæcium

Cæciam XVIII.M.P.Germ.ab Aug.Vindel.in Eurum XXII. à Ratispona in Euronotum XX. à Patauio in Meridiem XIIII. quo à Monachio in ortum distans. Maximus Ep. cum LV.Clericis m̃.sub Herulis. Ann. D.CCCCLXXVI.

L

* LÆtiæ, *Lessen* op. Belgij in Hannonia, in Brabantiæ confinio, apud Atum op. & Gerardi Montem op. Brabantiæ, ad Teneram amnem haud procul orientem, à Tornaco in Cæciam ad V. M.P. Belgicæ, à Montibus VII.ferè in Septentriones distans: vbi monasterium Virginum S.Lamberto dicatum.

27 Sept. Hiltrudes V.monial.An.D.DCC. *Mol.in Ind.*

Lambesa, *Lambesca* C. olim E. Africæ propriè dictæ, Mediterranea ad Ampsagam fl.apud M. Audi radices, in Regno Tunetano, à Cirta, seù Constantina in Austrum ad LX.M.P. à Cullu vrbe maritima ad amnis prædicti ostia ad CLXXX.ab Hippone CLX.plùs minùs distans.

30 Apr. Marianus lector, & Iacobus Diac.m̃. sub Decio. *Sur tom.2.*

Lampsacus, *Lampsico*, & apud Turcas *LepseK* C. A. maritima Asiæ propriè dictæ, in Mysia ad Hellespontum; contra Callipolim Europæ ciuitatem, ab ea in ortum VI.M.P.mari distans, apud Granici fl.ostia, inter Parium, & Abydum: quondam celebris: hodie sub Turcis obscurior.

15 Mai. Petrus, Andreas, Paulus, & Dionysia m̃.sub Decio. *Sur. tom.* 3. Solus tamen Petrus hic passus est: reliqui Troade.

* 7 Feb. Parthenius Ep. *Metaph.*

* 15 Mar. Abrahaminus Abb.& Maria neptis in Territ. *Sur.tom.*2.

Laodicea seu Laudicia, *Liche* C. A. Syriæ maritima quondam clara post Orontis fl.ostia, inter Heracleam, & Gabalam proximas vrbes, ab Antiochia in Africum supra LXX.M.P.distans, ad Libani M.radices, nunc penè iacens. Altera Laodicea Syriæ Scabiosa cognomine, inter Emisam, & Damascum, ab Emisa in Austrum ad XX.M.recedens.

11 Mar. Trophimus, & Thalus m̃.sub Diocl. *Menol.*

25 Pelagius.Ep.Exul sub Valente, interfuit Conc.Antiocheno, & Constantinopolit. *Theodoretus lib.*4.

3 Iul. Anatolius Ep. *Euseb lib.*7.

11 Sept. Diodorus, Diomedes, & Didymus m̃. *Menol.*

2 Nou. Theodotus Ep. *Euseb.lib.*7.

18 Dec. Theotimus, & Basilianus m̃. *Ex Beda.*

* 10 Mar. Anatolius Ep. Alexandrinus sub Probo & Caro Imper. *Hieron de scrip.eccles.*

Laodicea Asiæ, *Laudichia* C. E. Lydiæ, seù Cariæ, in confinio enim est vtriusque, ad Lycum flu. à quo ad aliarum vrbium huius nominis differentiam cognominatur, apud Mæandrum. Vna ex VII. Asiæ vrbibus, quæ fidem Christianam primùm receperunt. Olim præclara, ac post Ephesum aliarum Asiæ vrbium nobilissima, Conuentus finitimarum iuridicus, inter Hieropolim, & Antiochiam, à Philadelphia in Austrum supra XL.M.P.distans.

6 Oct. Sagar Pauli Apostoli discip.Ep.m̄.sub Marc. Ant. Vero. *Euseb.lib.4.*
8 Artemon presb.m̄.sub Diocl. *Menol.*
* 9 Diodorus. *Ex Adone.*
* Lucius Ep.I.vnus ex LXXII.disc. *Doroth in Synop.*

* Laranda, *n.r.* C.E.Cappadociæ ad Taurum M.quo Lycaonia à Cilia separatur,inter Iconium Lycaoniæ Metropolim:à quo in Meridiem,& Eurum,ad XXX.M.P.recedit,& Domitionolim vrbem Ciliciæ.Derbæ proxima, ex Cocuso, olim Regia Caramani Principis ante Turcarum aduentum,nunc Turcici præfecti sedes.vrbs natura situs munitissima.
23 Aug. Domnina, & Theonilla, Claudius, & Asterius m̄. sub Diocl. *Metaphr.* Gales.addit Neonem duobus posterioribus,quos Ægeæ Lyciæ passos refert.Sed forte error fuit Librarij:qui Lyciæ pro Ciliciæ scripsit.

Latiniacum, *Laigny* seu *Lagny* op. Gall. Belg. ad Matronam fl. in Bria regione inter Lutetiam Parisiorum,& Meldas,à Lutetitia in ortum hibernum VI.à Meldis in occ. V. M. P. gallicis distans. Com. & Abbatia celebre.
* 3 Dec. Eloquius Hibernus Abb. sub Clodoueo Rege. Corp. in Mon. Vualsiodoren. *Sur.tom.6*
* 9 Mai. Mombolus Abb.S.Fursei succ.An.D. DCLXX. *Ex Martyrol.Benedict.* Corpus Lagniaci.Alij ad diem 18. Nouem.referunt.

Latium, *Campagna di Roma* Regio Italiæ inter Tiberim ; quo ab Hetruria separatur,& Lirim : quo à Campania & Samnio diuiditur, contenta, Aniene à Sabinis , & Sabinis , & Apennino à Præcutijs secernentibus. Multos populos complectitur; in ijs Volsci,vbi Terracina:Hernici, vbi Anagnia,Marsi,vbi Alba;Æquicolæ,vbi Alba lõgæ , & Vicus Varronis, Gabij vbi Gallicanũ inter ostia Tiberina,& Liris ad LXXX.M. P. Longitudinis habens,per oram maris Tyrrheni.
14 Oct. Bernardus Ep. Arpini. *Vbi acta illius m.s.seruantur.*

Laubiæ, *Lovves* op.alias & C.E.Belgij in Hannonia cum monasterio insigni, apud Binchium eiusdem Tractus op. præclarum, à Montibus in Eurum ad IIII.M.P.Belgica dissidens, vbi Monasterium quondam numero, ac Sanctitate monachorum insigne. Nunc pagus est semedirutus iacens corporibus SS.Binchium translatis.
19 Apr. Vrsmarus Ep. II. An. D. DCCXIII. Corpus Binchij. *Sur tom.2.*
25 Herminus Ep.III.An.D.DCCXX. *Sur.Ibidem.*
24 Iun. Theodulphus Ep.IIII.Laubien.deinde Rhemen.electus. *Trithem.lib.3.*
4 Feb. Vuilgisus Ep.V.& Ab.Laubien. *Mol.in Addit.*
9 Amoluinus Ep.VII.circa An.D.DCCLXXXIII. *Mol.*
* 23 Iun. Hidulphus Dux postea Abb. & Ep. Laubien. C. An. DCXVIII. *Mol.*
10 Iul. Amelberga vid.Abb.Malbodien. Corpus Binchij. *Mol.*
5 Aug. Abel primum Abb.Laubien.deinde Ep.Rhenen.VI. sub Zacharia Pap. *Gales.*

Laus,Cognomento Pompeia. *Lodi.* C.E.Insubriæ ad Abduam flumẽ,in Gallia,

Galliæ, seù Lombardia Transpadana, ad Mediolanensem Ducatum attinens; antiqua, forma fermè rotunda, à Veteri vrbe ad V.M.P. dissita. Media inter Mediolanum, & Placentiam vtrinque XX.M. absens, à Mediolano in orientem Solem recedens. Agri vbertate omnibus Italiæ antecedens.

19 Ian. Bassianus Ep. sub Hon. Imp. S. Ambrosij: cuius funus ille curauit, synchr. *Momb. tom.* 1.

30 Sauina matrona: quę Corpora SS. Naboris & Felicis Mediolanum transtulit.

10 Apr. Daniel m̄.
4 Mai. Titianus Ep.
16 Iun. Feredus m̄.
4 Iul. Albertus Ep.
* 11 Vguzo m̄. — *Ex Tab. Eccles. Laudensis.*
24 Iulianus & Soc. m̄.
27 Gualterius Confes.
12 Oct. Iulianus Ep.
17 Clemens presb.

Laudunum, *Laon* C.E. Gall. Belg. in Picardiæ, & Campaniæ confinio, inter vrbes Picardiæ censa in M. iugo, constructa, inter Suessiones, & Veromanduos, ab Augusta Suessionum in Aquilonem VIII. M.P. Gall. à Lutetia Parisiorum ad XXX. dissidens, à Rhemis Metropoli supra X. à Nouiomo in ortum. VI. Vrbs egregiè munita, & nobilis, cuius Ep. ex Galliæ XII. Principibus vnus est, & Dux.

22 Sept. Salaberga Abb. An. D. DCXL. *Cat. lib.* 8.

21 Oct. Cilinia S. Remigij Ep. Rhemen. mater. *In illius vita.*

1 Mai. Marculphus Conf. in terr.
5 Sept. Genebaldus Ep. à S. Remigio ord.
23 Nou. Gobertus Conf. in terr.
* 13 Dec. Othilca V. An. D. DCC. quæ baptizata lumen recepit. Ex *Maurol.* quem circa locum falli arbitror: Nam in Martyrol. Rem. Argentorati migrasse habetur.

Laura, *S. Saba* Locus Palæstinæ, apud Iordanis fl. citeriorem ripam, inter Tiberiadis lacum, & paludem Asphaltidem: vbi Monasterium ingens à S. Saba Abb. constructum: in quo plurimi Monachi nutriebantur, ab Hierosolymis in ortũ æstiuũ ad XXX. M.P. distans. In duas Nouam, & Veterem diuisa, locus hodie ob Arabũ frequẽtes incursiones desertus.

22 Apr. Theodorus Archimandrita auctor monasterii apud Lauras. *Metaphr.*

6 Mai. Io. Damascenus presb. sub Leone Isaurico. Iconoclausta. qui tamen Constantinopoli decessit.

16 Mai. Monachi plures m̄. sub Saracenis Heraclio. Imp. *Menol.*

29 Sept. Quiriacus Anachoreta. S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani synchr. *Metaphr.*

5 Dec. Saba Abb. sub Iustiniano Imp. S. Euthimii Abb. synchr. *Metaphr.*

* 28 Sept. Chariton Iconien. Mon. sub Aurel. *Metaph.*

Laureacum, *Lorch* C. olim E. & Metropolis, antiqua Norici apud Danubium, nunc solo æquata, manet monasterium apud Anisum C. & flu. in

R 2 Austria,

Auſtria, haud procul ab amnis antedicti cum Danubio commixtione. Ea incenſa ſub Carolo Martello, ſedes Archiepiſcopalis Pataui̇um Vrbem Bauariæ transducta, tandem Saltzburgum Car. Mag. Imp. recepta fecit. Medio ferè itinere inter Flauianam Auſtriç Regiam: à qua in occ. hibernum ad XXIIII. M.P. Germanica abeſt, & Ratiſponam, à qua paulo magis in ortum hibernum recedit, à Lintio VI.

4 Mai. Florianus m̄. ſub Diocl. in Aniſum flumen præcipitatus, Corpus Cracouiæ: Extat pagus apud locum paſſionis de martyris nomine appellatus. *Cat lib.* 4.

Quadraginta m̄. ſub eodē. S. Floriani Socii. *Cat. ibid.*

* Ledona, *Ledon* Inſula parua cum Monaſterio Brabantiæ intra Netham amnem in Machlinien. diœc. apud Lyram & Ariſcotū, & Herrentalſiā.

11 Oct. Gummarus Conf. ſub Pipino Rege. *Sur. tom.* 5.

Legio, *Leon* C.E. Hiſp. Tarracon. antiqua, Legio VII. Germanica prius dicta, ad Eſtolam amnem non longè profluentem, in ampla planitie, oblonga, in duas muro diuiſa, antiqua Regū Caſtellanorum ſedes, nobilis, templo elegantiſſimo, arteque mirabili conſtructo, clara, nec mediocriter habitata. Media quaſi inter Valliſoletum, & Duetum, hinc inde XXII. M.P. Hiſp. diſtans. à Burgis in occ. ſupra XXX. à Compoſtello in ortum æſtiuum duplo, ab Aſturica in Cæciam IX. à Zamora in Septentriones ad XX. à Toleto in Corum, ſeù circium ad XL.

3 Mar. Hemiternus & Chelidoni⁹ m̄. ſub Diocl. *Theſ Cōc. tom.* 2. quos alii Calagurii paſſos ſcribunt: vbi coluntur.

26 Iun. Pelagius adoleſcens in Cordubæ ſub Arabibus paſſus. *Theſ. Conc.*

11 Sept. Vincentius Abb. m̄. ſub Gothis Arianis S. Leandri Epiſcopi Synchr. *Theſ. Conc.*

30 Oct. Claudius, Lupercius, & Victorius fratres m̄. ſub Diocl.

11 Feb. Martinns presb. Can. reg. *Ex Breuiar. Legion.*

26 Iun. Hernogius Ep. An. D. DCCCCXXV. ſub Rege Ordunio. S. Pelagii m̄. patruus. *Theſ. Conc.*

11 Sept. Ramyrus Mon. m̄. cum S. Vinc. Abb. paſſus. *Theſ. Conc.*

* 3 Oct. Froylanus Ep. IIII. An. D. DCCCXXV. Corpus ibi, cum SS. Albiti & Pelagii. *Theſ. Conc.*

30 Albitus Ep. S. Froylani ſucc.

Nonia S. Marcelli centurionis vxor m̄. cum filio infantulo. *Maurol.*

Lemouici, qui & Lemouices apud Plin. *Limoges* C.E. antiqua Gall. Celt. ſiuè Aquitanicæ, ad Vigenā fl. pars colli impoſita, oblonga, & anguſta: plena populo, mercimonioquè pollens. Lemouicenſis regionis caput. Pictonibus, Biturigibus, & Petragoriis finitima. Media inter Aurelіam, & Toloſam, à qua in Septentriones ad L. M.P. Gallica recedit, à Biturigibus Metropoli in libonotum ad XL. à Lutetia ad LXXXVI.

30 Iun. Martialis Ep. I. à S. Petro Apoſt. ord. vnus ex LXXII. diſc. Corpus ibidem, maxima veneratione cultum. *Turonen.*

Item Alpinianus, & Auſtri Chinianus presb. S. Martialis Socij. *Cat. lib.* 5.

6 Nou.

6 Nou. Leonardus S. Remigij Epis. Rhemen. disc. conf. in pago Nobiliaco. *Sur. Tom. 6.*
9 Dec. Valeria V. m̄. sub Vespasiano. *Catal. libr. 9. ex vita S. Martialis.*
* 13 Feb. Stephanus Abb. & auctor monasterij Graudimonten. in Territorio. *Sur. Tom. 1.*
22 Mai. Lupus Ep. Ex *Tab. eccles. Lemonicen.*
25 Aug. Aradius conf.

Leocata, prius Gela, *Lalicata* C. Sicil. quondam clara, apud ostia Gelæ amnis, in ora meridionali circa medium, inter Agrigentum, & Callipolim, ab ea in ortum hibernum ad XII. M. P. recedens, ab hac verò in occ. ad XVIII. intra memorati amnis ostia, quasi insula contenta haud procul à veteri Gela: cuius ruinæ in proximo colle apparent. Ab Enna Siciliæ vmbilico in Austrum, & libonotum ad L. M. distans.
5 Mai. Angelus Carmelita m̄. ab Hæreticis occisus. *Ex ord. Carmel. Annalib.*

Leodium, quod & Legia *Liegi* & Germanice *LuicK* C. E. Belgij Eburonum metropolis ad Mosam flu. vrbs maxima, collibus, & vallibus distincta, cuius Episcopus ditissimus est: nam XXIIII. vrbibus, siuè maius oppidis dicere pleno iure dominatur. Mosa fluuio interluitur, ædes publicæ, maximè sacræ, quarum ingens in numerus, elegantes, clerus copiosus, & diues, populus mercaturæ deditus. Media ferè inter Coloniam Agrippinam, à qua in occa. ad XVI. M. P. Germanica distat, & Bruxellas. A Lymburgo in occa. IV. à Traiecto superiore in Meridiem totidem, ab Aquisgrano: in Africum VI. Tungrensi C. in episcopatu successit.
10 Sept. Theodardus Ep. m̄. An. D. DCLV. *Sur. Tom. 5.*
17 Lambertus Ep. Tungren. m̄. S. Landoaldi disc. An. Domi. DCX. *Sur. ibid.*
3 Nou. Hubertus Epis. S. Lamberti succe. sub Lud. Pio Imp. *Sur. Tom. 6.*
13 Ian. Iuta V. in Terr.
5 Apr. Iuliana Mon. V.
21 Vuolbodo Ep. XLVIII. Tungren. Leodiē. vero XIX. An. D. MXX. Statura quasi gigantis. *Mol. in Addit.*
26 Floribertus Ep. XXXI. Tungren. & II. Leodien. S. Huberti filius & succ.
* 1 Mai. Euermarus m̄. sub Pipino. in Territ. apud Mosa. *Sur. Tom. 3.*
7 Maldeberta V. S. Aldetrudis soror. Abb. III. Malbodien. An. D. DCXII. *Mol. in Ind.*
11 Sept. Vinciana V. in Territ. *de qua in vita S. Landoaldi presby.*
8 Oct. Eloquius Ep. corpus Dinati.
18 Monou Scotus Heremita. m̄. à latronibus apud Leodiū occisus. An. D. DCXL. *Mosander. lib. 7.*
21 Nou. Albertus Ep. corpus Rhemij.

Leótini, & Leontinū apud Diodorū, & alios: *Lentini* C. Siciliȩ antiquissima olim E. in ora ad Orientē Solē inter Pelorū, & Pachynū, quasi mediū tenēs apud Lacū, à litore V. M. P. distās īter Catanā, & Syracusas, à quib. in

Septen-

Septentriones ad XXX.M.P. recedit, quæ ferè ab Enna,& Plutia, in ortum abest, Catanæ propior, pars in colle,pars in valle,Gorgię famosissimi Rhetoris patria.

10 Mai. Alphius, Philadelphius, & Cyrinus fratres m̄. sub Licinio. *Maurol. Acta ibidem*, passi sunt Mesopoli pago olim Leontinorum.

12 Iul. Epiphana m̄. sub Diocletia. corpus Hydrunti in Salentinis.

27 Aug. Euthalia V. m̄. *Menol.*

10 Dec. Mercurius, & Socij milites m̄. sub Licinio. *Acta in eccl. Leont.*

* Leona, *S.Pol* C.E.Gall.Celt.in Britannia minore,in ora litorali,quæ Cornubiæ regioni obuertitur Angliæ, inter Briuatem portum, & Trecorium,à Maclouio in occ.ad XII.M.P. Gall. à Rhedona: quæ Regionis est caput,in circium ad VII.

* 12 Mar. Paulus Ep.à quo nomē nunc est vrbi.An.D.DC.S.Sampsonis ep. Dolen. synchr.

* Leopolis, *S. Leo* C. E. Vmbriæ in finibus Senonum,in rupe prærupta M. Feretrani constructa,exigua; sed natura, & arte munitissima, ac inexpugnabilis, inter Vrbinum, sub cuius Ducatu continetur, in occa. ad XX. M. P. distans, & Sarsinam, ab Arimino in Meridiem paulo minus recedens.

* 1 Aug. Leo præsby. à S. Gaudentio episcopo Ariminen. ordin. *Ex M. S.*

* Goluenus, Ep. S. Pauli succ. *Ex Roberto Cenali. lib.2. Periocheri.*

Leptis magna, *Lepede* C.olim E. Africæ propriè dictæ apud Syrtim paruam,Tripoli,quæ & Neapolis valdè proxima: quæ res in causa fuit, vt hæ vrbes aliquando pro eadem caperentur, dicitur magna ad vlterius Leptis,quæ Rhuspinæ, & Adrumeto finitima est,differentiam. Manet adhuc obscura,quasi pagus,apud Tripolim, vt aiunt Barbariæ, à litore parum introrsum recedens.

13 Iul. Eugenius Episco.Carthaginen. m̄. sub Vuandalis. *Vict. libro 2.*

24 Dec. Lucianus,Metropius, Paulus,Zenobius, Theotimus, & Drusus m̄. *Ex Adone.*

16 Oct. Martinianus,& Saturianus,cum duobus fratribus,& Maximo V. m̄. sub Geinserico Rege. *Vict.lib.1.*

Item Ducenti vigintiduo m̄. sub Vuandalis. *Vict.ibidem.* Maurol.scribit Ducenti Septuaginta.

Lerinum, Lerina apud Plin. *S.Honorato* Insula cum oppido Gall. Narbonen. contra Vari flum. ostia, apud Antipolim. Hic Benedictinorum Cœnobium olim florentissimum, & Abbatia valdè nobilis, & opulenta.

16 Ian. Honoratus Abb.I.Lerinen. deinde Ep. Arelaten.ex quo nomen est loco. *Sur.Tom.1.*

24 Mai. Vincentius presby. sub Martiano Imp. qui scripsit contra Hæreses.An.Domini CCCCXL. *Gennad.lib.de vir. Illustr.*

1 Iun.

1 Iun. Caprasius Nicomedien. Abb.S. Honorati Epis.Arelaten. synchr. Sur. *Tom.7.*
12 Aug. Porcarius Abb.cum D.Mon.m̄.sub Geinserico Rege. *Sur.Tom.4.*
3 Sept. Aigulphus Abb. & Monachi Socij m̄. An. Dom. DCLX. *Sur.Tom.2.*
28 Dec. Antonius mon. *cuius vita S.Ennodius Ep.Papien.scribit.*
29 Mai. Conon Abb.An.D.DG.
* 3 Sept. Arnulphus Abb. } *Ex Tab.eccl.Lerinensis.*
22 Florentius Abb.
18 Nou. Anselmus Abb.

Monasterium Lerinense archiepiscopos SS. XII. protulit. Episcopos totidem. Abbates X. Monachos IV.Confess. Martyres C V. *Prout ex Tabulis illius.*

Lesbos, quæ & Mitylene *Metelin* Insula Maris Ægæi Æolidi,quæ est Asię propriè dictæ regio, contra Cene promont. & Caici fl. ostia, & Adramytium C. adiacens,ac à dicto prom. VII. duntaxat M. P. in occ. dessidens,circuitu CLXVIII. Montosa admodum, marmore Lesbio clara, olim VIII. vrbibus constabat,quarum Mitylene A. & metropolis,in ora orientali è regione antedicti promontorij, portu satis tuto, & capaci: vbi Turcicæ classis pars detinetur; prædicta, sita est Lesbos inter Chiū in Austrum ad LX.M. distantem, & Tenedum in boream totidem ferè M.recedentem, à Lemno verò in Eurum paulò remotior.

5 Apr. Quinque Adolescentes m̄. *Menol.*
* 20 Nou. Theoctiste: quæ in Insula Paro decessit. *Metaphr.*

Lexouium, *Lisieux* C. E. antiqua Gall.Celt.in Neustria, siuè Normandia apud M.radices,inter Rothomagum Metropolim: à qua in occ. hibernum ad XIII.M.P.Gall.distat,& Sagium,aliquanto propius, vti Alenconium. Ebroicensi quoquè vrbi,vt Rothomago finitima,Ad fluuium indè XV.M.P.Gallicis exorientem, ac post XII.Oceano illabentem.

Libya, *Biledulgerid* Regio Africæ, vtriquæ Mauritaniæ, Africæ, & Cyrenaicæ, contermina, Atlante M. intercedente,& separante,ab ortu Marmarica, ab occ.Oceano Atlantico, à Meridie Terra Nigritarum definita; vbi nunc amplissimæ solitudines,& raræ vrbes.

8 Ian. Theophilus diac.& Helladius m̄. quos Gales. in Græcia passos scribit.
17 Apr. Paulus Abb. D.Monach. *Heraclides in vit.SS.Patr.*

* Lichefeldia, *Lychfel* C. E. Albionis in Angliæ Regno,ad Deruentionem flu.media quasi inter Oxonium,& Cestriam,ad XL.M.P.distans. Conuentriæ,cui episcopatus copulatus est,& Vigorniæ proxima ad XX.M. P. à Londinio in Cæciam ad XCV.in Derbiensi Com.

* 2 Mart. Ceaddas Ep.prius Eboracen.deinde Lichefelden. An. D. DCXC. *Bed.lib.4.Hist.*

Lincolnia, quæ prius Lindum, *Lyncolne* C. E. Albionis antiqua, Merciorum Regia,ad Garienum flu.media inter Elyam,& Eboracum,ad L.M. P.ab eis distans,à Londinio in Sept.supra C.M. P. dissidens. Quæ ante sedem Regni Londinij constitutam cùm magnificentia omnes anteiret, hodie obscurissima omnium effecta, antiquum splendorem amisit.

17 Nou.

17 Nou. Hugo ex Mon.Carthusiano Ep. Lincolnien. sub Henrico II. Rege. *Sur.Tom.6.*

Lindisfarna, *Farnylant*, & *Holyllond*, idest sacra Insula Albionis contra Tuedæ fl. Angliæ Regnum à Scotia distinguentis ostia exigua, cùm C. eius nominis olim E. adeò continenti proxima, vt mari refluente sicco vestigio adeatur. Vrbe autem vastata, sedes episcopalis Dunelmum recepta est. Erat autem Merciorum Metrop. multa sanctitate fulgens.

2 Mart. Ceadas Ep. S. Aidani succ. An. Domini DCLXIV. *Bed. libro 3.*

20 Cuthbertus Ep. An. D. DCLXXXVIII. *Bed.lib.4.*

6 Mai. Eadbertus Ep. Sancti Cutberti succ. An. D. DCLXVIII. *Bed.ibid.*

31 Aug. Aidanus Ep. An. D. DCLI. *Bed.lib.3.*

13 Oct. Colomannus Ep. m̄. in Austria. Circa. An. D. DCLXV. *Trithem.lib.4.*

* Finanus Ep. S. Aidani succ. An. D. DCLXI. *Bed.ibid.*

* Edeluinus Ep. sub S. Osualdo Rege.

Lingonæ, Lingones antiquis scriptoribus, *Langres* C. E. antiqua Gall. Celt. in Vogesi M. iugo, vbi is ad occ. finitur, in Lotharingiæ, Campaniæ, & Burgundiæ confinio sita. Media ferè inter Trecas Campaniæ vrbem: à qua in Eurum ad XXII. M. P. Gall. recedit, & Vesuntionem Sequanorum metropolim propiorem A Lutetia Parisiorum in Eurum ad LVIII. M. P. distans. Caluo M. Graiaco, & Vesulio finitima. Huius Ep. Dux est, ac vnus ex XII. Regni Gallici Proceribus.

4 Iun. Gregorius Ep. XVI. sub Theodorico Rege. Ex *Turon. in Vit. patrum.*

17 Speusippus, Eleusippus, & Meleusippus fratres m̄. cum Louilla matre, & Leonilla auia sub Aurel. Ex *Ad.*

2 Apr. Vrbanus Ep. qui pro vitium conseruatione inuocari solet. *Mol.in Add.*

23 Mai. Desiderius Genuensis patria Ep. m̄. cum multis alijs in sub Vuandalis. An. Dom. CCCCXI. *Cat.lib.5.* Extat in Campania vrbs nob. ex eo dicta.

20 Aug. Bernardus Abb. I. Claraualllen. An. Domini MCLIII. *Sur. Tom.4.*

19 Sept. Sequanus præsby. in Territo. vbi op. apud Sequanæ flu. ortum, de illius nomine dictum. *Turon.de glor.confess.*

4 Ian. Siluester Ep. *Turonen.de glor.confess.*

13 Aug. Hanulphus Ep. XXXI. circa An. D. DCC. *Mol.in Add.*

* 19 Sept. Turbo m̄. qui trium germanorum supra memoratorum passionem script. Ex *Maurolyco.*

25 Ceolfridus Abb. An. D. DCCXVII. *Trithem.lib.3.*

Lipara, *Lipari*, Insula maris Siculi inter Siciliam, & Brutios, seù Calabriam Citeriorem. Aeoliarum præcipua, à Liparo Rege: qui in ea regnauit, appellata, circuitu XVIII. M. P. media inter Hieram, & Strongylen, à propiore Siciliæ continente XX. M. in boream recedens, Italiæ propior. Alumen fert, vrbem habet eiusdem nominis E. à Bonifacio Pap. episcopali sede donatam sub Archiepiscopo Messanensi.

18 Iun. Calogerus mon. *cuius* S. *Greg. Pap.lib.4.Dial.meminit.*

* Lismora, siue Lesmora *Lysmore* C. E. Hiberniæ, in Momonia, quæ regio ad Austrum vergit, ad Auenmorum fl. sub Casellensi Archiepiscopatu, ab eo in Meridiem ad XX. M. P. recedens inter Vuaterfordiam, & Corcagiam, à qua in ortum æstiuum ad XV. M. distat à Vuaterfordia paulo remotior in occ.

* Malchus Ep. S. Malachiæ episcopi Donen. disc. An. D. MC. *Cuius S. Bernardus in vita S. Malachiæ meminit.*

* Locæ, *Loches* Pagus cum arce munitissima Gall. Celt. in agro Turonensi, ad quam Reges reos grauiores custodiendos destinare solent. Ibi Monasterium Locense ad Angerem, fluuiolum quondam celebre à S. Vrso Abb. Constructum inter Bellilocum, & Aniani Fanum, oppida proxima, atque inter Turones, & Castellionem ad Indrum.

* 18 Iul. Vrsus, & Leubetius Ab. sub Alarico Reg. *Turo. de vit. Patr.*

* 24 Oct. Senoch Abb. An. D. DCLXXX. *Sur. tom. 5.*

* Locri, *Gieraci* C. E. Calab. Infer. maritima, & antiquissima, apud Zephyrium prom. constructa, olim totius Magnæ Græciæ, imò totius Italiæ (Roma excepta) nobilissima, & potentissima. Hæc postea Hieracium à Hierace aue, q̃ in antiquis monetis huius vrbis impressa cernitur, dicta est. Sita inter Rhegium, & Crotonem, cui propior est. Hunc in M. seù Colle visitur à litore ad III. M. P. quasi recedens.

25 Mai Ieiunius Monachus S. Basilij.
* 28 Iul. Venera V. m̃. } Ex tab. illius eccl.
23 Aug. Antonius & Nicodem⁹ mon. S. Basilij.

* Londinium, Augusto Trinobantum prius. *Londra* Italis *Londen* Anglis, & Gallis, *Caerlud* Britannis, C. E. Albionis, Angliæ Regia nobilissima, ac amplissima, cum primis Europæ vrbibus conferenda, ad Thamesim fl. interfluentem, ponteque lapideo suburbia vrbi iungentem. Emporium celeberrimum, ex IIII. primis Hansiaticis. Ædes habet elegantissimas, præcipuè sacras, quarum ad CXX. parochiales sunt, ex quo populi multitudinem ingentem conijcere licet, ab ostio Thamesis abest LX. M. P. media penè inter Cantuariam Metropolim, & Oxonium Academiam ad XLV. M. ab Eboraco altera Angliæ Metropoli supra CLX. M. in meridiem distans.

5 Ian. Eduardus Rex. An. D. MLXV. Londini sepultus.

24 Apr. Mellitus Ep. I. à S. Augustino I. Episcopo Cantuarien. ord. Bed. lib. 5.

* Ceddus Ep. II. deinde Ep. III. Cantuarien. SS. Ceaddæ & Cimbli frater. An. D. DCI.

* Decem & octo Mon. Carthusiam m̃. sub Henrico Rege VIII.

30 Erconvvaldus Ep. III. S. Edilburge frater. An. D. DCXC. *Bed. lib. 4.*

27 Mai. Beda presb. doctissimus An. D. DCCXXXIIII. sub Leone Pap. quem tamen alii An. D. DCC. Cantuariæ migrasse tradunt. *Cat. lib. 5.* Corpus Genuæ.

* Louanium, *Lovven* Belgis. *Louania* Italis, C. Belgij in Brabātiæ Ducatu, primū sibi inter vrbes locū vendicans. Dela fluuiolo irrigata, ampla, forma quasi rotunda, situs amœnitate, & Academia, maximè ante præsentium bellorū motus nulli in tota Europa vrbi secunda. Media inter Na-

mur cum, & Antuerpiam. VIII. M.P. Belg. distans, trigonum æquilaterum cum Bruxellis, & Malchinia ad IIII. M. interuallum constituit, à Bruxellis in ortum æstiuum discedens. Templum habet D. Petro Apost. dicatum, præclarum, ac Xenodochium maximum.

* 29 Aug. Verona V. & mon. Ludouici Regis filia. Veronohuten. Cœnobij ad Rhenum auctrix. An. D. DCCCCVIII. *Moland. in Indic.*

Luca, *Lucca* C.E. Hetruriæ antiqua apud Auserem fl. & Sarculum, ab ora maris Tyrrheni XII. M. P. distans, à Pisis X. à Florentia XL. quot ferè ab Apua. Media quasi inter Lunam vrbem excisam, & Volaterras. vrbs munitissima, optimè habitata, mercimonioquè fulgens. Resp. sub Regis Hispani tutela: quæ sola ex vrbibus Hetruriæ (quibus omnibus excepta Florentia, ciuium numero, opibus, ædificiorum elegantia, & mœnium firmitate præstat) in hanc vsque diem libertatem conseruauit: pro qua diù superiori seculo strenuè cùm Florentinis dimicauit. Sita est in planitie amœna collibus illam non procul exornantibus.

7 Feb. Ricardus Rex Angliæ. An. D. DCCXLI. sub Zach. Pap. *Sur. tom. 1.*

18 Mar. Frigidianus Ep. cuius tamen festum 5. Kalend. Decemb. quando corpus illius inuentum est, agitur. *S. Greg. lib. 3. Dialog.*

3 Iun. Dauinus Conf.

12 Iul. Paulinus Ep. I. à S. Petro Apost. ord. m̄. cum alijs sociis. sub Nerone.

29 Ian. Valerius Ep.
21 Mar. Benedictus presb.
27 Apr. Zita Vidua.
* Antoninus presb. & Heremita.
4 Mai. Senensis miles m̄.
19 Theodorus Ep.
Silaus Ep.
25 Sept. Fausta V. Narnien. m̄.

(all the above, 29 Ian. – 25 Sept.:) *Ex Tab. Eccles. Lucensis.*

Lucania, *Basilicata* Regio Italiæ, in Regno Neapolitano, inter Picentes, & Brutios, atque inter Apenn. M. & oram maris Tyrrheni contenta, (quanquam antiquæ Lucaniæ multa fuerunt vltra Apenn. loca.) Cuius vrbes olim litorales extitere celebres, Posidonia, Velia, & Buxentum. In Mediterraneis verò Compsa, Potentia. Vrbes huius temporis Basilicatæ: quæ non ex æquo antiquæ Lucaniȩ respõdet, Acheruntia Metrop. Melphis, Venusia, Potentia, Tricaricum, Labellum, Rapolla. M. Pelusius, Murus, & Marsicum.

15 Iun. Vitus, Modestus, & Crescentia m̄. Diocl. apud Silarum amnem. *Cat. lib. 5.*

29 Oct. Hyacinthus, Quinctus, Felicianus, & Lucius m̄. Gales. loco duorum posteriorum Felicianam, & Lucinium reponit.

* Superantius Ep. *De quo in vita Paulini Episcopi Nolani fit mentio,* Miror hic Primum Cabilonen. ita hallucinari, vt martyres prædictos Lucæ vrbe Hetrusca passos esse scribat.

* Luce-

* Luceria, *Lucera* C.E.Apuliæ Dauniæ in planitie, exiguo tamen colli imposita, longè quondam clarior, quemadmodum ruinę adhuc testantur, inter Beneuentum, & Manfredoniam, siuè Sipuntum, à quo in occ. ad XXX. M. P. distat, à Beneuento paulo remotior, à Neapoli in ortum æstiuum, ad LXX. proxima Vulturariæ, & Troiæ, & Equotutico. Huc Dalmatiæ Græci, Siculi, ad Nundinas confluunt.

* Augustinus Hungarus natione. ordinis Prædic. Ep. Lucerinus. *Ex Chron.*

Lucullanum, *Villa di Lucullo* Pagus, seù locus Latij in via Prænestina inter vrbem Romam, & Tusculum, occurrens, à Tusculo ad IIII. M. P. recedens, Cryptæ Ferratæ propior. Lucullanum alterum in Campania inter Puteolos, & Neapolim, apud Anium lacum: vbi balnea saluberrima, quæ sudatoria dicuntur, ibi monasterium fuit. Quæ Luculli villa prorsus, sicut & Ciceronis iacet. manent tamen vestigia, & nomen.

8 Ian. Seuerinus Abb. S. Victorini m̄. frater, Noricorum Apostolus. *Cat. lib. 2.* Corpus Neapoli.

Lugdunum Celtarum *Lyon* C.A.Gall. Celt. siue Lugdunen. ad Ararim, & Rhodanum fluuios infra confluentes, forma quasi triangulari, cuius latus maius conuexum Rhodano alluitur. Arare diuisa, optimequè inter Ararim, & Rhodanum habitata. Cui collis imminet, vrbs ampla, ac permunita: Emporium ingens, & ex primis totius Europæ, cæteras Galliæ vrbes, excepta Lutetia, populi frequentia, Mercatorum numero, maximè Trapezitarum, & opibus facile superans. Media ferè inter Genuam, & Lutetiam, Vtrinquè ad C.M.P. Gallica distās, quot etiam à Mediolano in occ. æstiuum recedit. Est, & Lugdunum Batauorum, in Hollandia, *Leyden* triplo quasi interuallo à Lugduno Celtarum dissitum. Ac Lugdunum Conuenarum in Aquitania supra CX. M. in Africum recedens.

3 Feb. Lupicinus Ep. XXIIII. & Felix Ep. alterius vrbis.

11 Desiderius Ep. Viennen. m̄. Ann. D. DCXII. Corpus ibi. *Ado.*

13 Iulianus m̄.

Item Stephanus Ep. XXVII. S. Rustici succ.

27 Baldometius Conf.

21 Mar. Lupicinus Abb. in Terr. *Ex vita S. Eugend. Abb.*

2 Apr. Nicetius Ep. sub Iustino Iuniore, & Io. Pap. III. *Turo. li. 5.*

14 Lambertus Ep. XL. S. Ansberti Episcopi Rothomagen. Synchr. S. Genesis succ. *Sur. tom. 2.*

22 Epipodius & Socii m̄. sub Anton. Vero. *Metaphr.*

24 Alexander.

23 Mai. Desiderius Ep. Vienen. m̄. sub Theodorico Rege in Terr. idem vt videtur cum suprascripto ad diem 2. Feb. *Cat. lib. 5.* Ep. Lugdunen. facit.

2 Iun. Photinus Ep. Sanctus Diac. Vitius, Epagathus, Maturius, Ponticus, Biblides, Attalus, Alex. Blandina, & alii m̄. sub. M. Anton. Luc. Vero. *Euseb. lib. 5.* Omnes numero XLVIII.

16 Aurelianus Ep. Arelaten. An. D. DLII. sub Childeberto Rege. *Ado.*

28 Ireneus Ep.m̄.sub Seuero S. Polycarpi disc. *Hieron. de script.eccl.*

1 Iul. Domitianus Abb. in Terr. I. Heremita in Gallia. An.D. DXCV. *Trithem. lib.5.*

12 Viuentiolus Ep.XXIX.sub Gelasio Pap.Epaunen.Conc. interfuit.

14 Bonauentura Balneoregien. Minorita Doctor Eccl. sub Greg.Pap.VII. Corpus ibidem.

28 Peregrinus presb. Ex *Adon.*

23 Aug. Mineruus,& Eleazarus cum VIII.filiis m̄. Ex *Ado.*

2 Sept. Iustus Ep.XIII.sub Gratiano Imp.obit in Ægypto in Heremo.Corpus relatum Lugdunen. *Sur.tom.5.*

Item Elpidius Ep. *Cat.lib.8.* Corpus in Piceno in op.Sancti Elpidij.

11 Patiens Ep. XXIV. *Turonen.lib.2.*

12 Sacerdos Ep.XXX. sub Ghildeberto Rege. Ex *Breuiar. Lugdunen.*

15 Albinus Ep.XIV. S.Iusti succ. *Democh.*

25 Lupus Ep.sub Valentiniano. *Sidon.Apollin.li.8.Episcopalē.*

8 Oct. Benedicta V.m̄.sub Diocl.in Terr. *Cat.lib.9.*

15 Antiochus Ep.XVI.S.Iusti succ. *Sur.tom.5.* Sed hic error circa successionem Episcoporum.

21 Viator minister Sancti Iusti Episcopi. sub Theodosio Simone. *Cat.lib.9.*

11 Nou. Veranus Ep. XXIII. Hilarij Pap. Synchr. *Gennad. lib.de Vir.Illust.*

16 Eucherius Ep.XX.An.D.CCCCLVII.S.Cæsarii Episcopi Arelaten. Synchr. & Sancti Petronii Episcopi Bonon. *Gennad.de lib.vir.Illust.*

15 Ian. Bonitus Ep. Aruernen. Sancti Auiti fratris succ. An. DCCX. *Sur.tom.1.*

12 Feb. Desiderius Ep. Sancti Lamberti succ. An. DCLXXX. *Martyrol.Benedict.*

18 Peusipius & Soc.m̄.sub Aurel. *Momb.tom.2.*

11 Apr. Sicarius Ep.XVIII. Ex *Tab.*

14 Genesius Ep.XXXIX.An.DCXL. *Trithem.lib.3.*

* 1 Iun. Alcibiades cum Soc.m̄.sub Mar. Aur. Anton. Ex *Adone.*

Agoardus Ep.IX. Ex *Symphoriano Camp.*

Rusticus Ep. Ex *tab.*

11 Sept. Bono Ep.

28 Annemundus Ep. m̄. sub Dagoberto passus Cabilone.

Summa Episcopi XVIII. Mart. XXVIII. præter innominatos. Confess.V.

* Luna *Luni* C.quondam Hetruriæ celebris, & E. ac inter primas antiquitate, & nobilitate, iuxta Liguriæ confinia, à Gothis solo æquata: manent tamen vna cùm nomine vestigia apud oram maris Thirrheni, & Macræ fluuium ostia. Ex cuius reliquiis Sarzana proxima

ad CCC.M.P. ciuitas cōdita fertur, eoquè sedes episcopalis recepta est. Abest ab vrbe Genua ad LX.M. à Pisis ad XL. Magnū habebat portum, qui nunc *Il golfo della Spezia* dicitur.

13 Sept. Venerius Eremita in proxima insula Palmaria sub Phoca Imp. Ex *lectionibus, quæ in eius officio recitantur.*

8 Dec. Eutychianus Pap. m̄. Romæ sub Humeriano Imper. Ex *Hist. Pont.*

17 Febr. Habeadeus Ep. & m̄.

16 Iun. Cechardus Ep. & m̄.

* 13 Iul. Venantius Abb. in territ.

15 Terentius Ep. & m̄.

22 Oct. Salarius Ep. Lunensis & m̄.

29 Basilius Ep. Lunensis.

Ex monumentis, & Tab. eccle. Lunen. & Sarzanen.

* Lupia *Lippe* C. Germ. mag. ad fl. eiusdem nominis, non obscura inter vrbes Vuestphaliæ, quasi media inter Padebornam, & Susatum eiusdem regionis ciuitates, siue II. M. P. Germ. inde II. cum dimidio recedens, comitatus Lipensis metropolis.

* 4 Sept. Ida vidua sub Carolo Magn. Ex *Sur. Tom. 5.*

Lusitania, *Portogallo* Regio Hispaniæ, quæ à Tarraconensi M. & Durio fl. distinguitur, à Bætica Ana amne separatur, ac Oceano alluitur ab occ. & meridie. Tago fl. per medium irrigatur, quanquàm Portugalliæ Regnum in boream magis patet, quàm Lusitania: nam ad Minium vsque, quo à Galleua diuiditur, pertingit: sicuti è contra, Lusitania magis in ortum, quam Portugallia extenditur. Vrbes enim aliquot Lusitaniæ, nunc in Regno Castellæ, non Portugalliæ censentur. Vrbes Portugalliæ hac tempestate claræ, Vlyssipo, Regia, & metrop. Ebora altera metrop. Bræcara antiquissima metrop. Conimbrica, Academia, Portus, & aliæ plures. Continet enim hoc Regnum vrbes episcopales XIIII. Non episcopales VI. oppida verò ampla multis anteferenda plura: in quibus Scalabis, seù Fanum S. Irenes.

20 Iul. Vuilgefortis V. m̄. Ex *Mol. Addit.*

20 Oct. Irene V. m̄. *Thes Conc.*

* Lutaua, seù Luteua *Lodeue* C. E. Gall. Narbonen. Regionis Occitane, media ferè inter Vticam, & Vabram à M. Pesulano, & Biteris vrbibus dictæ regionis nobilibus, ad XII. M. P. Gallica distans, intra Montes, seù Cemenorum, M. colles ad fluuiolum: quæ in Orobim labitur. Vrbs nobilis.

* Fulchranus Ep. cuius corpus ab Hæreticis superioribus annis impiè discerptum fuit.

Lutetia Parisiorum, *Paris* C. A. Gall. Celt. in Belgicæ confinio, ad Sequanam fl. paulò ante accepto Matrona inter fluentem, vrbemquè in tres diuidentem, hoc est vrbem in sinistra fluminis ripam ad semicirculi formam accedentem: vniuersitatem in dextera, & ipsam quasi semicircularis figuræ: & Ciuitatem intra amnem antedictum, quasi insulam constitutam, cæteris diuersis pontibus lapideis iūcta. Vrbs maxima est, ciuitas minima, suburbia ampla vtrinquè adhærent: multis vrbib. maiora, Regia totius Galliæ maxima, & nobilissima: quæ inter vrbes Europæ, si populi multitudinem spectes, secundum locum sibi vendicat, tametsi ambitu mœnium, à multis siti, & ædificiorum elegantia, & via-

rum

rum nitore superatur. Hic totius Regni senatus amplissimus, & Academia ingens, & antiquissima.

3 Ian. Genouifa V. sub Clodoueo An. Domini CCCCLVII. *Sur. Tom. 1.*

10 Mart. Droctoueus Abb. S. Germani Ep. disc. An. Dom. DLXX. *Aym. de Gest. Francor.*

28 Mai. Germanus Ep. sub Childeberto Rege. *Sur. Tom. 3.* Extat op. insigne S. Germani à Lutetia V. M. P. Gallic. distans.

3 Iun. Crotildis Regina. *Turon. de gest. Franc.*

1 Aug. Iustinus m̄. *Mol. in addit.*

25 Ludouicus Rex. An. D. MCCLXX. apud Tunetũ in Africa decessit.

29 Medericus pref. Abb. Augustodun. An. DCCCLXXXIV. *Vinc. in Spec.*

7 Sept. Chodoaldus presb. *Cat. lib. 8.*

27 Eleazarus Comes. *Sur. Tom. 5.*

4 Oct. Aurea V. Abb. sub Clotario Rege An. DCXX. *Ex vita S. Eligij Ep.*

9 Dionysius Ep. I. Athenien. Rusticus presby. & Eleutherius diac.

20 Georgius, & Aurelius. *Eulog. lib. 2.*

30 Lucanus m̄. *Molan. in addit.*

1 Nou. Marcellus Ep. IX. *Sur. Tom. 6.*

15 Eugenius Ep. Toletanus m̄. *Cat. lib. 10.*

27 Seuerinus mon. *Ex Mol. addit.*

* 24 Iun. Lupicinus Eremita.

5 Iul. Hugo de S. Victore Can. Reg. doctiss. sub Herico V. Imp. An. D. MCXXX. *Cat. lib. 6.*

23 Sep. Paxentius m̄.

27 Cercaunus Ep.

3 Oct. Sanctiuus, & Antonius m̄. sub Domit. & Gestis S. Dionysij Areopagitæ.

Luxouium, *Lusseoul* op. Gall. Celt. Burgundiæ Com. seu Sequanorum in Lothariugiæ confinio, apud Vogesum M. Lingonibus, à quibus in Cæc. seu ortum æstiuum ad X. M. P. Gall. distat, Graiaco, & Vesulio eiusdem regionis vrbibus proximum: vbi Benedictinorum Cœnobium ingens, olimque celeberrimum.

18 Ian. Deicola Abb. S. Columbani discip. sub Clotario Rege. Quem alij vt in Martyrol. Rom. Abb. in Britannia, vbi decessit, faciunt. *Cat. lib. 2.*

10 Mart. Attalus, siue Attalas, vt alij scribunt Abb. An. DCXXIV. *Sur. Tom. 2.*

29 Eustatius Abb. S. Columbani disc. An. DCXX. *Sur. ibid.*

8 Dec. Romaricus Abb. S. Eustatij disc. *Sur ibid.*

Lycaonia, *Cogni* Regio Cappadociæ, Ciliciæ finitima: à qua Tauro M. diuiditur, ab occ. Isauria, ab ortu Cappadocia, seu Armenia minore, ab Aquilone Galatia, à Meridie Tauro terminata. In qua vrbes, Iconium metrop. à qua nomen est regioni, Laranda, quæ vrbes etiamnum florent.

florent. Derbe, Lystra, Olbasa, & aliæ nonnullæ, exigui nominis.
16 Mart. Papas m̃. *Menol.*

Lycia, *Aidinelli* Regio Asiæ minoris, inter Cariam sibi ab occ. incumbentẽ, & Pamphyliam in ortum spectantem, à meridie Lycio mari, à Septentrionibus Phrygia magna definita. Cuius vrbes quondam claræ, Patara, Myra, Xanthus, Olympus. Tlos, Andriaca, Oenanda, Pinara, & aliæ plures. Nunc Aidinella, ex qua denominatur, regionis est caput.
24 Iul. Niceta, & Aquilina m̃. à S. Christophoro conuersæ. *Ex illius pass.*
25 Christophorus m̃. sub Decio cum alijs multis. *Menol.*
12 Oct. Domnina m̃. sub Diocl. *Metaphr.* Lysiade passa in Phrygia. *Ex Gal.*
21 Dec. Themistocles m̃. sub Decio. *Menol.*

Lyra, *Liere* C. Belgij in Brabantiæ Duc. ad Netham flu. interluentem, inter Antuerpiam: à qua in Eurum ad III. M. P. Belgica recedit, & Arescotum paulò remotius. Macliniæ, in cuius diœcesi sita est, propior, vix II. M. P. distans in eorum. Nicolao Lyrano sacrorum bibliorum doctissimo interprete, clara.
11 Oct. Gumarus confess. sub Pipino An. Domini DCCLXX. *Sur. Tom. 5.*

* Lysias *Lissia* C. E. Phrygiæ magnæ apud Didymos M. & Sangarium flumen, inter Cotiæum, & Synnadam metropolim Cercobiæ, & Eucarpiæ vrbibus eiusdem conuentus, proxima.
12 Oct. Domnina m̃. sub Diocl. E*x Gales.* quem puto vocis similitudine deceptum, nam in Lycia passa est.

* Lystra, C. quondam E. Lycaoniæ nobilis, D. Pauli Apostoli hospitio, & prædicatione, memorabilis, inter Iconiũ, & Derben, ab Iconio in occ. hibernum ad XXX. M. P. dissita. cuius hodie nulla extant inditia.
* Arthemas Ep. I. E*x Doroth. in Synop.*

M

MAcedonia, Europæ ingens Prouincia, inter Ionium mare ab occas. & Ægeum ab Oriente CXIV. M. P. interuallo: quantum inter Dyrrachium, & Thessalonicam interest, perstricta. cui ab Austro Epirus, Acroceraunijs, & Pindo M. intercedentibus, & Achaia, siue Hellas, Otry, & Oeta Montibus separantibus incumbunt. A Septentrionibus verò imminet Mysia superior Orbello M. disterminante, & ex parte Dalmatia; à qua Scardus M. eam diuidit, attingit, & Thraciam: à qua Strymone flu. vel vt alijs libet, Nesso amne distinguitur. Plures regiones, & Populos complectitur. Taulantios, & Elymiotas, quos à reliqua Macedonia Candenauiæ M. separant. Lyncestas, Mygdoniam, Pieriam, Emathiã, Phthiotidem, & Thessaliam, Vrbes quæ nunc claræ habentur. Thessalonica, ex primus Turcici Imp. Scupi, Tricca, Lychnidus, Aulon, Dyrrachium, & aliæ aliquot, in quibus præfecti Turcarum ius dicunt.
6 Apr. Timotheus, & Diogenes m̃. *Vsuard.*
13 Iul. Silas vnus ex LXXII. disc. comes Pauli, & Barnabæ Apostol. Ep. I. Corinthiorum. *Menol.*

21 Aug. Quadratus Ep. sub Hadriano Imp. scriptor. Idem, qui Athenis Ep. III. ad diem 26. Maij ponitur. *Hieron. de script. eccles.*

Macherus, *Ailon* op. olim Iudææ valde munitum, apud Iordanis flum. ostia in Asphalthidem lacum, haud procul à loco, in quo Saluator noster à Io. baptizatus est, ab Hierosolymis in ortum ad XXX. M.P. secedens. Locus penè desertus.

29 Aug. Decollatio S. Io. Baptistæ.

Machlinia, *Malines* Hispanis, Gallis, & Italis, *Machelen* Belgis, & Germanis, C. A. Belgij, in Brabantiæ Duc. ex primis, finitimarum vrbium metropolis, Dela fluuio diuisa, inter Antuerpiam, & Louanium IV. M. P. Belg. distans, quot à Bruxellis remouetur in septentriones, & Cæciam vrbs ampla, munitissima, nitida, & elegans. Vbi armamentũ egregium, & Senatus amplissimus, Atrebatibus, Hannonijs, Namurcensib. Lucemburgensibus, ac ante defectionem Hollandis, & Midelburgensibus ius dicens. Hic templa augusta, excelsis turribus ornata.

1 Iul. Rumoldus Ep. Dublinen. m̃. in Hasbania occisus An. D. DCCLXXV. *Sur. Tom. 7.*

* 13 Ian. Remoldus mon. m̃. *Trithem. lib. 3.* vereor, ne idem sit cum superiore.

Madaurus, siue Madurus, *Madara* C. olim E. Africæ propriè dictæ medit. inter Hipponem, & Lambæsam, ad LX. M. P. distans, Cirtæ, seu Cõstantinæ propior. Cuius ep. fuit Maximianus, ad quem extat S. Augustini episcopi Hip ponen. epistola XLIV. Nunc vix pagus.

4 Iul. Namphanio Migdon, Sanaen, Lucitas, & alijs m̃. *De quibus in dicta episcopalia S. Augustini episcopi fit mentio.*

Magariassus vicus: qui & Magalossus alijs dicitur in Cappadocia, inter Sebastem: vbi S. Blasius Ep. erat, & Zelam, haud procul ab Iridis amnis origine, ex Argeo M. Qui an nunc extet, incertum.

11 Ian. Theodosius Cœnobiarcha sub Iustiniano Imp. S. Symeonis Stylitæ synchr. in Iudæa apud Lauram S. Sabæ: vbi Abb. fuerat, obijt. *Metaphr.*

* Magdunum, *Mehun* op. Gall. Celt. in Territ. Ducat. Aurelianen. ad alteram Ligeris ripam, non obscurum, inter Aureliam, à qua in occ. ad V. M. P. Gall. recedit, & Blesas.

3 Iun. Liphardus Abb. An. D. DL. *Sur. Tom. 3.*

Magdeburgum, quod & Parthenopolis, *Meydenburg*, & *Maygdeburg*, C. A. Germ. magnæ in Saxonia, ad Albis flum. vlteriorem ripam maius vrbis latus alluentis. Vrbs libera, ampla, figura oblonga, in tres partes diuisa, mœnibus, ac propugnaculis valde munita. Ædes habet magnificentissimas, præsertim sacras, plateas amplas, & elegantes, Turres excelsas. Cuius Archiepiscopus Primas est totius Germaniæ, imperijquè princeps. Media quasi inter Vitebergam, & Drunopolim, X. M. P. German. dissita, ac inter Hallam Saxonicam, à qua in Septẽtriones eodem abest interuallo, & Tangermundam Marchiæ vrbem. A Praga verò in Circium ad XLII. M. P. remouetur.

6 Iun. Northbertus Ep. XV. Præmonstraten. ordinis auctor. sub Innoc. Pap. & Clotario Imp. An. Domini MCXX. *Sur. Tom. 3.*

Maiuma, quæ Gazæorum portus, ac aliquando Constantia in Constantiæ Constantini filiæ honorem dicta. *Porto Betto* C. olim E. Palæstinæ litoralis, inter Ascalonem, & Larissam vrbem in Ægypti confinio. Gazæ vrbi mediterraneæ, à litore parum dissidens, proxima. Hoc tempore portus obscurus.

26 Dec. Zeno Ep. Tyrius: qui S. Io. Chrysostomum lectorem ordinauit. *Sozom. lib. 7.*

* 14 Oct. Cosmus Hagiopolitanus S. Io. Damasceni nutritius, Ep. An. D. DCC. *Sur. in vita* Damasceni.

Malaca, *Malaga* C. E. Hisp. Bæticæ antiqua, in ora maritima ad Saldubæ amnis ostium. Elegans, egregiè munita cum vrce in colle vicino firmissima. Emporium regionis finitimæ, vbi Regium armamentum. Media est inter Granatum, & Calpen. XIX. M. P. Hisp. distans, à Toleto in Austrum LXXV. ab Hispali in Eurum ad XXVIII. à Corduba in merid. XXII.

18 Iun. Cyriacus, & Paula V. m̄. *Thes. Conc. Tom. 2.* sed in Hispa. agitur de his ad diem 28.

* Seuerus Ep. An. D. DLXXX. scripsit contra Arianos.

Maldobium, *Maubeuge* op. Gall. Belg. in Hannonia ad Sabim fl. inter Bauacum, & Tuinum opp. proxima, à Montibus in meridiem supra IV. M. P. Belgica distans, à Valencenis ad X. Monasterio Fœminarum insigne.

30 Ian. Aldegundes V. S. Gudilæ soror. sub Dagoberto Rege circa An. D. DCXL. *Sur. Tom. 5. in vita S. Gisleni.*

* 20 Iun. Aldegundes altera V. m̄. *Mol. in Ind.*

* 10 Iul. Amelberga vidua SS. Aldegundis, & Gudilæ mater. Corpus Laubijs. *Sur. Tom. 4. & Molan.*

Mamia, C. A. olim Armeniæ minoris: sub qua Flamias C. forte Flauias vrbs Ciliciæ continebatur: cuius tamen apud veteres scriptores nulla habetur mentio, neque an hac tempestate duret, scire potui.

29 Iul. Seraphina. *Ex ant. Martyrol.*

* Mamilla, *Zeitz* C. E. Germa. magn. in Misnia ad Elisium amnem in Salam influentem, media inter Misnam, à qua in occ. ad IX. M. P. Germa. abest, & Erphordiam, Lypsiæ propior: ab ea in Libonotum V. M. P. distans, à Martinopoli in Austrum IIII. Neoburgo, & Ienæ Thuringiæ vrbibus adhuc propior.

* Hugo Episcop. I. à S. Adelberto episcopo Magdeburgen. ordinatus. An. Domini DCCCCLXXX. *Krant. lib. de Metropol.*

Mantua, *Mantoua* C. E. antiqua Cenomanorū Gall. Cisalpinæ Transpadanæ in Venetorum finibus ad Mincium flu. circumfluenté, & Stagnantem. Vrbs ampla, præclara, nobilis, elegans. Ducum sedes, ac Senatus. Medio occurrens itinere inter Mediolanum, & Venetias, ad XC. M. P. distans inter Brixiam, & Ferrariam, ab ea XL. quot à Cremona ab hac vero L. M. P. dissidens. Inter Parmam, & Veronam: à qua XX. M. P. recedit, à Parma duplo dissita. Virgilio Pœtarum principe clara.

18 Mart. Anselmus Ep. An. D. MLXXXVI. corpus ibi incorruptū. *Acta M. S. in eccles. Mantuana.*

19 Aug. Rufinus conf. *cuius acta ibidem seruantur.*

26 Iul. Symeon Armenus mon. Sancti Bened. An. Dom. MXVI. *Corpus, & acta in monasterio celebri Benedictinorum ab vrbe XII. M. P. distante.*

* 6 Iun. Cælestini Pap. inuentio. *Ex Gales.*

* 23 Oct. Io. Bonus Conf. Heremita. An. Domini MCCXXII. *Cat. lib. 12.*

Hic longinus m̃. quem lancea latus D. N. I. C. aperuisse ferunt, colitur, indicaturquè columna, ad quam illum passum esse putant.

Marcianæ vide Martianæ.

Marcianopolis, vide Martianopolis.

* Mareolus, *Mareoeul* pagus Belgij Atrebatensis agri, ad scarpum flu. Orgiaco, seù Atrebato C. proximus, ab ea in occ. ad II. M. P. Belgica dissidens. Vbi olim Monasterium Virginum S. Benedicti: quod hodie incolunt Canonici.

* 3 Ian. Bertilia V. Monasterij Mareoleum. autrix. *Mol. in Ind.*

* Marathon, *Marathona* C. E. Atticæ apud oram ortiuum, ex Euboeæ aduerso, ab Athenis in orrum æstiuum ad XXX. M. P. recedens, Clade Philippi Alexandri patris: qui ibi in pugna oculum amisit, memorabilis.

8 Apr. Phlegon Ep. I. CXLXXII. disc. vnus. Item Herodion Ep. *vt scribit Doroth in Synop. Patrun.* vnus ex LXXII. disc.

Maronia, Marogna C. E. Syriæ ad Libanum M. in Chalcidica regione, à Tripoli vrbe maritima ad C. M. P. distans in ortum: ex qua Maronitas, quorum Patriarcha ibi sedet, dictos putant: quod genus hominum Libanum M. incolit. Alij verò potius ex Marone Abb. sic appellatos tradunt.

21 Oct. Malchus mon. *cuius vitam* S. Hieron. *scripsit.*

* Mareotis, *Buchiera* palus Ægypti ingens, quæ & Arapotes, ex qua & C. nomen accepit, & Regio finitima apud Alexandriam, ab ea in Austrum recedens, circa quam plura quondam Monachorum Cœnobia fuere.

* 2 Aug. Stephanus Anachoreta vir miræ patientiæ. *Heracl. in vita SS. Patrum.*

Marpurgum, quasi Martis: qui ibi olim colebatur, vrbs, Amasia prius dicta. *Marpurg* C. Germ. magnæ, ad Lanum fluuium, Hassiæ præcipua, formæ oblongæ, pars in colle, vbi Aedes Principis, & templum. Cæterum plana fluuio intermeante, inter vrbem, & suburbium: quod ponte Lapideo vrbi nectitur. Academia nobilis. Inter Casellam alteram primariam regionis vrbem, vbi sedes est Principis, à qua in meridiem & Africum ad XII. M. P. Germani. distat, & Francphordiam paulo remotiorem.

19 Nou. Elizabeth vidua Andreæ Regis Hung. filia. An. Domini MCCXXXI. *Sur. Tom. 6.*

Marrochium, ante Bochanum Hemerum, *Marroccho* C. olim E. Mauritaniæ Tingitanæ, ad Asamam flu. interluentem: qui in Oceanum Atlanticum exoneratur, apud Atlantem M. maiorem, qui Mauritaniam a Libya diuidit. Vrbs Regia, & totius Africæ maxima: in qua ante aliquot annos, C. M. domorum censa sunt. Turris ibi adeo excelsa, vt ex ea M.

Solis

Solis vrbs, maritima à Lusitanis occupata conspiceretur. CXXX.M.P. interuallo. Abest à Fessa altera Mauritaniæ Regia in occ. hibernum ad CI.M. quot à Rusibi vrbe litorali, in meridiem. A Tingi verò apud Fretum Herculeum, quod Mauritaniam ab Hispania IX. M. P. distantem diuidit ad CCC.

16 Ian. Berardus, Petrus, Accursius, Adiutus, & Otho. m̃. ex ord. Minorum. Conimbricæ in Lusitania sepulti. *Extat Bulla Sixti Pap. IV.*

Marsi, *Marci* C. E. Latij, Marsorum metropolis, apud Fucinum lacum. inter Albam Marsorum, & Soram, Cliterno, seù Celano, & Transaquis proxima, penè iacens. Manet adhuc episcopatus, & diœcesis. Altera Marsorum C. Marsicum dicta, in Lucania, seù Basilicata cuius episcopus Archiepiscopo Beneuentano paret. Cuius tamẽ apud antiquos scriptores nulla fit mentio.

14 Mart. Diaconus ecclesiæ Marsicanæ m̃. sub Longobardis. *De quo S. Greg. Pap lib. 4. Dialog.*

11 Aug. Rufinus Ep. Silon, & Alexander m̃. sub Maximino, passi apud Reate. *Quorum acta in eccles. Marsicana seruantur.*

26 Simplicius Pater, Constantius, & Victorianus filij m̃. Antonino Imp. *ex monum. eccl. Marsicenæ.*

* 31 Cæsidius Rufini nunc memorati filius m̃. sub eodem apud Transaquas. *Ex passione S. Ruffini.*

* Martianæ, siue Marcianæ *Marchennes* pagus Hannoniæ in Artesiæ, & Flandriæ Confinio, apud Duacum C. vbi monasterium virginum Atrebatensis diœcesis, inter Duacum, & Elnonem, seù Fanum S. Amandi, ad III. M.P. Belgica distans, à Valencenis & Tornaco ferè V. in occ.

*

16 Mart. Eusebia V. Abb. Hamaticensis apud Marcianas. *Ex Sur. in vit. S. Rictrudis.*

12 Mai. Rictrudes vidua mater SS. Mauronti Abb. Eusebiæ, Clotsendis, & Adelsendis.

30 Iun. Clotsendes V. Abb. Marcianen. An. D. DCLXXXVII. *Mol. in Ind.*

1 Aug. Ionatas Abb. I. Marcianen. fuit enim monasteriũ primum virorum: deinde virginum. An. D. DCXL. *Mol. in add.*

Martianopolis, *Martiopoli* C. olim Thraciæ E. mediterranea, apud Hẽmũ M. inter Hadrianopolim: à qua in Septentriones ad L.M.P. recedit, & Dionysiopolim. Anchialo propior. Sed hodie vrbis dignitatem minime seruat. Sic à Marciano Imp. dicta.

15 Sept. Melitina m̃. sub Antonino. *Menol.*

Item propter Maximus, & Theodorus, & Asclepidionis m̃. sub Maximiano. Hadrianopoli consumati. *Menol.*

Martula, seù cũ aspiratione Marthula, C. fuit E. Cappadociæ lit. ultra Trapezantem Metropolim, apud Archadis flu. ostium, inter Rizum, & Xilinen, proxima oppida. Quæ nunc an duret, & qui vocetur, ignoratur. Martula altera *S. Britio* C. olim Vmbriæ ad M. Martani radices sita, à Spoletio paulò supra III. M.P. qua Tudertũ itur, distans. Tametsi pro Martula potius Marta, siue Martana legendũ videtur: cuius vrbis S. Britius Epi. fuisse ex antiquo lapide monstratur, visiturquè ad prædicti M. radices à Tuderto V.M.P. dissita: dr̃ locus nũc *S. Maria di Põtano & Abb. est.*

 9 Iul.

9 Iul. Brictius Ep.ſub Diocl.propter fidem vexatus. *Ado*.

Maſſilia, *Marſiglia* Italis, *Marſeille* Gallis C. E. Galliæ Narbonen. antiquiſſima litoralis, dorſo collis diuiſa, & pendula, cum arce in alto muniti ſſima, portu tutiſſimo, ac propè inexpugnali prædita. vrbs ampla, mercimonio, & opibus fulgens, quaſi libera, ac in morem Reip.administrata, ex primis Narbonen.Galliæ, ac Prouinciæ facilè princeps, vbi quondam litteræ floruere, inter Arelatum, à quo ſupra VII.M. P. Galli.in Eurum diſtat, & Telonem, ab Aquis ſextijs in Auſtrum ſupra V. ab Aueniōne ad XX. à Lutetia Pariſiorum in Euronotum ad CLX. Vltra Nicæam in occ.ad XXXIII.plùs minus diſſita.

1 Mart. Hermes, & Hadrianus m̄. ſub Diocl. *Vſuard.* Galeſ. addit Leonem.

21 Iul. Victor miles, cum Alex.Feliciano, & Longino, Thebæi. m̄.ſub Maximiano. *Cat.lib.6.* Hic templum inſigne S. Victori dicatum.

22 Maria Magdalene in proximo M. *Cat.ibidem.*

17 Dec. Lazarus Mariæ Magdalenæ, & Marthæ fr.Ep.I. *Cat.lib.1.*

2 Ian. Defendens miles cum alijs multis m̄. ſub Maximiano in Territ.apud Rhodanum fl. *cuius acta Bergomi.M.S.*

Theodorus Ep. *qui corpus S. Defendentis ſepeliuit, & acta ſcripſit.*

* 1 Mart. Adalongus Ep. *Ex Tab.eccl.Maſſil.*

22 Iul. Victorinus.qui & Victor doctiſs.ſub Valentiniano. *Gennad.de vir.Iluſt.*

14 Aug. Io.Caſſianus Eremita, qui Collationes patrum ſcripſit, ſub Theodoſio Imp. *Idem Gennad.*

4 Sept. Muſæus presby.doctiſs. *de quo idem Genn.*

* Maſycum, ſiue Maſacum, *MaſeycK* op.German.Infer. in Territorio Lonenſi Brabantiæ ad Moſam fl. medium ferè inter Traiectum ſuperius, & Ruremundum Geldriæ vrbem, à Traiecto in Aquilonem IIII. M. P. Belg.à Ruremunda III. ab Aquiſgrano in Corum ad VI. diſtans. Ad epiſcopum Leodienſem ſpectans.

* 6 Febr. Renula Abb.Eicē.S.Harlindæ ſorori ſucc.An.D. DCCL. *Mol.in Addit.*

Mauritania Cæſarienſis, Regio Africæ, inter Atlantem M. ab Auſtro, & Mare Mediterraneum à Septentrionibus contenta, ab ortu Ampſaga fluuio, ab Africa propriè dicta, diuiſa, ab occ. Malua amne, à Tingitana Mauritania diſcreta. Cuius nunc pars occidua *Tremiſen* dicitur, ab vrbe Regia. pars verò ortiua *Alger* ab vrbe pariter Regia. Tametſi hæc duo Regna in vnum conuenire. Cuius vrbes olim nobiles ad mare, Cartenna, Iulia Cæſarea, Tipaſa Ruſlocorum, & Saldæ. Introrſum verò. Oppidum nouum, Tucca, Suburgia, Sittici, & aliæ. Nunc florent, Iulia Cæſarea, *Alger* dicta. Telenſinum, prius Timici, nunc *Tremiſen*, & Saldæ, *Bugia*.

9 Iun. Marciana V.m̄. *Membr.Tom.2.*

24 Mart. Romulus, & Secundus fratres m̄. *Vſuard.*

21 Mai. Timotheus, Polius, & Eutychius diac.m̄. *Cat.lib.5.*

19. Dec. Timotheus diac.m̄. *Menol.* forte idem cum ſuperiore.

23 Ian. Seuerianus & Aquila m̄.Neocæſareæ. *Cat.lib.5. Maurol.*

Media, *Seruan* Regio Asiæ ampla, in Regno Persarum sita, Armeniȩ maiori ab occ. & Assyriæ ex parte contermina, ab ortu Hyrcaniæ, & Parthiæ, ab Austro Susianæ, & Persidi, à Septentrionibus Mari Caspio definita. Araxes fl. ab Armenia separat, ab Hyrcania Charinda. Vrbes olim claræ. Gaza, & Cyropolis Atropatenæ Regiæ, Arsacia, Heraclea, Oropus, seù Rhagæ, & quæ non modo Mediæ, sed totius Persici Regni caput fuit. Ecbatana Antiqua Persarum Regia, quam circuire ferunt ad XVIII. M. P. à Byzantio in ortum hibernum ad MCCCC. M. distans, quam nunc Turcæ tenent.

24 Aug.	Bartholamæus Apost. m̄. sub Astyage Rege, in Albaniæ & Mediæ confinio *Metaphr.* Corpus ad Liparam Insulam mirabiliter delatum. Inde Romam, vbi intra Tiberim ecclesia.

Mediolanum, *Milano*, & Germanis *Mayland*, C.A. Insubriæ caput, toto orbe clarissima, & Metropolis amplissima. Vrbs populi frequentia, nobilium multitudine, mercatorum, & artificum numero, mœnium ambitu, Arcis firmitate. Templi magnitudine, Senatus Maiestate, ac demum rerum omnium copia, quæ ad victum, & luxum pertinent, nulli neque in Italia, neque extra ciuitati secunda. In magna planitie aquis, quibus necessaria aduehuntur, circum irrigata, cui nihil, quod ad vrbis felicitatem spectet, deesse videtur, multorum Imperat. Sedes, quæ & si multoties vastata est, semper tamen refecta, pristinæ magnitudini restituta fuit. Media quasi inter Neapolim, & Lutetiam Parisiorum paulò supra CCCC. M. P. ab eis dissita. Inter Venetias: à quibus in occ. hiber. CLX. & Lugdunum: à quo supra CC. M. P. distat.

2 Ian.	Martinianus Ep. XVII. sub Innoc. Pap. I.
10	Ioannes Bonus Ep. *Ex tab. eccl. Mediolan.*
14	Datius Ep. Sub Vigilio Pap. An. Domini DLII. *Cuius mem. S. Greg.*
29	Aquilinus presb. m̄. ab Arianis occisus.
30	Sauina matrona: quæ Corpora SS. Naboris & Felicis Mediol. transtulit.
31	Iulius presb. sub Theodosio Imp. *Momb. tom. 2.*
8 Feb.	Honoratus Ep. *de quo Paulus diac. lib. 2.*
11	Lazarus Ep. *De quo epigramma Sancti Ennodij episcopi Papien.*
19	Mansuetus Ep. Qui Conc. Rom. sub Agathone Pap. interfuit.
11 Mar.	Benedictus Ep. sub Iustiniano. *Paul. Diac. lib. 6.*
4 Apr.	Ambrosius Magnus Ep. Doct. Eccl. sub Theodosio. *Cuius vita per S. Paulinum episcopum Nolanum scripta fuit.*
11	Eustorgius Græcus Ep. Qui Magorum corpora è Byzantio Mediol. transtulit.
18	Galdinus Ep. sub Alex. III. Pap. *Momb. tom. 1.*
23	Marolus Ep. S. Venerij succ. *De quo epigramma Sancti Ennodij.*
28	Valeria S. Vitalis m̄. Rauennatis vxor. *Gales.*
29	Petrus m̄. Ordin. Prædicat. ab Hæreticis occisus. An. D. MCCLII.

4 Mai. Venerius Ep. sub Anast. Pap. S. Io. Chrys. Synchr.

5 Geruntius Ep. S. Eusebii succ. sub Valentiniano III.

8 Victor m̄. sub Maximiano, à S. Materno Episcopo sepul. *Momb tom. 2.*

24 Robustianus m̄. *Ex Annal. Mediolanen.*

25 Dionysius Ep. sub Constantio. in Cappadocia relegatus. S. Eusebij episcopi Vercellen. in exilio comes. Corpus sub S. Ambr. relatum Mediol.

28 Senator Ep. *De quo extat S. Ennodij epigramma.*

6 Iun. Eustorgius II. Ep. *Cuius fit mentio in epistola Theodorici, apud Cassiod.*

19 Geruasius & Prothasius m̄. sub Nerone. *Metaph.*

12 Iul. Nabor & Felix m̄. sub Maximiano. passi Laude. *Mombr. tom. 2.*

17 Marcellina S. Ambrosij Soror. *De qua ille multis locis.*

18 Maternus Ep. sub Maximiano carceri inclusus. *Mombr. tom. 2.*

28 Nazarius, & Celsus puer m̄. sub Nerone. Corpora à S. Ambr. inuenta. *Momb. tom. 2.*

31 Calimerius Ep. m̄. sub Anton. *Acta in eccl. Mediol.*

7 Aug. Faustus miles m̄. sub Aurel. *Acta ibidem.*

12 Eusebius Ep. sub Leone Pap. *Ad quem scripsit epistolam Synodicen.*

16 Simplicianus Ep. S. Ambr. succ. *Ad quem scribit S. August.*

3 Sept. Auxanus Ep. *Gales. ex tab.*

17 Satyrus S. Ambrosij frater. *De quo ille Sermonem habuit.*

18 Eustorgius I. Ep. *Momb. tom. 1.*

20 Clicerius Ep. Sancti Martiniani succ. sub Bonif. Pap.

25 Anathalon Ep. I. post S. Barnabam Apost. illius disc.

27 Caius Ep. m̄. sub Nerone. S. Barnabæ disc. Ex *actis SS. Geruasii & Prothasii.*

12 Oct. Monas Ep.

31 Antoninus Ep.

5 Nou. Magnus Ep.

20 Benignus Ep.

24 Prothasius Ep. sub Constantio. affuit Conc. Sardicen.

1 Dec. Castritianus Ep.

3 Mirocles Ep. *Cuius meminit S. Ambros.*

14 Matronianus Heremita.

30 Eugenius Ep.

11 Apr. Eustorgius, Græcus Ep. qui Magorum corpora è Bizantio Mediolanum transtulit.

13 Aimus, & Vermundus Conf. Med. in Terr. *Ex Sanct. P. Morigiæ.*

* 14 Maximus m̄. Thebeus. *Ex Sanct. P. Morigiæ.*

13 Mai. Natalis Ep.

4 Iun. Clateus Ep. Brixianus II. m̄. sub Nerone. *Ex Gales.*

8 Iul. Ampelius Ep.

29 Oct. Quinctinus Conf.

9 Nou.

* 9 Nou. Aurelius Ep. Armenus. *Gales.*
* 12 Arsacius Ep. *Gales.*
Summa Ep. XXXVII. Martyres XV. Confess. IIII. Virg. I. Vid. I.
* 24 Oct. Io. Angelus Ord. Seruorum. Cuius corpus adhuc integrum, in eius die natali, magna diuotione visitur, tota penè confluente ciuitate; nondum SS. numero adscriptus.
* 3 Nou. Carolus Bonrhomæus Card. Ep. qui statum, Eccles. Mediolanen. multis adhibitis Conc. Sanctissime, reformauit. An. D. MDLXXX. Magnus in dies fit hominum ad illius Sepulchrum concursus, multis, vt ferunt, gratias sanitatum impetrantibus.

Meditium Monasterium fuit Bithyniæ apud Cæsaream C. inter Nicæam, & Prusam, vrbes præcipuas, à Sancto Nicephoro Abb. constructũ apud oram maritimam: cuius vestigia nulla nunc extant.
3 Apr. Nicetas Abb. sub Leone Armeno Iconomacho vexatus. *Metaphr.*
* Athanasius S. Nicetæ Abb. Synchronus.

* Megalopolis, quæ est Magnopolis, *MecKelburg* C. Germ. magnæ quondam E. ac Ducatus Megalopolitani in Vuandalia, & Saxonia inferiore, Metropolis, ampla adhuc, & figura oblonga in planitie, aliàs maior, ac nobilior; cuius dignitas Episcopalis Seuerinum finitimam vrbem adducta est, sedes verò Principis Gustrouiam. Media ferè inter Seuerinũ, & Vuisinariam vrbem eiusdem Ducatus maritimam, ac præclaram.
17 Mai. Thetnarus mon. S. Vicelini Episcopi discip. in Monast. Falderen. An. D. MCLII. *Krant lib.6.*
* 10 Nou. Io. Scotus Ep. m̃. apud Rethium op. Megalopolitanum. An. D. MLXVI. *Krant. lib.4.*

Meldæ, *Meaulx* C. E. Gall. Belg. antiqua in Brya, quæ regio pars est Campaniæ ad Matronam fl. præterfluentem, quam Torrens in duas diuidit, pars colle assurgens, pars in planitie ad præter labentem amnem. Vrbs egregiè munita, nec obscura nominis. Media inter Lutetiam Parisiorum: à qua in ortum hibernum X. M. P. Gall. abest. & Castrum Theodorici, à Siluanecto C. in Austrum paulò minus dissita, à Senone Metropoli, in circium supra XII.
30 Aug. Fiacrius Mon. Sancti Pharonis Episcopi discip. in Monast. Brodolien. *Sur. tom.7.* An. D. DC.
22 Sept. Sanctinus Ep. I. S. Dionysij Areop. disc. *Cat. lib. 8.*
28 Oct. Faro Ep. XX. sub Childerico An. Domini DCLXXXVI. *Vinc. lib. 24.*
3 Nou. Pirminus Ep. circa An. DCCXX. primum Abb. Augien.
7 Dec. Fara V. *Maurol.*
13 Feb. Gislibertus Ep.
26 Mai. Hildeuntus, siue Hildeuertus Ep. X X I. Sancti Faronis succ. *Cat. lib. 5.*
* 2 Vualbertus Ep. XIX. S. Faronis frater. *Trithem. lib. 4.*
21 Iul. Iulia V. m̃. in Terr.
22 Sept. Antoninus Ep. S. Sanctini succ.
22 Oct. Edina V.

3 Nou. Priminus Ep.
7 Dec. Chelinns Germanus S. Pharonis. sub Heraclio Imperat. *Maurol.*

Melitine, seù Melitene, *Malatia* C.E. Armeniæ minoris, apud Euphratem fl. quondam eximia, regionis, cui nomen dedit, Metropolis, ad quam Imperatores diuertere soliti erant, Media quasi inter Sinim Coloniã, & Metitam vrbes ad Euphratem proximas, ad XLV. M. P. à Cæsarea Cappadociæ in ortum, ad CC. M. P. distans, paulò pluribus ab Euphratis origine, in Armenia maiore exorientis.
13 Feb. Polyeuctus m̃. sub Decio. quem tertium martyrem ferunt. *Metaphr.*
19 Apr. Hermogenes, Caius, Expeditus, Aristonicus, Rufus, & Galata V. m̃. *Cat. lib.* 4. Gales. addit Theodosiam V. m̃. & scribit Mileti pro Melitinæ.
5 Sept. Eudoxius, Zeno, Macarius, & Soc. MCIIII. Milites m̃. sub Diocl. *Metaphr. & ex actis S. Romuli* m̃. Cæsariæ.
7 Nou. Hiero Tyaneus, Nicander, Hesychius, & alij XXX. m̃. sub Diocl. *Metaphr.* Gales. scribit Hirene pro Hiero. omisso Hesychio.
23 Apr. Georgius magnus m̃. sub Dioclet. quem alii Diospoli in Perside, alii Lyddæ in Palestina, alij alibi passum narrant. Multa autem de eius passione tanquam apocrypha à Pelagio Pap. reprobata sunt.

Memphis, *Messer*, & *Menchis* C. antiquissima, ac olim præclarissima, Regia Ægypti, quæ sub Christianis etiam E. fuit, apud Nili citeriorem ripam, è Regione Babylonis, haud procul à Pyramidibus: in quibus Ægyptij Reges sepeliebantur. Ab Alexandria in Austrum ad CXL. M. P. à Pelusio ad CXX. abest. Nunc solo prorsus æquata est, ruinis ingentibus locus adhuc indicantibus.
16 Febr. Iulianus Ep. m̃. cum alijs V. M. sub Diocl. *Vsuard.*

* Merbacum, *Meerbeeck* pagus Brabantiæ, cum monasterio apud Nethã fluuium, inter Arescotum, & Herentalsam, in diœcesi Machlinien. ab Ariscoto in boream vix II. M. P. Brabanticis distans, à Machlimia supra III.
* 3 Feb. Berlendis V. monialis S. Bened. Sancti Amandi Episcopi neptis. *Mol in Addit.*

Meri in Phrygia. Hic error non dissimulandus. In Phrygia enim nulla C. huius nominis est apud scriptores: neque in Concilijs generalibus, quibus Episcopi omnium urbium inter fuere, huiuscemodi vrbis mentio habetur. Neque Suidas: ex quo passio infra scriptorum Martyrum accepta est illius meminit. Puto ego Græcum codicem Suidæ, deprauatum, vel scriptoris alicuius incuriam, siue ignorantiam, aliis errandi occasionem præbuisse. Sic enim habent verba Suidæ in dictione, Ἀμάχιος Οὗτος ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἄρχων ἦν Μηγφὰς πόλεως φρυγίας ἕλλην γοργὸς τῶν ἱερῶν ἀναγομένων Μακεδόνιος τις καὶ Θεόδουλος, καὶ Τατιανὸς ζήλῳ τοῦ χριστιανισμοῦ νυκτὸς εἰσπηδήσαντες συντρίβουσι τὰ ἀγάλματα. Hoc est. Hic sub Iuliano Apostata præfectus erat paruæ ciuitatis Phrygiæ Græcus terribilis: Apertis templis Macedonius quidam, Theodulus, & Tatianus zelo Christianismi, nocte ingressi contriuere simulacra. &c. Ex

quibus

quibus patet dictionem μηκρῆς, dum pro κ. η. accipitur, ansam erroris dedisse.

12 Sept. Macedonius, Theodulus, & Tatianus m̃. sub Iuliano. *Suidas*.

Mesopolis, locus erat Siciliæ in agro Leontino, à Leontina ciuitate parum distans: cuius hodie nihil extat. Sic dictus, quod in medio fuerit.

10 Mai. Alphius, Philadelphius, & Cyrinus m̃. sub Licinio. *Acta in ecclesf. Leontina.*

Misopotamia, *Diarbech* Regio Asiæ Euphratæ, & Tigri fluminibus intercepta, vnde & nomen obtinuit: Nam Euphrates illam ab occasu, & Austro definit, & alluit, Tigris ab ortu, donec confluunt apud Apamiam infra Seleuciam Magnam. A septentrionibus Armeniæ maiori: a qua Niphate M. diuiditur, Confinis est, ab ortu Assyriæ, ab occa. Armeniæ minori, & Syriæ, à meridiæ Arabiæ Desertæ, & Chaldæę. Longa ad CCCC. M.P. inter Euphratem, & Tigrim, minus in latum patens. Chaboras fl. per medium quasi, à septentrionibus ex Masio M. profluens, in meridiem Euphrati illabitur. Vrbes olim insignes, Edessa, Carrhæ, Nicephorium, Labana, Nisibis, & Seleucia. Nunc fulgent, Amida, Mirduum, Carrhæ, quæ *Mosul*, dicitur forte antiqua Ninus, & quæ *Asanchef* vocatur. fortè Sapphæ veteribus dicta.

23 Mai. Plures m̃. sub Maximiano. *Menol.*

18 Oct. Iulianus Heremita ad ripam Euphratis. *Menol.*

4 Dec. Maruthas Ep. sub Isdegerde Aege. *Menol.*

7 Athenodorus m̃. sub Diocl. *Menol.* Alibi sub die 11. Nouemb. collocatur, vt in Martyrol. Rom.

26 Archelaus Ep. *Menol.*

Messana, *Messina* C. A. Siciliæ antiqua, litoralis, nobilis, primaria, ampla, cum Manormo certans de primatu, longa, circa portum curuata, munitissima arte, & natura, ob montes circunstantes, & arces firmissimas: Portus ingens falcatus & tutissimus, Emporium celebre: vbi maxima Serici copia, quod in alienas terras exportatur. Academia: Sita est ad fretum Mamertinum apud Pelorum Prom. à quo XII. M.P. quot à Rhegio Brutiorum, seù Iulio, distat. A Panormo in ortum æstiuum ad CC. M.P. à Neapoli ad CCXL. ab Enna Siciliæ vmbilito ad CXX.

18 Apr. Eleutherius Ep. Illyrici, & Anthia mater, cũ Corebo præfecto m̃. sub Hadriano. *Metaphr.* qui eos Romæ passos scribit, *Maurol.* habet Miseni in Campania. Alij Messapiæ in Apulia, sed neque Messanæ, neque Miseni, neque Messapiæ, aut alibi in Apulia horum mart. memoria habetur.

7 Aug. Albertus Carmelita presby. sub Fiderico Rege, quẽ Drepani migrasse tradunt, alij sub Petro Cataloniæ Rege.

5 Oct. Placidus mon. S. Bened. disc. Eutychius, & Victorinus fr. cùm Flauia sorore, ac Donato, Firmato, & Fausto, & alijs XXX. Monachi. m̃. sub Manucha Saraceno Pirata. An. D. DXL. *Sur. Tom. 5.*

20 Nou. Ampelus, & Caius m̃. *Ado Acta in ecclesia Taurinen.*

19 Sept. Nicander Abb. Gregorius, Petrus, Demetrius, & Elizabeta. *Maurol.*

1 Aug. Passio plurimorum monach.sub Hebrayno Duce Saraceno.An.D.DCCCCIII. *Ex Petr.Diac.Chron.M.Casini.*

Metis,& Metæ prius Diuodurum,vt multis videtur. *Metz* C.E. Galliæ Belg.antiqua. Mediomatricorum metrop. ad Mosellam flu.interlabentem, forma quasi rotunda, elegans, ampla, egregieque mœnium, & propugnaculorum firmitate munita, media inter Musopuntum, & Theodonis villam, proxima oppida, inter Verodunum, & Treuerim, trigonum æquilaterum cùm Veroduno,& Tullo, VII.M.P.Gall.interuallo constituens. à Nasio in septentriones.IV.distans, Quæ & si in Lotharingia sita est, Gallo tamen Rege paret, à Treuiris XIV. à Lutetia Paris.in ortum LII.

8 Ian. Patiens Ep.IV.sub Symmacho Pap. *Mol.in add.*

21 Febr. Felix Ep.III. *Mol.in add.*

8 Iun. Clodulphus Ep.XXXII. An. D.DCLXXIII. S.Trudonis Abb.synchr. *Sur.Tom.*4.

18 Iul. Arnulphus Ep. pater Pipini Regis. obijt in solitudi. M. Vogesi.An.D.DCXII. *Paul.diac.lib.6. de Gestis Longob.*

18 Aug. Firminus Ep.XI.An.D.DVI. *Mol.in add.*

29 Adelphus Ep.X. *Mol.in add.*

7 Nou. Rufus Ep. *Ex Adone.*

1 Feb. Sigibertus Rex. Francorum: qui XX. monasteria ædificauit. *Sur.Tom.*1.

10 Simeon Ep. *Mol. in add.*

6 Mar. Grodegandus Ep.

23 Iul. Glodesindes V.sub Childerico Rege,ibi corpus. *Sur.To.*4

27 Frominius Ep. *Ex Tab.*

* 10 Aug. Actor Ep. *Ex Maurol.*

19 Sept. Godericus Ep.sub Theodeberto Regi. *Sur.Tom.*6.

27 Petrus conf. *Ex Maurol.*

28 Terentius Ep. *Ex Maur.*

23 Nou. Clemens Ep.I.S.Clementis Pap.patruus. *Ex Maurol.*

Bruno Ep.ex Monacho. *Belloforestius.*

Metallum Phanense,locus erat Palæstinæ,in Territ.Gazæorum,à Dodan op.ad IV.M.P.in Austrum recedens,in quem locum relegati ducebantur ad Metalla damnati.

4 Mai. Siluanus Ep.Gazę,cũ plurimis Clericis,& alijs XXXIX. m̃. sub Diocl. *Euseb. lib.*8. scribit Siluanũ cum multis clericis passum Gazæ. alios vero XL.in Phanensi Metallo. *Gales.* Ioannem m̃. addit. *Ex Euseb.loco citato.*

* Methone, *Modon* C.A. Peloponnesi litoralis ad Coryphasium. Prom. in Messenia.regione, vbi ora ab occ.in Austrum vergit inter Pylum,& Coronē contra Sphagiam Ins.à Corone XVIII.M.P.in occ.distans,à Nauplia ad CC. M. à Zacyntho Ins.ad..... Vrbs hac tempestate primaria,& munitissima: in qua ingens est Turcarum præsidium, & sedes præfecti. Ad M.radicem,in mare porrecta,ac in longum dissita.

* 14 Mai. Barbarus m̃.sub Iul. *Maurol.* licet Gales. scribat eum passum in Thracia. Corpus Venetijs. *In Cat.lib.*4. additur Bacchon.& pro Methone,Muthone in Gallia legitur.

* 29 Apr. Leo Ep. *Cat.lib.*4. Corpus Venetijs.

Meua-

Meuania, quæ & Meuia. *Beuagna* C. olim E. Vmbriæ non obſcura, iuxta colles M. Maternorum ad Tinnam flu. irrigantem, inter Fulginium, & Tudertum, à Fulginio IV. M. P. à Tuderto XIV. à Peruſia fermè tantundem, nunc op. præclarum ad epiſcopatum Spoletinum attinens, ab vrbe Spoletina ad XII M. P. recedens.

1 Mai. Benignus Diac. & m̃. S. Vincentij frater. *Ex monumentis eccl. Meuanienſis.*

6 Iun. Vincentius Ep. & m̃. *Cat. lib. 5.* Galeſ. putat pro Meuia Mædia, quæ eſt vrbs Thraciæ, ſecundum ipſum, eſſe legendum. Lucæ, corpora SS. Vincentij Ep. & Benigni diac. in Cathedrali eccleſia habentur: quos colunt hac die.

Iacobus ord. Præd. ex nob. Blanconum familia. *Ex Annal. dicti ordinis.*

Mileuis, ſeu Mileuum, & Milleum apud Anton. Aug. in Itiner. *Mela* C. olim E. Africæ propriè dictæ mediterranea apud Ampſagam flumen: quod Africam à Mauritania Cæſarienſe diuidit, inter Cirtam, à qua in boream ad XII. M. P. diſtat, & Cullu. Concilio Mileuitano clara, cui S. Auguſtinus Epiſ. Hipponen. interfuit. Hic imperitiam aliquorum non ſatis mirari poſſum: qui Concilium Meleuitanum in Melita Inſula habitum putant, dictum qui Mileuitanum deprauatè ab vrbe Melita: cùm Sole clarius ſit, Concil. hoc in Africa, ſeù in Numidia: quæ Africæ pars eſt, CCXIV. epiſcoporum concurſu ex vniuerſa Africa ſub Innocentio Pap. celebratum fuiſſe.

4 Iun. Optatus Ep. doctiſſimus, ſub Valente, & Valentiniano. *Hieron. de ſcript. eccl.*

Milledunum, quod & Mollodunum *Melun* op. Gall. Celt. perantiquum, & præclarum ad Sequanam fl. interfluentem, Europeæ regionis caput, inter Lutetiam Pariſiorum: à qua in Eurum X. M. P. Gall. vix diei itinere diſtat, & Nemoracum.

10 Nou. Leo confeſs. *Ex antiq. Martyrol.*

1 Ian. Aſpaſius conf.

Miletus, *Melaſſo* C. A. antiquiſſima, & clariſſima Cariæ maritima apud Mæandri flum. oſtia, inter Epheſum, & Halicarnaſſum, ab Epheſo in meridiem diei itinere diſſita, Triplici prædita portu, multarum vrbium procreatrix. Nam ſi C. Plinio fides eſt, LXXX. vrbes à Mileſijs conditæ fuere. Ea ſub Turcis ſuboſcura vti, & Epheſus, effecta eſt.

28 Iul. Acathius m̃. ſub Licinio. *Menol.*

Minda, quæ prius Tuliphurdum dicta putatur. *Minden* C. E. Germa. magnæ, in Saxonia ad Viſurgis amnis citeriorem ripam vbi *Fuldam* excipit in Vueſtphaliæ confinio, inter Osburgum, & Hildeshium: ab Osburgo vrbe Vueſtphalica in ortum æſtiuum ad VII. M. P. Germ. quot à Padeborna in boream recedens, à Bremi Metropoli in Auſtrũ ad XII. A Carolo Magno epiſcopali dignitate donata, vrbs amœniſſima, probeque munita.

20 Oct. Felicianus Ep. m̃. *Mol. in add.* videtur idem cum Fulginate: cuius reliquię eo ab Othone Imp. delatæ feruntur, *Vt Baronius Card. annotauit.*

16 Dec. Helinuuardus Ep.X. An.Domini DCCCCLVIII. *Krant libro* 3.

Misenum, *Miseno* C. olim E. Campaniæ maritima ad Misenum prom. apud portum Augusti in sinu Puteolano, inter ostia Vulturni fl. & sinũ prædictum contra Pytheusam Ins. inter Cumas: à quibus V. M. P. distat, & Baias. Cuius nulla extant hodie vestigia: nisi quod loco durat nomen, ab eo prom. incipit Crater sinus, vsquè ad Atheneum promon.

18 Apr. Eleutherius Ep.Illyrici m̃. cum Euanthia matre, sub Hadria. *Metaphr.* Hũc alij Messanæ, alij Messapiæ in Apulia adscribunt. *Metaphr.* Romæ passum refert.

23 Sept. Sosius diac. m̃. vnà cum Ianuario Epis. Beneuentano m̃. sub Diocl.

Misna, *Meisen* C. E. Germ. magnæ, Misniæ Prouinciæ, ex se denominatæ caput, ad Albis fl. citeriorem ripam descendens, pars montosa, pars plana, inter duos M. in altero quorum sita est arx, contenta, nobilis, & antiqua, Hermundurorum metropolis, inter Dresdam Principis aulam, & Lypsiam regionis emporium, & Academiam: à qua in Euronotũ ad VII. M.P. Germ. distat, à Dresda in occ. æstiuũ ad III. inter Erphordiam Thuringiæ, à qua in ortum ad XXII. M.P. dissidet, & Gorlitiũ Lusatiæ, in ortum supra XVI. M. distantem, à Praga in Circium XX. à Vitembergа in Austrum XII. in medio Torga.

16 Iun. Benno Ep. An. Dom. MXVI. sub Henrico Imp. IV. corp. ibi. *Sur. Tom.* 7.

* Gerũgus Ep. S. Bennonis præcessor, prius Abb. An. D. M. *Mosan. Tom.* 7.

* Langius. *Ex Chron. Cicizensib.*

* Modoctia. *Monza.* op. præclarum, & amplum intubriæ ad lambrum amnem clarissimum interfluentem. Vbi Imperatoribus coronam ferream mos erat accipere. Abest à Mediolano in septentriones X. M. P. ibiquè templum augustum D. Io. Bapt. à Theodolina Regina dicatum.

* 6 Iun. Gerardus conf. *Ex Kalend. & Sanctuar. Pauli Merigiæ.*

Moguntia, quæ & Magontia, & Mocontiacum, *Magonza* Italis, *Mentz*, seù *Maentz* Germanis, *Mayence* Gallis. C. A. Germaniæ sup. ad Rheni ripam citeriorem contra Mœni flum. ostium, optimè munita, ampla, nobilis, & Academia haud obscura. Cuius Archiepiscopus, cæteros Imperij electores præcedit, polletquè non modo dominatione terrena: sed etiam ecclesiastica auctoritate. Media est inter Bingium, & Francphordiam. IV. M. P. Germ. distans, à Vuormacia in boream, IX. à Treuiris in ortum ad XXII. à Praga in occ. LXXII. à Col. Agrippina in Phœnicem XXVI. Multa ibi antiquitatis monumenta, multa, collegia, in quibus Iesuitarum ad Fidem Catholicam tuendam, sacræ ædes per multæ, & Clerus frequens.

5 Iun. Bonifacius Anglus Ep. XVII. m̃. in Frisia. cum Eobano, & alijs sub Greg. II. Pap. corpus Fuldæ. *Sur. Tom.* 3.

16 Aureus Ep. IX. & Iustina soror m̃. sub Hunnis, An. D. CCCCLIV. *Ado.*

21 Albanus m̃. An. D. CCCCXXVI. corpus in propria eccl. trans Rhenum. *Cat. lib.* 5.

16 Oct.

16 Oct. Lullus Angl. Ep. S. Bonifacij suc. An. D. DCCLXXXVII. *Sur. tom. 5.*
28 Erratius m̄. *Sur. ibidem.*
18 Nou. Maximus Ep. IV. An. D. CCCLXXVIII. sub Constantio Imp. *Sur. tom. 5.*
23 Ian. Macarius Abb. & Eugenius m̄. *Ex Breuiar. Moguntino.*
16 Mar. Meginbodus Abb. Burbacen. *Tritbem. lib. 3.*
10 Iun. Bardo Ep. XXII. An. D. MLI. *Hermannus Contractus in Chr.*
8 Iul. Disibodus Ep. Hibernus, Abb. monast. M. S. Disibodi. in Com. Spanehimen. apud Moguntiam, S. Bened. Abb. synchr. *Sur. tom. 4.*
29 Aug. Verona V. Corpus Louanii.
28 Sept. Lioba Angla Abb. Bischoffsehimen. in Territ. S. Bonif. synchr. *Sur. tom. 5.*
27 Nou. Bileldes Vidua Mon. sub Clodoueo II. Rege. *Ex Breuia. Moguntino.*

Molismum, *Meulesme* locus Gall. in Terr. Trecensi in Campaniæ, & Bryæ confinio, ad Sequanam fl. apud Barrum, & Castellionem op. in diœcesi Lingonen. vbi monasterium Molismense, adeò memoratum Cistertiensis familiæ, à S. Roberto Abb. extructum fuit.

29 Apr. Robertus Abb. I. Cistertien. S. Bernardi Abb. synchr. Cistertij sepultus. *Sur. tom. 2.*

Monasterium, quod Mediolanium prius dictum videtur à Ptol. *Munster* C. E. Germ. Magnæ, Vuestphaliæ in cuius medium tenet, primaria, elegantissima, & valde munita, nobilitate ciuium cleri frequentia, & V. collegijs clara, cui monasterium nomen dedit, cùm prius Minigradus diceretur. A Colonia Agrippina in Cæciam ad XXII. M. P. Belgica distans, quot à Nouiomago, à Dauentria XX.

26 Mar. Ludgerus Ep. I. An. D. DCCCIX. sub Carol. Magno. *Sax. Gram. lib. 1.*
* 4 Sept. Ida Vidua Monialis, sub Carol. Magno, apud Lupiam fl. *Sur. tom. 5.*
* 13 Feb. Almuricus Ep.

* Monasterium Acœmetorum in Bithynia situm erat apud Chalcedonem, & Bosphorum Thracium, iuxta os ponti, vbi is incipit Laxari, olim celebre multitudine, & Sanctitate Monachorum, cuius hodie nullum vestigium extat.

29 Dec. Marcellus Archimandrita sub Leone Magno. *Metaphr.*

Monasterium Coniunctuli *De S. Dominico* in Piceno in Auximensi diœcesi, inter Recinetum, & Auximum, postea S. Dominici appellatum: in quo nunc nullus Eremita, aut Monachus degit, Ecclesiæ redditu ad Auximensem Episcopum spectante.

14 Oct. Dominicus Loricatus Eremita, sub Greg. VII. Pap. An. D. M L. *Vita per Petrum Damianum scripta apud Sur. legitur.*

Monasterium, Claraualien. Vide Claraualls.

Monasterium Fontanellæ, Gall. Celt. ad Sequanam in Normandia Rothomagen. diœcesis, floruit olim sanctitate, cùm multos Sanctos Episcopos tulerit.

9 Feb. Ans bertus Ep.Rothomagen.sub Lothario Rege.Corpu Bellouaci. *Sur.tom.1.*

20 Mar. Vulphramius Ep. Senonen. S. Ansberti synchr. Corpus ibidem. *Sur.tom.2.*

Monasterium Nantuen.Vide Nantua.

* Monaoeda,postea Monarina, Ins.Britaniæ,inter Albionem,& Hiberniam,atque inter Monam Ins.Vualliæ,& Gallouidiam,Scotiæ regionē occiduam,à Cumbria Septentrionali in occasum ad XXV. M. P. dissita,Gallouidiæ,& Monæ proprior.L.M.longa,lata XL.cum vrbe Episcopali.Rossha *ManRhussheyn* dicta.aliàs Sodera.

* Amphibalus Ep. 1.Soderen. m̄.S. Albani m̄.magister. *Hector. Boeth. Scot.*

Mons , Ararath , in Armenia maiore excelsus apud Alexandriam C.quæ nunc *Scander* dici videtur , prius Zalissa , in Iberum confinio Regia. Cuius Montis.& regionis, (est enim & regionis circa Montem hunc nomen)apud Esaiam fit mentio Cap.XXXVII.in calce.

22 Iun. Decem M.crucifixi , sub Hadriano. In quibus Hellades Dux,Agathius,& Primicerius nominati. *Cat. lib.5.*

M.Carmelus, *M.Carmelo* in Palæstina apud oram litoralem inter Petram Incisam , quæ & Castrum Peregrinorum dicta est , & Ptolemaidem in mare,quasi promontorium quoddam porrectus.In quo Caipba C.à Castro Peregrinorum ad XXII.M.P.distans, sita est. Alter huius nominis M.est in Iudæa,apud Bethlehem C.

20 Iul. Helias Propheta. *Ioseph.lib.8.Antiq.*

M.Casinus. *Monte Cassino* Mons,& C. olim E.Samnij apud Campaniæ fines,ad flunium eiusdem nominis,iuxta radices labentis ,Soræ , Aquino,& Venafro finitimus : in quo monasterium à S. Benedicto constructum:ex quo tanquàm ex equo Troiano plurimi scientia,& sanctitate conspicui prodiere: quorum plures Summi Pont.effecti Ecclesiam Dei sanctissimè gubernarunt . Nunc C.iacet , successit Fanum Sancti Germani,ad M.radices ædificatum, inter Neapolim:à qua ad XLVIII. M. P.abit.& Sulmonem longius distantem.

10 Feb. Scholastica V.Abb.S.Benedicti Abb. Soror.Corpus Cenomanis in Gallia. *Sur.tom.1.*

21 Mar. Benedictus Abb.1.Monachorum occidentis pater.Corpus Floriaci. *Sur.tom.2.*

9 Oct. Deusdedit Abb.m̄. *Trithem.lib.5.*

15 Feb. Faustus Mon.S.Bened.disc. *Cat.lib.2.*

31 Mar. Io.Abb.XXIII. Ex *Chron.M.Cas.*

* 23 Oct. Bertharius Ab.m̄.sub Saracenis An.D.DCCCLXXXIV. *Ex Chron.lib.1.*

3 Nou. Amicns mon. Ex *Breuiar.Casinen.*

27 Apollinaris Abb. XIV. qui Lirim fl. siccis plantis traiecit. Ex *Chron.*

* M.Faliscorum, qui & Physcon *Monte Fiascon* C. E. Hetruriæ in monte, qui Vulsiniensium lacui imminet , sita , inter Vulsinium, & Viterbium vrbes propinquas occurrens , inter Senas , & vrbem Romam : à qua XLVIII.M.P.in Corum distat,à Senis paulò remotior.Media quasi inter Centumcellas,& Perusiam:à qua in Meridiem vix XL.M.abest.

2 Oct.

2 Oct. Thomas Ep. Herefordien. An. D. MCCXXVII. Ibi dùm Roma in patriam reuertitur, defunctus. Corpus in Angliam relatum. *Sur. tom. 5.*

* M. Feretranus, seù Feretratus. *Monfeltro*, & *San leo*, vide Leopolis.

M. Garganus. *Monte di S. Angelo.* M. Apuliæ Dauniæ, qui in mare Hadriaticum instar Peninsulæ excurrit, circuitu CXX. M. P. in cuius ora Sypuntum C. A. euersa: cui Manfredonia ad milliarium substituta, Vesta, Hyrium, & Lesina. In Monte vero Fanum S. Angeli. C. A. vbi Templũ D. Michaeli Archangelo dicatum, summa veneratione, à finitimis populis colitur. A Neapoli in ortum ad C. M. P. distans.

8 Mai. Apparitio S. Michialis Archangeli.

M. Hor. Vide Hor.

M. Nebus, Mons Arabiæ Petrææ inter Petram, & Areopolim, Regiam Moabitarum vltra Asphalthidem lacum, apud Phasgam M. ex quo Moysi terram promissionis aspicere permissum est, ab Hierosolymis triduo pauloue plùs in ortum distans.

4 Sept. Moyses Propheta, & Legislator. *Ex Deuteron.*

* M. Oxeas, *Monte di Scutari.* M. Bithyniæ apud Bosphorum Thracium desinens, Chalcedoni C. proximum: in quo aliàs cœnobium, quod *Acæmiteron* dicebatur. Monachorum S. Basilii constructum erat.

14 Feb. Auxentius Abb. sub Martiano Imperat. *Metaphr.* affuit in Conc. Chalcedonen.

* M. Iouis. *Monte di S. Bernardo* M. Alpium Penninarum supra Salassos, qua ex Italia in Gallias Augusta Prætoria iter est, vbi Monasterium Cistertiensium diues, quod prætereuntes excipit, inter Augustam, & Tarantasiam.

* 16 Mai. Bernardus Eremita, qui populos Alpinos conuertit. *Mol. in Addit.*

M. Pesulanus, *Montpellier* C. E. Gall. Narbonen. monti: à quo nomen accepit imposita, media inter Arelatum: à quo in occ. XIIII. M. P. Gallicis abest, & Narbonem Metrop. tantundem distantem, apud Ledum amnem non longè decurrentem. Vrbs optimè habitata, & munita, populi frequentia, mercimonio, & Academia nobilis, Regionis Occitanæ post Tolosam primaria, à litore vbi Magrlonen. ciuitas: cuius dignitas Episcopalis ante Hæreticorum aduentum huc recepta fuerat, ad X. M. P. recedens. Agathopolis, vt nonnullis videtur, prius dicta.

16 Aug. Rochus Conf. An. D. MCCCXXVII. Corpus Venetijs. *Cat.* in Append. contra Epidimiæ morbum suppliciter inuocatur.

M. Politianus, *Montepulciano* C. E. Hetruriæ longa colli imposita, inter Senas Metropolim: a qua in ortum hibernum ad XXIIII. M. P. abest, & Oropitum, supra XXX. ab Aretio in Austrum ad XXI. Clusio ad VIII. M. proxima, Media inter M. Alcinoum, & Cortonam, vtrinque XV. M. recedens. Hic ingens Doctorum turba.

20 Apr. Agnes V. S. Catharinæ Senensis contemporanea. Corpus ibidem. *Flos SS.*

* M. Regius, *Kungsperg*, seù *Cunigsberg.* C. Prussiæ maritima ad Pregeli fl. ostia, vrbs primaria, sedes Principis, & Emporium clarum. Naues magno ciuium commodo intra vrbem: quam flumen diuidit, cribris pon-

tibus

tibus transitum præbentibus, aduehuntur. Vltra Gedanum in Cæciam XVIII.M.P.Germ.Hic sedes etiam episcopi Sambiensis.

23 Apr. Adalbertus Ep. Pragen.m̄. S.Bonif.episcopi Moguntini discip.Corpus Gnesnæ in Polonia maiore. *Sur. tom 2.*

M.Sorates, *Monte di S. Siluestro.* M.Hetruriæ cum pago, qui *S orcsto* dicitur,inter M.hunc,& Tiberim sito,inter Fescenniam C.à qua ad VIII. M.P.abest,& Arinianum op.ab vrbe Roma ad XXV.M. P. distans, sic cognominatus:quod in eo S.Siluestro Pap.latitauerit.

2 Sept. Nonnosus Abb. *Cuius S.Greg.Pap.lib.1.Dialog.meminit.*

* M.Silex, *Monselice* op.Venetiæ,agri Patauini,pars in plano pars colle assurgens ad præterfluentem Meduacum minorem, inter Patauium : à quo in occ.ad X.M.P.remouetur,& Ateste dicti interuallo dimidio distans,ex præcipuis eius agri oppidis.

* Sauinus Ep. m̄. ignoratur genus martyrij, & locus cuius fuerit Episcopus. *Ex Scardeonio de Antiq.vrbis Patauinæ.*

M.Syna, seu Sina, & Sinai. *Monte Sina* M. Arabiæ Petrææ, pars eorum Montiū:qui Melanes Ptolomæo dicuntur,inter M.Pharan,& M.Oreb, à Babylone Ægyptia in ortum supra CCL.M.P. ab Hierosolymis in Libonotum ad CCC.M.distans.In cuius ascensu plures ord.S.Basilii monachi degunt.in summitate verò monasterium ingēs,& Ecclesia D.Catharinę V.m̄.dicata,magna veneratione colitur,nisi Monachos Arabes crebris in cursionibus perturbarent.

14 Ian. Triginta,& octo monachi M.sub Saracenis Anast.Imp. *Sur tom.5.*

30 Mar. Ioā.Climacus Ab.S.Sabbæ Ab.Synch.sub Iust. *Sur.to.2.*

25 Dec. Catharina V.m̄.Alexandrina eo ab Alex.dierum XII.itinere distante corpus ab Angelis portatum.

* M.Sytriæ, *Monte San Vicino* M. Piceni in Vmbriæ confinio, apud Fabrinum op.præclarissimum,Apennini pars,vbi apud Vallecastrum pagum insigne Camaldulensium monasterium à S. Romualdo extructum, & habitatum.

7 Feb. Romualdus Abb.Camaldulensium auctor. An. Domini MXXVII.sub Henrico Imper. Corpus Fabriani. *Sur. tom.7.*

M.Thabor, *n.r.* M.Palestinæ in Galilæa, inter Naim,& Nazareth, propinquos ciuitates, Monti Hermon proximus & Gelboe, à Nazareth II.M.P. Germanicis ab Hierosolymis uix tridui itinere in Septentriones distans.

6 Aug. Transfiguratio D.N.I.C. *Apud Matthæum Cap.17.*

* M.Virginis, *n.r.* Mons Hirpinorum in Campaniæ confinio, in vlteriore Principato (sic vocatur,Regio III.Regni Neapolitani) inter Abellam, & Abellinum, atque inter Nolam, & Beneuentum proximas vrbes. In eo Monasterium insigne à S. Gulielmo constructum, & Templum Dei paræ Virgini dicatum carnes,& oua,si quis eò detulerit,illico computrescunt.

* 17 Aug. Donatus monach.ann.æt.suæ XIX. *Ex lib.orig.M. Virg.*

Mopsuestia, quæ & Mopsos apud Plin. dicitur. *Malmistra* C.E. Ciliciæ antiqua ad Tauri M.radices Pyramo fl. præterfluente imposita, inter Adanam,& Issum,vltra Tarsum Metropolim proxima, vbi Constantius

tius Imp.contra Iulianum proficiſcens, extremum diem clauſit. Ea ab Armenis Chriſtianis ſub Turcarum Imp.habitatur.

23 Aug. Claudius, Aſterius, & Neon m̄.ſub Diocl. *Sur.tom.4.*

18 Dec. Auxentius primum miles, deinde Ep.ſub Licinio Imper. *Suid.*

* Auxentius alter m̄.ſub Diocl. *Euſeb lib.8.*

* Auxentius alius m̄.cum Euſtatio, & Mardario.

Morauia, Regio Germaniæ magnæ, ſic nunc dicta: in qua olim Quadi populi, & Marcomanni, à Moraua fluuio denominata, ab ortu Hungaria Transdanubiana, ab occaſu Bohemia, à Meridie Auſtria, à Septentrionibus Sleſia definita. Cuius vrbes clariores, Eburum, ſiue Olmutia, Metropolis. Cremſira, Olmutienſis Epiſcopi ſedes, Brunna, Igla, Snoima, & Vuiſcha.

9 Mar. Cyrillus, & Methodius Epiſcopi. An.D.DCCCLIX. circiter. *Ex Mart.Crom.lib.3.Hiſt.Polon.*

Mutala, Vicus erat Cappadociæ in Sebaſtenſi Territ. apud M.Argæum, vbi Monachorum fuit Cœnobium, prout ex Hiſtoria ſanctorum legitur. Quod, neſcio an his temporibus exter.

5 Dec. Saba Abb. qui Lauram in Palæſtina inter Hiericuntem, & lacum Aſphaltidem, conſtruxit, ſub Iuſtiniano, An. D.DXXXIII. Corpus Venetijs. *Metaphr.*

Mutina, *Modena* C.E. Æmiliæ, ſiue Galliæ Togatæ, in via Æmilia apud Scultennam amnem: quo ager Mutinenſis à Bononienſe dirimitur, inter Bononiam: à qua in occ.XX.M.P.diſſidet, & Rhegiū Lepidi: à quo in ortum hibernum XV.M.recedit, à Ferraria in Libonotum ad XXX. Vrbs antiqua, nobilis, ampla, ac populi frequentia præſtans, Eſtenſium Principum ſedes, ex quo Ferrariam Eccleſiæ conceſſerunt.

31 Ian. Geminianus Ep.ſub Iouiniano Imp.An.D.CCCLXVII. *Momb.tom.1.*

* Mylaſſa, *n.r.* C.Cariæ quondam E.inter Miletum Metropolim, & Halicarnaſſum, ab ora litorali aliquantiſper in Mediterranea recedens, Stratonicæ proxima, Hodie locus obſcurus.

* 25 Ian. Euſebia Romana Hoſpita. *Metaphr.*

* Ephrem, & Paulus Epiſcopi: *De quibus in vita S.Euſebiæ.*

Myſia, quæ & Mœſia, Regio Europæ maxima: quæ Sao, & Danubio à Septentrionibus à Pannonia, & Dacia diuiditur. Orbelo, & Hæmo Montibus ad Auſtrum à Macedonia, & Thracia, ab ortu Euxino mari, ab occ.Illyrico definita. In ſuperiorem, & inferiorem, Ciabro amne diuiſa. Superior, nunc *Raſcia* ad occaſum, & Septentriones *Seruia* circa medium, & ad ortum *Topleza* vocatur. Inferior, prior pars *Bulgaria*, altera *Beſſarabia* dicitur. Superioris vrbes olim Claræ. Taurunum, Singidunum, Orrea, Neſſus, Arribantium. Nunc Belgradus, Samandria, Seuerinum, Bodonum, Stonibigradus, Priſdena, M. Niger inferioris, olim Duroſtorum, Axium, Dinogetia, Nouidunum, Tibiſca, Deſcus, Nunc, Moncaſtrum, Drimagum, Varna.

15 Sept. Nicetas m̄.ſub Gothis Gratiano Imp. *Metaph.*

Myra, quæ & Myrrhea. *Myri* C.A.Lyciæ quondam nobiliſſima Metrop. ad Limyrum fl.haud procul à litore in colle, Phello, Antiphello, & Pa-

taræ finitimis vrbibus proxima. Ea nunc euersa iacet, manet, ecclesia, cùm exiguo monasterio in colle, ac vicus in proxima planitie, ruderibus vrbis longè latèque dissitis.

15 Apr. Crescens m̃. *Menol.*
18 Aug. Leo, & Iuliana m̃. *Menol.*
4 Nou. Nicander Ep. & Hermis presb. m̃. sub Licinio præside. *Menol.*
6 Dec. Nicolaus Ep. sub Constantino Magno, interfuit Conc. Niceno. *Metaphr.* Corpus Barij.
* Nicolaus alter Ep. Nicolai Magni auunculus. *Cat. lib. 5.*
* Theodorus Ep. m̃. Nicolai Senioris præcessor.

N

Nagara, quæ & Negrana *Negran* C. Arabiæ Fel. Homeritarum Metropolis, & Regia. Marabę Regiæ finitima. A Rheda ad LXXX. M. P. in Cæciam distans, ab Emporio Arabiæ: quæ nunc *Aden* dicitur, ad CLXXX.

24 Oct. Arethas, cum matre, & filio, ac soc. CCCXL. m̃. sub Dunan Hebræo. Iustino Imp. *Metaphr.*

* Nagara altera, *Naiera* C. Hisp. Tarraconen. in Vardulis, in colle pendula, cùm suburbio in plano, forma longiuscula: Medio inter Iuliobrigã, & Fanum S. Dominici vtriuque V. M. P. hisp. distans, à Numantia in Circium ad X. M. recedens, Tritio Metallo vrbi dirutæ, ex cuius reliquijs coaluisse creditur, proxima, Ducali titulo insignis.

* 20 Dec. Domincus Sillensis S. Dominici Calciatensis synchr. in Terr. *Thes. Conc. tom. 2.*

Namurcum, quod olim Nemetorcena dictum videtur: *Namur* & Germanis, *Namen* C. E. Gall. Belg. ad Sabis confluentiam cùm Mosa. Vrbs elegãtissima, cùm arce valdè munita, forma propè ouali, angustior, qua Mosa alluitur. Namurcensis Comitatus; sub quo aliæ comprehenduntur vrbes, caput. Media inter Leodium, & Montes, à Leodio in occ. hibernum X. M. P. belgicis, duplo inter Lucemburgum, & Gandauum, dissita, à Bruxellis in Euronotum ad XI.

13 Oct. Gerardus Abb. Bronnien. in Terr. sub Othone Imperat. *Sur. tom. 5.*
* 13 Mai. Crolenda V.
30 Iun. Adelia V. *Mol. in Addit.*
17 Iul. Fridegandus Conf.
11 Nou. Bertuinus Ep. in Terr.

Nannete, *Nantes* C. E. Gall. Celt. in Armoricis, seù Britannia minore, antiqua, nobilissima, & opulenta, ad alteram Ligeris flum. ripam, haud procul ab ostijs. Emporium florens, & aduenis mercatoribus frequens. Vrbium Britannicarum maxima, si Rhedonensem excipies. Pons ibi ingens lapideus. Media inter Pictones, & Venetos, ad XVI. M. P. gall. distans, quot ab Andegaui in occ. à Rhedona in Austrum paulo remotior, à Lutetia Parisiorum in occ. hibernum octo dierum itinere, seù LXXXVIII. M. P. gallicis, aut XC. dissita.

24 Mai. Douatianus,& Rogatianus fratres m̃. sub Dioclet. *Cat. lib. 5.*
16 Iun. Similianus Ep. *Vsuard.*
* 1 Aug. Friardus reclusus in Insula Vindumita. *Turonensis, de vit. Patr. Cap.* 10.
* Mainus Ep. prius Abb. Monasterij: quod nunc S. Ma ini dicitur. An. D. DLX. *Belforestius.*

Nantua, *Nantoue* op. Gall. Narbonen. in finibus Equestrium, nunc in Brixia Regione vltra Rhodanum fl. in Territ. & diœcesi Bellicensi, inter Lugdunum,& Geneuam, hinc VII. inde XII. ferè M.P. gall. distãs. Vbi Monasterium Nantyuense.
* 11 Mai. Marculphus Abb. sub Childerico Rege. S. Audœni Episcopi Rothomagen. synchr. *Sur. tom.* 3.

Nantonium, N*antoy* Castrum siue op. Gall. Bel. in Campania ad Matronã fl. inter Meldas: à quibus in ortum ad VII. M.P. gall. distat, & Castrum Theodorici: à quo parum abest in diœcesi Meldensi.
11 Feb. Seuerinus Abb. Agaunen. sub Clodoueo Rege: quem ægrotantem oratione sanauit. *Sur. tom.* 1. Vereor in pro Castro Nantuensi, Castro Nantoniensi in Martyr. Rom. irrepserit.

Narbo, *Naebona*, & *Narbonne* Gallis, C.A. Galliæ: quæ de ipsa Narbonẽ. dicitur, Metropolis antiquissima,& Rõ. Colonia, ad Atacis amnis ostia, vrbs quondam clarior, ac totius Narbonensis Galliæ primaria, nunc verò obscurior, valdè tamen munita, inter Biteras, & Carcasonem, inde III. hinc X. M.P. gall. distans. Media inter Nemausũ,& Tolosam, vtrinquè XXII. M.P. recedens. à Papiriano vrbe Hispanica. XV.
22 Mar. Paulus Sergius Ep. I. à S. Paulo Apostol. ordin. *Catal. lib.* 3.
26 Oct. Rusticus Ep. sub Hon. Imperat. & S. Leone Pap. Sancti Hieronymi synchr. *Ad quem* IIII. *Epistolam scripsit.*

Narnia, N*arni* C. E. Vmbriæ antiqua apud Sabinorum fines, ad Narem fl. vnde nomen est vrbi, præterfluentem in Mantis descensu, forma oblongior. Media inter vrbem Romam,& Perusiam, vtrinquè ad XL. M. P. distans. Inter Otriculum,& Interamnam pari VII. M. interuallo dissita, æquidistans quoquè XVIII. à Tuderto,& Spoleto.
3 Mai. Iuuenalis Ep. S. Maximini succ. Cui sanguis in calice Chrystallino in sacra distributione augetur. *Sur. tom.* 3. Corpus Fossani.
29 Iun. Cassius Ep. sub Totila Got. Rege. An. D. CCCX. *Greg. li.* 3. *Dialog.* Corpus Lucæ.
9 Dec. Proculus Ep. m̃. sub Totila præd. *Ex tab. eccl. Narn.* Alii illum Cal. Dec. ponunt. *vt in Martyrol. Roman.*
* Maximinus Ep. *De quo in vita S. Iuuenalis.*

* Naulum, *Noli* C. E. Liguriæ maritima in ora Genuensium inter Sauonem, à qua VII. M.P. in Africum abit, & Albigaunum, vrbes eiusdem oræ, Fioario proprior,& vadis Sabatiis. Vrbs exigua, sed situ per amœno, collibus hinc inde assurgentibus prædita.
* 7 Sept. Parngonius, Parteus, Partheopeus,& Seuerinus m̃. extat

Ecclesia Paragorio dicata Cathedralis. *Ex monum. illius Ecclesiæ.*

Nazianzum, C. fuit E. Cappadociæ parua, apud Pisidiæ, Lycaoniæquè fines, inter Seleuciam Pisidiæ, & Cæsariam Cappadociæ Metropolim, ob S. Gregorium Theologum, qui illius fuit Episcopus, memorata. Cuius hodie nulla extat memoria.

22 Feb. Cæsarius S. Gregorij frater. *Extat de eo Sancti Gregorij oratio funebris.*

9 Mai. Gregorius Ep. primum Sasimorum, deinde Constantinopolis, demum Nazianzi. Patris succ. Corpus Romæ. *Hieronymus, cuius fuit præceptor, de scriptis Ecclesiæ.*

5 Aug. Nonna S. Gregorii episcopi Nazianzeni mater. *De qua idem Greg.*

9 Dec. Gorgonia V. S. Gregorii prædicti Soror. *De qua idem verba facit.*

Neapolis, ante Parthenope dicta, *Napoli* C.A. Campaniæ maritima, nobilissima, ac vrbium Italicarum maxima. Nam & populi frequentia, ciuium nobilitate, amœnitate loci, soli ubertate, ædificiorum elegantia, cæteras antecellit. Sedes Regni amplissimi: Vbi Præfectus Regius (Hispano enim paret Regi) toti Regno ius dicit. Academia numerosa, Emporium, & Portus amplus. Arces habet tres firmissimas, egregiequè munitas. Situs vrbis inæqualis, collibus humilibus assurgens, & longior, circa litus curua. Ab vrbe Roma in ort. hibernum ad CXXV. M.P. dissita.

8 Ian. Seuerinus Abb. Noricorum Apostolus.

Item Seuerinus Ep. S. Victorini Episcopi m̄. frater sub Diocl. *Ado.*

30 Apr. Seuerus Ep. Sancti Maximi succ. sub Valentiniano Iuniore.

14 Mai. Pomponius Ep.

17 Restituta V. m̄. sub Numeriano: passa est in Africa.

23 Euphebius Ep. An. D. DCCXIII.

22 Iun. Ioannes Ep. *Sur. tom. 3.*

15 Iul. Athanasius Ep. Sede pulsus, Veruli migrat An. Domini DCCCXXXV.

3 Aug. Aspren Ep. I. à S. Petro Apost. ord.

4 Sept. Candida à S. Petro baptizata.

Item Candida altera sub Martiano Imp.

19 Ianuarius Ep. Beneuentanus m̄. sub Diocl. Corpus Neapoli.

26 Oct. Quoduultdeus Ep. Carthaginen. cum clero pulsus à Geinserico Rege. *Vict. lib. 2.*

28 Gaudiosus Ep. Africanus à Vuandalis pulsus.

9 Nou. Agrippinus Ep.

14 Dec. Agnellus Abb. sub S. Greg. Pap. & Mauritio Imper. Corpus Lucæ.

Maximus Ep. *De quo in vita S. Seueri.*

* Neætum. *Noto* C. Siciliæ nobilis, ex qua vni ex tribus vallibus, in quas vniuersa Insula distribuitur, nomen est, in Syracusana diœcesi, ab ea vrbe in occ. supra XVI. M. P. distans, Plutiæ proprior, & Monicæ, à Plutia vix VII. M. absens.

* 19 Feb. Conradus Placentius Eremita. An. MCCCLI. *De quo officium diuinum ex Leonis X. concess. recitatur.*

Nemausus, *Nymes* C. E. Gall. Narbonen. antiqua, apud Ledum amnem inter illum, & Vardonem, Media inter Arelatum, & M. Pesulanum ad VIII. M. P. Gallica ab eis dissidens, ab Auenione in occ. hibernum ad IX. M. ferè, à Lutetia Parisiorum in Phœnicem supra CXL. Vrbs quondam clarissima: vti antiquæ eius magnitudinis monumenta testantur: in quibus Amphitheatrum adhuc aquæductus, arcus, & statuæ marmoreæ cernuntur.

20 Mai. Baudelius m̃. *Turonen lib. de Glor. Martyrol.*

Neocæsarea, *Nixara*, & *Tocato*, C. E. Cappadociæ in ponto, ad Lycũ fl. ex Armeniæ minoris montibus in Irim flumen influentem apud Eupatoriam, seu Megalopolim, inter Amaseiam Metropolim, & Nicopolim Armeniæ, ab Amaseia in ortum supra LXX. M. P. distans. Hac quoque tempestate celebris. Est enim regionis à se denominatæ caput, & Satrapæ Turcici sedes.

14 Ian. Macrina S. Basilij auia, ac S. Gregorij Thaumaturgi disc. *De quo idem Basilius.*

24 Mardonius, Musonius, Eugenius, & Metellus m̃. *Ado.* Sed hi videntur passi Neocæsareæ Mauritaniæ.

18 Oct. Athenodorus Ep. S. Gregorii prædicti frater m̃. sub Aurel. *Euseb. lib. 6.*

17 Nou. Gregorius Thaumathurgus Ep. Orig. disc. sub Gordiano. *Hieron de script. eccl.*

28 Dec. Troas m̃. sub Gordiano. *De quo in vita S. Gregorij.*

Neocæsarea altera; quæ & Iulia Cæsarea, *Alger* C. olim Ac Mauritaniæ Cæsariensis Metropolis, maritima, inter Cartennam, & Tipasam, nunc clarissima Regia, ac munitissima; cum ingenti Turcarum præsidio, vbi Prorex: quem Turcarum Imp. pro libito suo creat, & amouet, moram trahit, vrbs ampla, figura Trapezite, cuius maius latus mari obijcitur. Balnea habens magnifica, & templa, & Xenodochia, à Balearibus Insulis in Austrum ad CC. M. P. distans.

23 Ian. Seuerianus, & Aquila vxor m̃. *Gales.* addit Florum filiũ, sed eos Neocæsareæ in Macedonia, vbi nulla vrbs huius nominis est scribit.

24 Mardonius, Musonius, Eugenius, & Metellus, seu Marcellus, vt alii scribunt m̃. *Ado.*

* Nepeta. *Nepi* C. E. Hetruriæ in Patrimonio Eccl. contenta ad Treliam amnem, Media ferè inter Sutrium, & Faleriam, proximas urbes, ac inter vrbem Romam, & Viterbium ad XX. M. P. hincinde dissidens. Exigua est, ac in ampla planitie non procul à Rosulo constituta.

* 24 Aug. Ptolomæus I. Ep. & m̃. à S. Petro Apost. ordinatus. *Ex actis illius m s.*

Nicea, *Isnich* C. A. Bithyniæ quondã clarissima, apud lacum Ascaniũ, in planitie figura quadrata, à Prusa vrbe inclyta in Cæciam ad XXV. M. P.

rece-

recedens, paulo remotior in Eurum a Nicomedia vrbe olim præstantissima, & primaria. His temporibus obscurior sub Turcarum Imperato. Magni illius primi Concilij sub Magno Constantino celebrati memorabilis.

20 Ian. Neophytus m̃. *Menol.*

13 Mart. Theuseta, Horres filius, Theodora, Nymphodora, Marcus, Arabia, cum alijs m̃. *Metaphr.*

12 Iun. Antonina m̃. sub Maximiano. *Menol.*

2 Aug. Theodota cum Euodio, & alijs duobus filijs m̃. *Ado.*

16 Diomedes medicus, Amaranthus, Montianus, & Ianuarius m̃. sub Diocl. *Menol.*

20 Nou. Eustachius, Thespisius, & Anastasius m̃. sub Maximiano. *Menol.*

19 Dec. Parius, Zosimus, Paulus, & Secundus m̃. *Gales.* tantum Darij meminit.

27 Theophanes Ep. sub Leone Armeno. *Menol.*

1 Febr. Tryphon m̃. sub Gordiano. *Metaphr.*

26 Aug. Vrsatius Persa Miles, sub Licinio. Hic serpentem homines deuorantem interfecit. *Sozom. lib.* 4.

* 11 Oct. Theophanes Epis. S. Theodori Ep. frater. *De quo in vit. S. Theodori.* An. D. DCCCXXX. videtur idem cum superiore.

21 Afrix, Macarius, Diceus, Proculus, Neapolus, Modestus cùm alijs LXXII. m̃. *Ado.*

Nicæa altera, quæ Nicia in Martyr. appellatur. *Nizza* C.E. Liguriæ litoralis in Galliæ Narbonen. confinio, apud Varum flumen, quæ tamen hodie inter vrbes Gallicas computatur, à Massiliensibus condita, pars in plano, pars in colle ad Alpium radices, cum arce firmissima, valdequè munita in colle: quam Galli superiore ætate accitis Turcis expugnare non potuerunt. Ea Ducis est Sabaudię, a Taurino Ducis sede ad LXXX. M.P. longiora in Meridiem, & Notolibycum distans, media ferè inter Genuam, & Massiliam: à qua in ortum ad C.M.P. à Genua verò in occ. hibernum quasi CXXX. recedit, à Vintimilio XVII.

21 Mai. Hospitius reclusus, Prophetiæ spiritu clarus, & miraculis, quo tempore Langobardi Gallias inuaserunt. *Turonen. lib.* 6.

5 Dec. Bassus Ep. m̃. sub Decio, & Valer. *Cat. lib.* 1. Miror Galesinum in re tàm manifesta hallucinari, vt hunc in Bithynia passum scribat.

* 24 Iul. Valerius Ep. ex Mon. Lerinen. *Ex Tab. cęnob. Lerinen.*

Nicomedia, *Comidia* C. olim A. Bithyniæ litoralis ad Propontidem, & sinum Astacenum, sub Romanis Imperat. sæpè in eam diuertere, & moram trahere solitis, florentissima, ac vrbium orientalium, nedum Bithyniæ præclarissima. vti ruinæ illius docent. inter Chalcedonem: à qua in Eurum supra LXX. M.P. in intimo sinus Astaceni recessu dissita est; & Nicæam, à qua vix mediatate dicti interualli in occ. æstiuum abest. Hac tempestate nulla alia re memorabilis: quàm Syluis, ex quibus Turcæ Triremes, & Naues conficiunt, à Constantinopoli bidui itinere recedens.

7 Ian.

7 Ian. Lucianus presby. Antiochenus m̄. ſub Maximiano, & Diocl. An. D. CCLXXII. He lenopoli ſepultus. *Hieron. de ſcript. eccl.*

16 Feb. Iuliano V. m̄. ſub Maximiano An. D. CCXC. *Metaphr.* corpus Cumis.

4 Mart. Hadrianus m̄. ſub Diocl. Romæ agitur de eo die VIII. Septembr. quando corpus eò translatum eſt. *Metaphra.*

9 Victor, Victorinus, & Claudianus, cum Baſſa vxore. *Cat. lib. 3.*

7 Theophilus Ep. m̄. in exilium miſſus ob cultum Sanct. Imag. *Menol.*

8 Quinctilis Ep. m̄. *Beda.*

12 Petrus cubicularius Dioclet. ſub eodem m̄. *Euſeb. lib. 8.*
Item Egdunius presby. m̄. cum alijs VII. & Petro prædicto. *Metaphr.*

13 Macedonius m̄. cum Vatritia vxore, & Modeſta filia. *Cat. lib. 3.*

18 Decem Milites m̄. ſub Diocl. *Euſeb. lib. 8.*

19 Pancharius Romanus m̄. ſub Diocl. *Menol.*

25 Dula ancilla V. m̄. ab Hero apoſtata pro fide, & Caſtitate occiſa. *Ado.*

29 Paſtor, Victorinns, & ſoc. m̄. *Galeſ.* omittit ſoc.

7 Apr. Cyriacus m̄. cum alijs V. *Beda.*

11 Euſtorgius presby. *Vſuard.*

27 Anthimus Ep. m̄. ſub Diocl. cum multis alijs. *Metaphr.* Galeſ. ad diem III. Sept. reponit.

4 Mai. Antonina m̄. *Metaphr.*

7 Flauius, Auguſtus, & Auguſtinus fratres m̄. ſub Decio. *Ado.*
Item Quadratus, quem alij Codratum vocant, m̄. ſub Decio. *Menol.*

19 Phi lotenus, Paciani Proconſ. filius m̄. ſub Diocletia. *Menol.*
Item Cyriaca S. Theotimi ſoror. V. m̄. cum alijs V. ſub Maximiniano. *Menol.*

10 Iun. Zacharias m̄. *Vſuard.*

23 Plurimi m̄. ſub Diocletiano.

27 Iul. Pantaleon medicus, Hermolaus presby. Hermippus, & Hermocratns fratres m̄. ſub Maximiano. *Metaphr.* corpus Pantaleonis Lucæ.

12 Aug. Anicetus Comes, & Photinus fratres m̄. ſub Diocletia. *Menol.*

16 Arſacius conſ. ſub Licinio. *Euſeb. lib. 4.*

17 Straton, Philippus, & Eutychianus m̄. *Menol.*

22 Agathonicus, & Zoticus m̄. cum ſoc. ſub Maximiano. *Menol.*

26 Hadrianus filius Probi Cæſaris m̄. ſub Licinio. *Menol.*

2 Sept.

2 Sept.	Zeno pater, Concordius, & Theodorus filij m̄. corpora Capuæ.
3	Basilla V. m̄. IX. Annorum sub Diocl. *Menol.*
7	Ioannes presby. m̄. sub Diocl. & Maxim. quòd scidit decreta Imp. contra Xen. *Ado.*
8	Hadrianus m̄. cum alijs XXIII. sub Diocl. *Metaphr.* corp. Romæ.
9	Dorotheus, & Gorgonius, sub Diocletia. *Euseb. lib.* 8. corpus Meti.
26	Cyprianus ante magus, & Iustina V. m̄. sub Diocl. *Metaphr.* corpora Placentiæ.
2 Oct.	Eleutherius miles m̄. cum alijs innumeris, sub Dioclet. *Euseb. lib.* 7.
10	Eulampius, & Eulampia soror V. m̄. cum alijs CC. *Metaphr.*
21	Datius, Zoticus, Caius, & alij XII. milites m̄. *Menol.*
26	Lucianus, Florius, siue Florianus, & soc. m̄. sub Decio. *Suida*, Gales. socios nominat, Marcianum, Heraclium, Florum, & Vriam V.
26 Nou.	Marcellus presby. m̄, sub Constantio Imp. *Bed.*
3 Dec.	Ambicus, Victor, & Iulius m̄. *Ado.*
4	Barbara V. m̄. sub Diocl. *Metaphr.*
19	Cyriacus, Paulillus, Secundus, Anastasius, Syndimius, & soc. m̄. *Vsuard.*
21	Glycerius presby. m̄. sub Dioclet. *Metaphr. in* Pass. *SS. Indes, & Domnæ.*
22	Zeno miles m̄. sub Diocl. *Metaphr. ibidem.*
23	Viginti m̄. sub Diocl. In quibus, Mygdonius, Mardonius, cum diacono Sancti Anthimi, nominantur. *Metaphr. ibidem.*
24	Euthymius m̄. sub Diocl. *Metaphr. ibid.*
25	Multa Millia m̄. sub Diocl. *Niceph. li.* 7. *Meno.* X. M. ponit.
28	Indes Eunuchus, Domna, Agapes, & Theophila V. m̄. cum soc. sub Diocl. *Metaphr.* qui socios XX. M. fuisse scribit, in quibus Petrus, Dorotheus, & alij supra memorati.
23 Mai.	Theopompus Ep. & Synesius m̄. sub Diocl. *Cat. lib.* 5.
4 Sept.	Tria M. Sexcenti Viginti octo m̄. *Menol.*
12	Nicetas m̄. sub Maximiano. *Cat. lib.* 8.
26	Theoctistus m̄. sub Diocl. quod Cyprianum, & Iustinam sepelierit. *Metaphr.*
1 Dec.	Natalia S. Hadriani m̄. vxor. *Cat. lib.* 1. sed hæc Byzantij migrauit.

Nicopolis, *Gianich* apud Turcas, *Nicopoli* apud Græcas. C. E. Armeniæ minoris, à Pompeio Magno in bello Mithridatico iuxta Cappadociæ fines condita, inter Cærasuntem, vrbem maritimam, & Sebastem ad Argæum M. à qua in Cæciam supra LXXX. M. P. recedit, à Sebastopoli in ortum paulo minus distans. Vrbs hac tempestate præstans, est enim ex primis regionis, ac sedes Præfecti.

10 Iul.

10 Iul. Leontius, Mauritius, & Daniel cum soc. m̃. sub Licin. *Menol.*
11 Ianuarius, & Pelagia m̃. sub Licinio. *Cat lib. 5.*

* Nicopolis altera, *Preuesa* C.E. Epyri lit. ad os sinus Ambracij contra Actium ab Augusto ob Victoriam de Antonio reportata condita, seù potius instauratam, cum ante Actium diceretur. inter Sybotam, & Leucadem, ab Ambracia vrbe in intimo sinu posita in occ. ad XII. M.P. distãs.
26 Mai. Eleutherius Pap. m̃. passus Romæ, sub Coram. Imp.
* Paulus Episco. qui Nicæno Conc. interfuit sub Magno Constant.

* Nidrosia, *Druntheim* C. A. Noruegiæ maritima, in ora occidua intra Sinum ex ipsa denominatum, contra Thulen Ins. olim florentissima sedes Regum, & Emporium maximum septentrionalium gentium. Sed sede regia Bergis constituta, quæ vrbs à Nidrosia ad CCC.M.P. in Austrum per eandem oram distat, adeo imminuta est, vt vrbem eam non agnosceres. Templum habet inter alia augustissimum.
29 Iul. Olaus Rex m̃. An.D.MXXVIII. Qui fidem Christi in ea loca disseminauit. *Sax. Gram. lib.* 10.

Nilopolis, C.E. Ægypti apud citeriorem Nili ripam inter Memphim, à qua in Meridiem ad LX. M. P. recedebat, & Hermopolim. Heracleopoli ciuitati proxima. Quæ nunc extare non videtur, quantum scire potui.
22 Dec. Chæremon Ep. m̃. cum alijs plurimis sub Decio. *Beda.*

Nesibis, *Nisbin* C. E. Mesopotamiæ ad Mygdonium fl. interluentem, ac paulo infra Tigridi congredientem, vnde ipsa Antiochia Mygdonia dicta est, apud M. Casium supra Ninum, & Zegiram, ab eis in occ. dissidés, inter Ninum, & Mirduum, quondam maxima, & ex primis. Nunc verò uix nomen ciuitatis habet.
15 Iul. Iacobus Ep. qui Conc. Nicæno sub Mag. Constan. interfuit. Vrbem ab innumerabili exercitu Persarum sub Sapore Rege defendit. *Theodor. lib.* 2.
7 Aug. Domitius Persa monach. m̃. cum duobus disc. sub Iul.

Nitria, vide Nytria.

Niuegella, seu Niuigella *Niuelle* op. Gall. Belg. in Brabantia iuxta Hannoniæ fines, inter Bruxellas: à quibus in Austrum IIII. M. P. Brabanticis abest, & Fontei op. Hannoniæ. Hic monasterium Fœminarum nobilissimum, & opulentissimum. Cuius Abbatia oppidi domina est, solaquè Virginitatem perpetuò colit: Aliæ egrediuntur, & nubunt.
17 Mart. Gertrudes V. Abb. Trebricen. An. Domini DCLXIV. *Sur. Tom. 2.*
21 Febr. Pipinus Dux, I. Brabantiæ Caroli Manni fil. *Sur. Tom. 1.*
* 8 Mai. Yduberga vidua, mater S.ᵗᵉ Gertrudis, & Pipini prædicti vxor. *Mol in Add.*
23 Nou. Vuilfetrudes V. Abb. Sanctæ Gertrudis neptis. *Ex Calen. Benedict.*

Niuerni, seù Niuernæ, & Niuernum, olim Nouiodunum, Neuidunum, *Neuers* C.E. Gall. Celt. ad Citeriorem Ligoris ripã. Niuerniæ Ducatus caput. Vrbs antiqua, nobilis, haud mediocriter habitata, ĩ planitie, Media

ferè inter Lutetiam Parisiorum, & Lugdunum Celtarum, à Lutetia in Austrum, & Phœnicem ad L. M. P. Gallica, à Lugduno in Circium ad XLV. inter Bituriges, à quibus in ortum hibernum ad XXI. M. P. recedit, & Heduos propiores, atquè inter Altisiodorum, & Molinum, vrbes quasi tantundem distantes.

24 Aug. Patritius Abb. *Vsuard.*
26 Febr. Agricolaus Ep. *Ex Maurol.*
5 Mart. Gulielmus Ep. *Ex Gales.*
13 Vincentius presby. Ex *Maurol.*
* 19 Iun. Adeodatus Ep. prius Abb. Vallis Galilæę. *Trithem. lib. 3.*
26 Aug. Eulalius Ep. *Ex Maurol.*
4 Nou. Honoratus conf. *Ex Maurol.*
9 Maurus Leuita. Ex *Maurol.*

Nola *n. r.* C. E. Campaniæ antiquissima in planitie, inter Montes Vesuuium, & Tiphatam comprehensa, inter Neapolim, & Sarnum, à Neapoli in ortum hibernum ad XII. M. P. dissidens. Vrbs olim clarior, & amplior, multis adhuc antiquæ nobilitatis, & magnitudinis vestigijs extantibus. Hic Cæs. Augustus anno ætatis suæ LXXVI. decedit, vbi & pater.

14 Ian. Felix presby. m̄. sub Maximiano An. Dom. CCCVI. *Cat. lib. 7.*
15 Maximus Ep. sub Idolatris vexatus. E*x vita S. Felicis.*
22 Iun. Paulinus Ep. doctissimus multa sub Vuandalis passus. SS. Augustini, & Hieron. Synchron. *Gennad. de scriptu. eccl.*
27 Iul. Felix, Iulia, & Iucunda m̄. *Vsuard.*
15 Nou. Felix Ep. m̄. cum alijs XXX. *Ado.*
* 14 Ian. Felix Ep. & alter Felix m̄. eius qui est in Martyrol. frater.
17 Mar. Patritius.
27 Iun. Deodatus Ep. S. Paulini discipulus.
(Ex *Tab. eccl. Benenentanæ.*)

Nomentum, *Nomento*, C. olim E. Latij antiqua, apud Sabinorum confinia, & Anienem fl. inter Tibur, & Calseolos: ex qua via Nomentana dicta est, nunc locus desertus inter Vicum Varronis, & Sublaqueum, oppida proxima, nomen retinent. Est & Nomentanum oppidulum, quod *Lamentana* dicitur vulgo, in dicta via, in Sabinis medium quasi inter vrbem Romam, à qua in Septentriones ad XX. M. P. distat, & Reate, Ereto op. proximum: quod plærisquè Nomentum fuisse putatur.

* 9 Iun. Primus, & Felicianus fratres m̄. sub Diocletia. Corpora Papiæ, *Sur. Tom. 7.* Gales. scribit corpora Legiuni op. diœc. Mediol. requiescere. Alij Quadringenti opp. Alexandrino.

* Nonantula, oppidulum Æmiliæ agri Bononiensis, haud procul à via Æmilia. inter Bononiam, & Mutinam, à Bononia in occ. æstiuum supra XII. M. P. vbi Benedictinorum monasterium olim celeberrimum, ab Anselmo Duce Longobardo constructum, & prædijs ditatum multis. Eò corporibus SS. Pontif. Siluestri, & Adriani I. translati.

3 Mart. Anselmus Dux Foroiulien. Abb. I. & auctor Monaster.

An. Do-

An. Domini DCCCIIII. Ex *Chronic. dicti Monasterij*.

3 Aug. Gregorius Abb. XVI. An. Domini DCCCCXXXIII. *Ex chron.*

24 Sept. Passio multorum Monachorum sub Humgaris: qui Monasterium incenderunt. An. Domini DCCCCIII. *Sigon. de Reg. Ital.*

Nora, *Capo di Pula* C. olim Sardiniæ E. in ora Insulæ occidua, inter Arboream C. metropolitanam, & Neapolim vrbem dirutum. Locus nunc sic appellatur in Arborensi diœcesi.

13 Ian. Potitus m̄. sub Antonino. in Apulia passus, & Noræ sepultus. An. D. CLXVIII. *Fara lib. de Reb. Sard.*

Noricum, Regio Europæ, inter Vindeliciam ad occasum, & Pannoniam ad Orientem, cui olim Germania Magna à Septentrionibus hærebat, à Meridie Italia, ab ea Danubio, ab ista Alpibus discreta: nunc verò pars est Germaniæ magnæ, non vnicum tenens nomen. Nam pars inter Oenum, & Duriam, fluuios, sub Bauaria continetur, à Duria ad Cetium M. quo à Pannonia disterminatur, Austria nuncupatur. Vrbes illius in primis habitæ. Iuuauia, seù Salisburgium Metropolis, Patauia, Lencia, Anisus, Astar Medellicum, Fanum Leopoldi, Cremisium; à Danubio verò remotiores, Vacorium, Claudia, Celia, Græcium, Muræpós, Virunum, & aliæ.

8 Ian. Seuerinus Abb. Noricorum Apostolus, in vrbe Astare, vulgo *Steir* dicta, migrauit. Corpus, primum Lucullanum, deindè in Neapolim delatum, in monasterio suo nomini dicato requiescit sub Attila Hunnorum Rege. *Sur. Tom. 1.*

Noruegia, Regio Europæ maxime borealis, & occidua, Scandinauiæ pars, cui Thule insula in alto Oceano ad occasum adiacet, à Meridiem in Septentriones longius procurrens, inter occasum verò, & ortum angustior, Suedia, Finlandia, & Laponia terminantibus: ab eis Lacubus, & Montibus perpetuò niue rigentibus, diuisa. Oceano ad Austrum, Occasum, & Boream circumfuso. Raras episcopales habet vrbes, Nidrosia Metropolis, Bergæ Regia, & Emporium. Reliquæ, Stauandria, & Hameria.

29 Iul. Olaus Rex m̄. qui primus credidit, ob fidemquè, quam primus prædicauit, occisus est. *Olaus Mag. Archiepis. Vphalen. lib. 7.*

Nouaria, *Nouara* C. E. Insubriæ antiqua, in humili colle constructa, cuius ager ad Alpes vsque protenditur, ad Mediolanensem Ducatum attinens. Media quasi inter Mediolanum, & Eporediam vrbem Salassorum, XXX. M. P. vtrinquè ferè dissita, à Mediolano in occa. hibernum secedens, quot à Papia in occa. æstiuum. Vercellis, & Viglibano ad M. P. proxima . Eius episcopus qui Archiepiscopo Mediolanen. subditur, amplam obtenet iurisdictionem vsquè ad Alpes, oppidisquè aliquot, & pagis vtroquè iure dominatur.

30 Ian. Gaudentius Ep. I. S. Martini disc. sanctiquè Eusebij Vercellensis comes. *Mombr. Tom. 1.*

30 Apr. Laurentius presby. m̄. cum aliquot pueris. Corpora à

S. Gaudentio inuenta. *Ex vita S. Gaudentij*. Galeſ. cōf. non m̄. facit.

10 Sept. Agapius Epiſ. Sancti Gaudentij ſucc. *Ex Tab. eccleſ. Nouarien.*

15 Iun. Bernardus Can. Reg. *Galeſ.*

* 7 Aug. Godſcalcus Ep. m̄. S. Paulini Ep. Nolani Synchr. ſub Innoc. I. Hic Neruijs, & Morinis prædicauit.

Victor Ep. Ex *Annot. Galeſ. in Martyrol.*

Nouiomus, quæ & Nouiodunum, & Nouiomagus, *Noyon* C. E. antiqua Gall. Belg. ad Eſiam flu. interlabentem, inter vrbes Picardiæ munitiores, media penè inter Ambianos, & Rhemos metropolim, ab eis XV. M. P. Gall. plùs minus diſtans. Compendio proxima ad V. M. P. Laudu no quoquè, Sueſſionibus, & Bellouacis finitima, à Lutetia Pariſiorum in Cæciam ad XXII. M. P. abſens. Huius vrbis Ep. comes eſt, ac vnus ex XII. Regni proceribus.

8 Iun. Medardus Ep. S. Gildardi epiſcopi Rotomgen. Corpus Crociaci apud Sueſſiones. Hos ferunt eadem die editos, eadem die Ep. conſecratos, & eadem vita defunctos. *Sur. Tom. 3.*

11 Apr. Godoberta V.

10 Sept. Ennucius Ep.

12 Oct. Mommoſenus Ep. S. Eligij ſucc. & S. Audoeni diſcipul. *Trithem. lib. 4.*

* 27 Nou. Acharius Ep. XIX. An. D. DCXLVII. *Democh. in Tab.* Maurol. Nouiomgenſem, non Nouiomenſem Epi. ſcribit.

* Nouigentum, ſiue Nouogentum, aut Noningentum, prius Neomagus, *Nogent Sur Seine* op. Gall. Celt. ad citeriorem Sequanæ fl. ripam, in finibus Senonum, medium inter Meldas, & Trecas, Senonis proximum, ab eis in Aquilones vix V. M. P. Gall. diſtans, quot ab Agendicos in Notum à Lutetia Pariſiorum in Eurum ad XXIV. recedens.

Eſt alterum Nouogentum, quod Regium cognominatur, *Nogent le Roy* ad Auduram amnem in finibus Carnutum, à Lutetia in occa. ad XV. M. P. diſtans, hoc eſt itinere diei. Carnutenſi ciuitati proximum.

Eſt & aliud Nouogentum, quod *Nogent le Retrou* vocant, op. Comit. Perticenſis, à Lutetia in occ. ad XXX. M. P. Beliſino op. primario V. M. P. prox.

7 Sept. Clodoaldus Clodomiri Regis filius, ſub Iuſtino Imper. multorum miraculorum perpetrator. *Cat. lib.* 8. Nouogento Regio.

Nouiodunum, Galliæ C. quæ & Neuidunum. Sunt autem tres huius nominis vrbes in Gallia apud Cæſarem in Comment. vna in Belgis, quæ & Nouiomus. Altera in Celtis, in finibus Biturigum, quæ *Nevvy*, ſiuè *Neufuy* dicitur op. inter Bituriges, & Genabum. Tertia Heduorum ad Ligerim, quæ & Niuernum: de qua ſuo loco. De quanam Martyrologium intelligendum ſit, conſulenda ſunt acta Martyrum infraſcriptorum.

6 Iun. Amantius, & Alex. m̄. ſub Diocl. *Vſuard. & Bed.*

Nouio-

Nouiodunum alterum, Mysiæ Infer. Ciuitas. Ex Antonino Aug. Itinerario. Nuiodunum Ptolomæo dicta: quę proxima Dinogetiæ erat, & Axiopoli apud Danubium, vbi is Ister vocatur: quæ *Niuoz* vltra Dinogetiam dici videtur. Sunt, qui *Braila*, vbi Turcarum præsidium est, appellari putent: Sed hæc apud vlteriorem Istri ripam sita est in Dacia, Nouiodunum verò cis Danubium in Mysia.

17 Mai. Heradius, Paulus, Aquilinus, Victor, Primus, Liberius, & Peregrinus m̄. *Vsuard.*

17 Sept. Valerianus, Macrinus, & Gordianus m̄. sub Decio. *Ado. & ex Gest. S. Laurentij.* m̄.

Nouocomum vide Comum.

* Nuceria, *Nocera* C.E. Vmbriæ antiquissima in Apenn. M. ascensu. vbi is Vmbros à Picenis diuidit, cùm suburbio paruo in colle humiliore, ad præterfluentem Tiniam amnem. Media quasi inter Fulginium: à quo in Boream ad XII. M.P. recedit, & Callium paulo remotius, atquè inter Eugubium, & Camarinum, à quo in occ. ad XV. M.P. recedit, propior Eugubio, ab vrbe Roma ad C. M.P. distans. Vrbs modica, in qua vasa lignea, vt olim, multa fiunt. Alfatenia aliquando dicta.

9 Feb. Raynaldus siue Rinaldus Ep. Sancti Francisci temporaneus.

* 15 Iul. Felicissimus Conf. Ex *Monum. illius eccles. Nucerinæ in territorio Nucerino.*

Nuceria altera, *Nocera de Pagani* C.E. Campaniæ, & ipsa antiqua, apud M. Irpinorum vltra Sarnum fl. in Picentinorum finibus: inter Neapolim: à qua in ortum ad XXII. M.P. abest, & Salernum: Sarno, & Cauæ proxima: ab Amalphi in Boream IX. M. P. aut X. quot à Salarno, distans: In superiorem, & inferiorem diuiditur, Oppida habet multo maiora: in ijs, Fanum S. Seuerini, multis vrbibus præferendum, & Tramontium.

19 Sept. Felix, & Constantia m̄. sub Nerone. *Cat. lib.* 8. Vbi legendum est Constans, non Constantia.

* 8 Mai. Priscus Ep. Ex *lib. SS. Regni Neapol. Pauli Regij* Ep. Equen. Maurol. Hic Hospitium reclusum reponit, qui Nicæę ad Varum ab aliis obiisse memoratur. Simili errore Episcopus Vici: qui SS. Regni Neapol. vitas contexuit, lapsus est.

Numidia, Africæ propriè dictæ regio, inter Ampsagam fl. qui Africam à Mauritania disterminat, & Tuscam amnem apud Tabracham mari exceptum, comprehensa: à Septentrionibus mari Mediterraneo ab Austro Atlante M. definita. Quæ regio ab vrbe primaria hodie *Constantina* nom naтur. Eius vrbes maritimæ, Cullu, Rusecada, Hippon Regius, & Tabracha: Mediterraneæ, Cirta, Sicca, Bulla regia, Assurus, Tebesca, Madaurus, Tuburnica, & Lambæsa, omnes quondam Episcopales, & claræ.

11 Feb. Plurimi m̄. sub Dioclet. *De quibus Sanctus Augustinus.*

* Nuremberga: quæ variè pronunciatur, nam aliis Neroberga quasi Neronis M. dicitur. Aliis Noriberga, quasi Noricorum M. olim Segodunū, vt creditur dicta. *Nuraberg* C. Germaniæ magnæ nobilissima, & opulentissi-

lentiſſima, Reſp. in Franconiæ, & Nortgoiæ confinio, ad Pegnitium amnem intermeantem: ſuper quo pontes multi lapidei, cùm arce in colle vicino vrbi imminente: à quo ipſa decliuis in planitiem deſcēdit. Vrbs eſt ampliſſima. Platea ſupra DXX. vicos ad CXIX. pontes XI. Balnea publica XIII. habet. Templa, fora, & alias ædes publicas exornatiſſimas habet. Duplici munero cincta, foſſis, propugnaculis, & turribus ſupra CLXXX. munita. Emporium eſt totius Germaniæ celeberrimum.

* 19 Aug. Sebaldus Dani Regis filius An. D. DCCXVI. *Moland. in Addit.*

Nurſia, *Norcia* C. olim E. Sabiniæ in valle inter montes excelſos perſtricta, apud Piceni Vmbriæ & Aprutij confinia, inter Reate, & Camarinū: à quo in Auſtrum ſupra XX. M. P. abeſt, à Reate ad XXX. in Boream, atquè inter Fulginium, & Aſculum: à Fulginio in ortum ad XX. M. P. ab Aſculo in occ. XXV. recedens. Sede epiſcopali, fortè vt audiui, ob interfectum Epiſcopum, carens, Spoletano ſubiecta: à Spoleto per vallem ad XXVIII. M. P. in ortus diſſidens. Ferunt in vicino M. excelſo vnam ex Sybillis habitaſſe: cuius antrum occluſum propter Magos, qui eò confluentes horribiles tempeſtates concitabant magno incolarum detrimento monſtratur.

28 Mar. Spes Abb. *De quo S. Greg. Pap. lib. 4. Dialog.*

21 Mai. Eutychius, & Florentius monachi, *de quib. idem Greg. li. 3.* Hic eſt dies Translationis, qui feſtus eſt Incolis. dies vero Natalis eſt XXVIII. Decemb.

* Sanctulus Conf. *De quo idem Treg. in lib. Dial.*

Nuſcum, *Noſco* C. E. Hirpinorum in vlteriore Principatu. (Sic enim regio Regni Neapolitani III. vocatur, in qua Hirpini, & Lucani ex parte habitarunt) inter Calorem, & Sabatum fl. infra apud Taburnum pagū confluentes. Vrbs parua intra Montes, à Beneuento in ortum ad XX. M. P. diſcidens, Fano Angeli Longobardorum, & Vico finitima.

31 Aug. Amatus Ep. An. D. MCXCIII. ſub Cæleſtino III. Pap. *Cuius vita in Monaſt. M. Virginis.*

Nyſa, & Nyſſa, *Niſi* C. E. Cappadociæ apud Melam fl. ex Argæo M. ſupra Cæſaream profluentem, Media penè inter Ancyram Galatiæ Metropolim, & Cæſaream Cappadociæ, vtrinque ad XC. M. P. diſtans.

9 Mar. Gregorius Ep. Baſilij Magni frater. ſub Valente Imper. *Suid.*

Nytria, quæ & Dionyſias, *Nitriota* C. E. Ægypti apud Mœridis lacum ſupra Alexandriam Ægypti Metropolim, cuius populi Nytriotæ, & præfectura Nytritis, ab Alexandria in Auſtrum ſupra XL. M. P. à Memphi in occ. tridui, vel etiam quatridui itinere, diſſita. Vbi multa olim Monachorum Cœnobiam. Noſtra tempeſtate iacet: manet Monaſterium, & Eccleſia S. Macario Abb. dicata: in quo Monachi aliquot, quos *Coſtos* vocant, morantur.

* 2 Ian. Iſidorus Ep. *Menol.*

* 31 Mar. Ammonius Abb. ſub Conſtant. Magno. *Cat. lib. 4.*

Nytria altera, C. E. Hungariæ Transdanubianæ, ad eiuſdem nominis amnem, in Danubium apud Crumerum op. illabentem, inter Strigonium Metropolim, & Tirnauiam à Flauiana Auſtriæ Metropoli in ortum æſtiuum ad.... M. P. Hungarica diſtans.

* 5 Mai.

* 5 Mai. Zoerardus, seu Andræas, & Benedictus, Eremitæ Monasterij Zobarensis m̄. sub S. Stephano Rege ab Idolatris occisi. *Sur. tom. 3.*

O

* OAssis, seù Oasis per simplex S. Magna (ad alterius differentiam) *Guademes* C. olim E. Marmoricæ, ab Alexandria in Meridiem ad CC. M.P. dissita, ad quam nobiles, qui diliquissent, plures Imperatoris iussu deportari soliti erant: quòd ibi ingentes solitudines essent, ac rerum ferè omnium inopia. Sunt, quibus Oasis nunc *Birdena* ad lacum eius nominis dici videtur.

20 Dec. Eugenius, & Macarius presbyteri m̄. sub Iul. *Metaphr. in actis* S. *Artemij* m̄. Nescio cuius culpa in Roman. Martyrolog. pro Ægypto aut Marmarica, Arabia scriptum fuerit.

* Oegniæ, *Oignies* pagus Belgii, in Com. & Diœc. Namurcensi ad Sabim fl. apud Fossas opp. Medius inter Namurcum, à quo III. M. P. Belg. in occ. hibernum remouetur, & fontes op. Hannoniæ.

* 23 Iun. Maria V. monial, An. D. MCCXIII. *Sur. tom. 3.*

Olympus, C. Lyciæ E. maritima ad Phænicis M. radices, in Chelidoniarũ Insf. prospectu, inter Sacrum prom. & Phaselidem, postremam Lyciæ vrbem, in sinu Attalico. vrbs olim clara, & in primis eius regionis habita. Quæ *Lenille* alijs, alijs *Aratia* nunc dici videtur.

18 Sept. Methodius Ep. primum Olympi, dein Tyri in Phœnicia demum Chalcide in Eubœa m̄. sub Dec. *Hieron. de scrip. eccl.*

Olyssippo, quæ & Vlyssipo, & Olissipo. *Lisbona* & Hispanis *Lisboa* C. A. & Redia Hispan. Lusitaniæ ad Tagi fl. citeriorem ripam non procul ab ostijs, varijs collibus, quibus, ad flumen leniter descenditur, distincta. Vrbs amplissima, & maxima totius Hispaniæ, Emporiumquè rerum Indicarum, & Orientalium celeberrimum, portis XXXVIII. constans. Templo, & Xenodochio, quod misericordiæ dicunt, Palatio regio, Legatorum domicilio, nouo Prætorio, Domo Indica, & Armamentario publico, memorabilis. Ea, vt vno verbo dicam, inter primas totius orbis vrbes censeri meretur, siuè opes, & populi multitudinem spectes, siuè vrbis amplitudinem, & mercium valorem, ac varietatem. A Toleto Hispaniæ vmbilico ad LXXXVI. M. P. Hisp. in occ. hibernum recedens, ab Hispali altero Hisp. Emporio nobili in Libonotum ad LXIII. totidem quasi à Bræchara Metropoli in Meridiem, & Notolybicum.

1 Oct. Maximus, Verissimus, & Iulia Soror m̄. sub Dioclet. *Thes. Conc.*

* Onuphis, C. olim E. Ægypti intra Magnum Delta, apud Fossam Nili Atribiticam, vna ex antiquis Ægypti Nomis, & Præfecturis. Quæ nunc *Munufi* dici videtur inter Sebennytum, & Leontopolim, à Babylone in Boream biduo ferè distans.

12 Iun. Onuphrius Abb. Anachoreta. *Ex vit. Patrum.* vbi legitur illum non intra Delta, sed apud Oasim habitasse.

Opiter-

Opitergium, *Vderzo* C.alias E. Carnorũ iuxta fines Venetiæ, ad fluuiolum; qui in Liquetiam Venetiæ, seu Marchiæ Taurisanæ limitem labitur apud Metam op. Media inter Taurisium, à quo in Aquilones ad XV.M.P.abscedit, & Concordiam vrbem dirutam, à Venetiis Septentriones ad XXV.M.P.à Ceneta: quo sedes episcopalis Opitergiensis recepta est, in Phonicem ad XV.M.P.op.regionis primariam.

16 Ian. Titianus Ep. Corpus Cenetæ. *Cat.lib.2.*

6 Oct. Magnus Ep. Corpus Venetiis. *Cat.in Append.*

* Orensis C.Vide Auria.

Orthona, seu Ortona sine aspiratione, quæ & Ortonium, & Orton. *Ortona* C.E. antiqua, non Apuliæ, ut in Rom. Martyrol. legitur, sed Pelignorum in Aprutio litoralis apud Ptol.aut Frentanorum ex Strab.Sent. inter Aternum, & Sarum flumina æque distans. Anxano vrbi, & Emporio, Frentanorum apud Sarum proxima ad VIII.M.P. quanto ferè interuallo à Teatea Marucinorum Metropoli apud Aternum flumen recedit. Vrbs non admodum ampla; sed mercimonio diues, in Petra constructa: qua merus Anxanum deportantur. Templo D. Thomæ Apost. sacro nob.

3 Iul. Translatio Corporis D. Thomæ Apostoli ex Edessa Mesopotamiæ vrbe, tametsi Lusitani se illud in India citeriore repperisse affirment.

Oria. Vide Vria.

Oropitum. Vide Vrbs vetus.

* Orpium, *Erp* pagus Belgii in Com. Namurcensi, apud Mosam à Namurco C.qua itur Bouinas, vix M.P.Belgicis in ortum distans.

* 30 Iun. Adilia V.Abb. monast. S. Martini in monte sub Childerico Rege. *Mol.in Ind.*

Oscha, & Osca sine aspiratione *Huesca* C.E.Hispan.Tarracon.antiqua, in Aragonio Regno, plana, figura pene rotunda, nob.Academia, & elegãs. Inter Ilerdam, & Iaccam: à qua in Eurum ad XII.M.P.Hisp. Bigastro propior, à Cæsaraugusta Metropoli in Aquilones & Cæciam XIIII. S. Laurentij martyris natalibus clara.

1 Mar. Orentius, & Patientia S.Laurentii parentes.

22 Oct. Nunilo, & Alodia Sorores V.m̃.sub Saracenis An.Domini DCCCLI. *Eulog.lib.2.* Corpora in Leyren.Monast. intra Pyreneos M.Cabilonen. & Maurol. perperam eas nominant.

15 Mar. Orentius Sancti Laurentii frater. *Ex Moral.lib.12.*

Vibicius Conf. quo tempore Saraceni Hispanias depopulati sunt.

* Osemburgum, quasi Osorum op. *Osnaburg*, siue Osepons, *Osempruce* C. E.Germ.Magnæ, in Vuestphalia ad Osam fl.ex quo nomen habet, (nisi velimus potius ab Osis populis, quam ob Osa, siuè Hasa amne eam nomen accepisse) vrbs nobilis, regionis Emporium, ac post Monasterium primaria, à Carolo Magno Episcopio, cum cæteris Saxoniæ vrbibus exornata, à Monasterio ferè VI. M.P. Germanicis in Septentriones, & Cæciam dissita: quot à Minda recedit in occ. hibernum, à Bremi Metropoli in Austrum duplo remota. Scholam habet literariam.

* 11 Apr. Reynerius Solitarius. *Cratepol.de Ep.Germ.*

* 20 Nou.

* 20 Nou. Benno Ep. *De quo de vit.S. Bonnonis episcopi Misnen.*
Vuibo Ep.I.à Carolo Magno institutus.

Ostia, *n.r.* C.E.& Colonia antiquissima Latij, ad ostia Tiberis apud vlteriorem ripam ex aduerso portus Romani vrbis dirutæ, Insula sacra intercedente, ab vrbe Roma in Meridiem ad XVI. M. P. distans. Cuius nobilitatem, magnitudinem, & præstantiam ipse ruinæ docent, manent enim rudera longè lateque dispersa, ingentis vrbis vestigia. Manet Episcopatus, & ædes aliquot, cum arx ad piratas arcendos munita. Huius Vrbis Episcopus primum inter Cardinales locum tenet, ab eoque Roman. Pontifex coronatur. Ostia Tiberina plurali numero dicitur, & Ostia numero singulari apud antiquos scriptores.

18 Feb. Maximus, & Claudius frater m̄. cum Perpedigna vxore Claudij, & Alexandro ac Cutia filiis. sub Diocle. *Sur. tom.4.*

4 Mai. Monica Sancti Augustini mater. De *qua ille lib. Confess.9.*

16 Iul. Hilarius m̄. sub Iul. *De quo in pass.* SS. *Ioan. & Pauli Ado.*

24 Aug. Quiriacus Ep. Maximus, Archielaus, cum sociis m̄. *Beda.*
Aurea V.m̄.ibi.sepulta. *Ex m.s.*

21 Oct. Asterius presb.m̄.sub Alex. Ex *actis S.Callisti Pap.* Corpus Romæ. *Sur.tom.7.*

21 Nou. Demetrius, & Honorius m̄. Ex *M.S.*

22 Dec. Demetrius, Honoratus, & Florius m̄. *Ado.* Vereor ne sint ijdem cum superioribus.

Otriculum, quod & Ocricolum apud Ptol. *Vtricoli* C. aliàs E. antiqua Sabinorum in via Flaminia apud Tiberim fl. in colle excelso. Manlianæ, Narniæ & Ameriæ ac Hortano vrbi Hetruscæ finitima, à Narnia VII.M.P. in Austrum dissita, ab vrbe Roma in circium & Sept. supra XXXIII. à Frescennia vrbe, in Arctos VIII.M.P. Nunc oppidum est, à Tiberi milliario distans: Romipetis via Flaminia frequentatum.

* 1 Ian. Fulgentius Ep. Otriculanus, à Ruspensi diuersus. sub Totila Hunnorum Rege. *De quo Sanctus Gregor. Pap. lib.3.Dialog.*

* Osorium, *Osorio* op.Hisp.

* 31 Aug. Gureit⁹ Comes, postea Monach. An.D.DCCCCLXXX. *Moral.lib.6.*

* Ouetum, *Ouiedo* C.E.Hisp. Tarraconen. in finibus Asturum apud Scythicum prom.& oram maritimam, a qua V.M.P.Hisp.abest, in planitie apud M.radices, elegans, forma quasi rotunda, vniuersitate insignis, Corporibus SS. aliisque rebus sacris decorata, haud procul à Lucu Asturum vrbe diruta, cui illa successit, ab oua fluuiolo nomine accepto. Media ferè inter Flauiobrigam, & Compostellum, ad LX.M.P.distans, à Legione in Circium XX. M. Monte arduo intercedente, à Toleto LXXX. à Burgis L.ab Asturica supra XXVI.

* 1 Iun. Eneco Abb.Burgen.An.D.M.XL. *Flos SS.*

Oximum. Vide Vxama.

Oxonium, *Oxford.* C. E. Albionis, in Angliæ Regno apud Thame-

Z sim

ſim fl. in altera ripa amœniſſimo ſitu, & cœlo perfluēs Academia nob.* ex qua Io. Scotus ſubtiliſſimus Theologus cognomen accepit. Comitatus ampliſſimi Metrop. aliquando Belloſitum dicta. Media inter Londinum, & Vigorniam à Londino in occ. æſtiuum. ad XLII. M.P. Anglica diſtans.

19 Oct. Fredesvvenda V. mon. An. Domini DCCXXX. *Mol. in Add.*

* 31 Iul. Neotus Diac. & Doctor. Oxonien. Academiæ auctor. *Poly. Virg. lib. 5.*

Oxymum, *Hyeſmes* C. olim E. Gall. Celt. in Normandiæ & Perticenſis Com. finibus, inter Lexouium, & Sagium proximas vrbes Alenconio etiam proxima, & Argentano op. propior. à Cadomo C. in Euronotum ad XIII. M.P. Gall. diſtans. Aquilæ oppido dimidio, à Lutetia Pariſiorum in Corum ad XXXIII. M.P. Nunc oppidum eſt non obſcurum; ſede Epiſcopali Sagium vicinam vrbem iampridem recepta. In illius Territorio pagus eſt Oxymenſis, apud parum diſtans ab oppido, de Sancti Ebrulphi Abb. nomine dictus.

29 Dec. Ebrulphus Abb. ſub Childeberto Rege. *Sur. tom. 6.*

Hic error illius, qui Indicem Topographicum ad Martyrol. Rom. Nouum confecit, animaduertendus. Cōfundit enim Oxymum cum Auximo, putatquè idem eſſe pagum Oxymenſem, quod Auxymum, cùm tamē Auximum vrbs Italica ſit in Piceno. Oxymum Gallica in Normandia.

P

* Pabula, *S. Amand* Pagus Hannoniæ Tornacenſis Diœceſis, à Tornaco in ortum parum diſtans. Vbi Elnonenſe nobile quondam Monaſterium Benedictinorum: quod hodie vnà cùm pago S. Amandi nomine appellatur.

6 Feb. Amandus Ep. Traiecten. An. D. DCLXI. *S. Anton. in Chron. lib. 2.*

* Padeburna, *Palborn* C.E. Germ. Magnæ in Vueſtphalia, apud Lupiam fl. haud longè exorientem, media fermè inter Monaſterium Metropolim: à qua in ortum ad XI. M.P. Germ. diſtat, & Caſellam, Haſſiæ primariam, Suſato vrbi proprior, à Minda in meridiē ferè IX. M.P. abiens. vna ex X. vrbibus: quas Carol. Magnus Epiſcopales inſtituit. Sunt, qui Teuderium prius dictam velint.

10 Apr. Paternus Mon. Scotus An. D. MLVIII. *Trithem. lib. 3.*

* { 5 Oct. Meinulphus diac. Monaſt. Budicen. auctor, ſub Car. Mag. *Sur. tom. 5.*
Hatumarus Ep. I. à Car. Mag. inſtit. *Sur. ibidem.* }

Hic pagi permulti, in Martyrol. nouo memorati, declarandi forent: ſed vrbes, ſub quibus continentur, ſat ſit declaraſſe. Nam nec longè ab eis diſtare illos contingit, ac vt plurimum de Sancti, qui ibi vixit, aut obijt, nomine appellantur. Vt pagus Taruannen. *S. Omer* nunc C.E. *à S. Audomaro Epiſcopo ſic nominatur.*

Pagus

Pagus Treuirensis S.*Govver* nunc op. *à S.Goare præsbytero.*
Pagus Vimacen. S.*Vualery* nunc op. S.*Vualerico.*
Pagus Vastinen. S.*Mathurin* op. *à S.Mathurino.*
Pagus Pictauen. *S.Mayxent* à S. *Maxentio.* quemadmodum cæteri fere omnes.

Palæstina, *Terra Santa* Asiæ Regio notissima, quæ à Septentrionibus Antilibano M. à Syria discriminatur, ab Austro Idumæa, quæ Arabiæ Petræa pars est, ab occasu Ægypto, & Mediterraneo Pelago, ab ortu Arabia Petræa, & ex parte Arabia deserta difinitur, inter Austrum, & Septentriones longa CLX. M. P. inter Cæsaream Philippi, & Bersabeam. Lata inter occ. & ortum vix LX. M. P. quondam latior. In plures regiones diuiditur, Galilæam, Decapolim, Samariam, & Iudæam. Samaria medium tenet, inter Iudæam, & Galilæam, Decapolis trans Iordanem sita est. Inter quam, & Galilæam Iordanis fluuius decurrit, Moabitas à Iudæis disterminans, donec Asphaltide lacu excipitur. Vrbes Iudææ olim nob. Hierosolyma Cæsarea, Ioppe, Lydda, Nicopolis, Eleutheropolis, Ericus, & V. Philisthinorum, Ascalo, Azotus, Iamna, Gaza, & Geth, Samariæ, Sebaste, Neapolis, Gazer, Galilææ, Scythopolis, Tiberias, Capernaum, Nazareth, Cana, Cæsarea Philippi, Ptolæmais, Decapolis, seù Syriæ Cauæ, Damascus, Abila, Hippus, Capitolias, Gadara, Pella, Philadelphia & aliæ. Ex quibus paucæ manent hac tempestate. Manent autem inter alias Damascus, Hierosolyma, Ptolemais, Ascalo, & Eleutheropolis.

20 Ian. Euthymius Abb. sub Leone Mag. An.D. CCCCLXXII. S.Sabæ Abb. Synchr. *Metaphr.*
29 Iacobus Eremita. videtur idem cum eo qui Amidæ poni tur sub die 6. Aug.
19 Feb. Monachi, & alij plures m̃. sub Saracenis. *Ex vit. S. Euthymij.*
5 Mar. Gerasimus Anachoreta apud Iordanem, sub Zen. Imp. *Ex vit. S. Sabæ.*
2 Apr. Maria Ægyptiaca apud Iordanẽ. Iustino Seniore Imp. *Lipom.*
4 Zosimus Anachoreta: qui D. Mariam sepeliuit. *Catal. lib* 3.
9 Maria Cleophæ Soror B.M.V.
13 Mai. Ioannes Silentiarius sub Zen. Imp. *Sur. tom.* 4.
16 Monachi m̃. in Laura sub Saracenis. *De quib. in vit.* S.*Euthymij.*
8 Iul. Procopius m̃. *Metaphr.*
25 Paulus m̃. sub Diocletiano & Maximiano. *Eusebius lib.* 8.
Item Valentina V. m̃. ibidem, cum socia.
19 Aug. Timothæus m̃. sub Diocl. *Euseb. lib.* 8.
Item Tecla, & Agapius m̃. sub eodem. *Eusebius lib.* 8.
1 Sept. Iosue, & Gedeon. *Ioseph lib. Antiq.*
19 Pelius, Nilus, & Helias Episcopi, cum aliis m̃. sub Diocl. *Euseb. lib.* 8.

29 Quiriacus Anachoreta.
8 Iul. Procopius m̄.
3 Oct. Hesychius confess.
17 Alphæus, & Zachæus m̄. sub Diocletiano. *Monol.*
30 Nou. Zosimus Conf.
* 26 Mar. Nicodæmus; cuius Corpus, & SS. Gamalielis, & Albionis, Pisis.

Palentia, quæ Palantia Plin. & Ptol. dicitur. *Palencia* C. E. antiqua Hisp. Tarraconen. in Regno Castellæ veteris ad fluuium eiusdem nominis, inter Vallisoletum: à quo in Arctos ad VIII. M. P. Hisp. abit, & Carrionum Comitum, à Legione in Euronotum ad XXV. M. P. à Burgis Metropoli in Notolibycum ad XVI. recedens. Turricrematæ op. proxima. Vrbs clero maximè clara, & quondam vniuersitate celebris.

16 Apr. Turribius, seù Toribius Ep. Asturicen. An. D. CCCCL. Ad quem extat S. Leonis Pap. Epistola. *Thesau. Conc. tom.* 2.
2 Sept. Antolius m̄. *Ex lib. Magnitudine Hisp.* Specus, in quo vixit, apud Palentiam adhuc monstratur: Hic Martyrolog. Roman. pro Antolio Antoninum videtur ponere.

Palmaria, *Palmarola*, Insula maris Tyrrheni Latio adiacens apud Pontiam, & Pandatariam Insulas proximas. Insula parua, sine habitationibus ullis, ac prorsus deserta, à Tarracina vrbe in altum ad XL. M. P. in Meridiem distans, ac in Notolibycũ Sanctæ Anastasiæ martyris exilio memorabilis.

25 Dec. Anastasia V. m̄. sub Diocl. cum alijs CCLXX. *Metaphr.* Corpus Pisis.

Palmaria altera, *Palmaiola*, Insula exigua quasi scopulus maris Tyrrheni, inter Populonium, & Iluam Insulam, à Populonio X. M. P. in Meridiem distantem, habitatione prorsus carens, nulliusquè rei ferax. Est alia Palmaria, Veneria postea dicta, in mari Ligustico in ore portus Lunensis, angustissimo freto à Veneris portu diuisa, vbi olim monasterium.

13 Sept. Venerius Abb. & Eremita. sub Greg. Magno Pap. & Phoca Imp. An. Domini DC. Cuius Corpus primum Lunæ, deinde Regij Lepidi: vbi summa veneratione colitur. *Cat. lib.* 8.

Palmyra, *Palmiro*, C. quondam E. Syriæ, in Arabiæ Desertæ confinio. Palmyrenes regionis caput, olimquè magna, & eximia, de qua aliquando inter Romanos, Parthosquè decertatum est. Inde ingentes incipiunt solitudines: quæ Palmyrenæ dicuntur, vsquè ad Scenitas Arabes extensæ. Abest à Seleucia magna in occ. ad DXXXVII. à Tripoli Syriæ in ortum ad CCL. à Damasco in Caciam supra C C. Plinio auctore.

15 Iun. Lybia, & Leoniles Sorores, cum Eutropia puella Ann. XII. m̄. sub Dioclet. *Metaphrast. ex actis Sanctæ Febroniæ.*

Pamia,

Pamia, seu Pamica, quæ nonnullis Apamia etiam nominatur *Pamiers* C. E. Gall. Aquitan. ad Garumnam fluuium apud Fuxum op. Inter Tolosam Metrop. & Mirapiscas vrbes proximas, à Tolosa in Eurum ad VII. M. P. Gall. distans.

2 Sept. Antoninus m̄. sub Diocl. *Cat. lib.* 8. *sed Gal.* Qui secutus Adonem Apameæ in Syria passum tradit. Corpus Palentiæ.

Pannonia, *Hungaria* non quidem tota; sed Cisdanubiana duntaxat. Regio Europæ, intra Danubium ad Septentriones, & Saum ad Austrum contenta, Draoquè diuisa, in duas distincta, superiorem, & inferiorem: superior inter Cetium M. & Carauaneamque ad occ. & Arabonem fl. vbi is incipit diuerti in Septentriones: Cuius vrbes, Iulio bona, Arabo, Petouium, Sauaria, Rhispia, Nouidunum, Siscia, Sisopa, Nunc Flauiana, Possonium, Iaurinum, Noua ciuitas, Græcium, Pætouium, Zagabria inferior inter Arabonem ad occ. & Sai cum Danubio confluentiam ad ortum: Vrbes. Curta, Teutoburgium, Mursia, Serbinum, Cibalis, Sirmium, Taurunum, Nunc Strigonium, Buda, Alba regalis, Vesprinium, Colotia, Quinque Ecclesiæ, Possega, Taurunum: Ex quibus duæ Archiepiscopales, Strigonium, & Colotia: Episcopales, Flauiana, Noua Ciuitas. Iaurinum, Vesprinium, Possega, & Quinque Ecclesiæ.

27 Mar. Alexander m̄. sub Maximiano. *Histor. Miscell. lib.* 8.

28 Apr. Pollio m̄. sub Diocl. Cibali. *Cat. lib.* 4.

4 Iun. Rutilus, & Soc. m̄. *Mol. in Addit.*

24 Sept. Gerardus Sagredus, Patritius Venetus, Ecclesiæ Sancti Marci Canonicus, & Venetiis Ordinis Seruorum B. V. M. institutor, qui dum Hierosolymam præsæpe, & sepulchrum visendi Dominicum cum aliquibus ex dicto Ordine peteret, Episcopus Canadiæ in Pannonia à Sancto Stephano Rege effectus, Apostolusque Hungarorum nuncupatus, ante martyrij palmam, qua primus Patriam illustrauit, dictum Ordinem B. V. M. ita mirificè amplhauit, vt ipsa B. V. vsquè in præsentem diem Domina Hungarorum dicta sit, & eodem titulo in ipsorum monetis excludatur.

3 Dec. Agricola m̄. *Beda, & alij.*

* 18 Mai. Andronicus Ep. I. ex LXXII. disc. *Doroth. in Synop.*

* Panormus, & Panhormum apud Plin. *Palermo* C. A. Siciliæ maritima, antiqua, Regia, ac primaria, nobilis, ampla, ac elegans, in ora, quæ Italiæ obuertitur, inter Pelorum, & Lilybœum prom. Vrbs amœnissima, Siciliæ paradisus appellata. Templa, & ædes publicas inter alia pulcherrimas habens. Oretho fl. præter labente irrigatur, forma ad rotunditatem accedens, quamuis etiam quadrata dici possit, circuitus, seclusis, suburbijs, maior est III. M. P. Hic Prorex Hispanus toti Insulæ ius dicit. A Messana altera Siciliæ Mettopoli in occ. hibernum ad CC. M. P. ab Enna Insulæ vmbilico in Corum CXXX. à Lilybœo, in Aquilones LXXV. A Neapoli mari CCC. in Meridiem.

* 10 Mai. Christina V. m̄. XII. annorum. Corpus ibidem. *Ex Gales. Martyrol.*

Paphos,

Paphos, *Baffo* C.E.antiqua Cypri in ora occidua, gemina, Noua, & vetus, nō multo interuallo distitæ. Vetus litoralis est, ingenti prædita portu non tamen tuto. Olim Clarissima, ex qua magna Insulæ pars Paphia dicebatur, vti & venus, quæ ibi colebatur. Noua in Mediterraneis in ortum ad VI.M.P.recedens. Ea inter Cypri vrbes huius temporis tertiū obtinet locū. à Famaugusta, vrbe in ora ortiua sibi opposita ad CL.M.P.In occ.recedens.ab Amathunte in occ.ad L.à Tremithunti Metropoli, circa Insulæ medium in occ.hibernum ad C.M.P.

29 Apr. Tychicus Pauli Apostoli disc. *Cuius ille meminit in epistol. 2. ad Timothæum.*

22 Oct. Hilarion Abb. Ann. Domini CCCLXXII. *Vita apud S. Hieron.*

* Titus Ep.Bostren. sub Iul.à sua Sede pulsus.scripsit.contra Manichæos. *Hieron describ. Eccl.*

Papia, quæ & Ticinum, *Pauia*, C. E. Insubrum antiquissima ad Ticinum amnem limpidissimum, & fluminum Italicorum post Eridanum maximum, vrbis mœnia ab Austro alluentem. Vrbs ampla, & nobili, forma quasi quadrata, & ad flumen decliui. Olim sub Regibus Langobardis totius Italiæ præclarissima, Regum XXII. Sedes, ob innumeras SS. reliquias, & corpora secunda Roma appellata. Academia ingens, ex Italiæ præcipuis. Ager, & Episcopalis diocesis amplissima: cuius Episcopus, vsu pallij donatus nulli subditur; nisi Rom. Pont. Vrbs ipsa multa retinet antiquæ nobilitatis, & magnitudinis monumenta, sed nulla re magis gloriatur: quàm quod D. Augustinum Doct. & ecclesiæ lumen habet. Circuitus illius est III. M. P. quondam maior. Suburbium vrbi ponte lapideo, visendi operis (neque enim par illi est in tota Italia) iungitur. Principatus titulo decoratur. Abest à Mediolano in Austrum XX. M.P.

7 Ian. Crispinus Episc.VII. sub S.Leone Papa. *De quo S.Enod. in vita S.Epiph.*

8 Maximus Episc.VIII.S. Epiphanij succ.sub Symmacho Papa.

11 Honorata V.S.Epiphanij soror. An.D.CCCCLXXI.

21 Epiphanius Ep.XIII.S. Crispini succ. *Vita per S.Enodium scripta.*

30 Armentarius Ep.XXII.S.Damiani succ.

8 Feb. Iuuentius, siue Iuuentius Ep. III. S. Syri disc. Genuensibus, Derthonen.& Hastensibus prædicauit. *Ex Paul. Diac.*

12 Apr. Damianus Ep.XXI. *De quo Paul.Diac.lib.5.*

7 Ma. Petrus Ep.XXIII.sub Luithprando Rege. *Paul. Diac.lib.6.*

20 Theodorus Ep.XXIV. sub Leone III.Papa & Desiderio vlt.Rege.

30 Anastasius Ep.X.sub Rothario Rege. *Paul.Diac.lib.4.*

21 Iun. Vrciscenus Ep.VI. An.D.CLXXIIII. *Paul.Diac.lib.1.*

15 Iul. Felix Ep.m̄.Hic fuit Ep. Spalaten. licet in Martyrol. Papiæ tribuatur.

17 Enodius Ep. XIV.S. Epiphanij succ. ab Hormisda Papæ

Con-

Constantinopolim contra Anastasium Imp. & Acatiũ Ep. missus.

22 Aug. Gumifortus m̃. ab Hæreticis occisus. *Mombr. tom.* 1.

27 Ioannes Ep. XXX.

26 Oct. Fulcus Ep. LII. S. Bernardi successor.

Item Quadragesimus Diaconus, qui mortuum resuscitauit.

5 Dec. Dalmatius m̃. sub Maximiano, quẽ nonnulli Ep. Papien. faciunt. Corpus Quadringẽti, oppidulo Alexandrino.

9 Syrus Ep. I. Apostolorum discip. *Paul. Diac. lib.* 1.

14 Põpeius Ep. II. S. Syri succ. & Comes. *De quo in vita* S. *Syri.*

8 Mar. Lithifridus Ep. XXXIIII.

23 Iun. Lanfrancus Episcop. XLIX. postea Mon. Ann. Domini MCLXXVI.

22 Iul. Hieronymus Ep. XXVI.

12 Oct. Rodobaldus Ep. LIII. S. Fulci succ.

23 Seuerinus Boetius martyr. sub Theodorico Rege. Ariano.

* 30 Crispinus II. Ep. IX. S. Maximi succ.

Bernardinus Feltrens. Ord. Min. Obseru. nondum inter SS. adscriptus.

Sybillina V. Mon. Ordin. Prædic. in numero Beatorum habita.

Bernardus quoq. Epis. doctiss. qui S. Lanfranco succ. inter SS. Episcopos adnumeratur.

Epiphania V. Rachisij Regis filia in SS. numero ponitur.

Summ. Ep. Ticinenses numero XXII. Martyres IIII. Virg. II. vitam SS. Episcoporum primus scripsit Paul. Diac. deind. Luitprandus Leuita, postremò omnium fusissime Ant. Maria Spelta.

* Parentium, *Parenzo* C. E. antiqua Histriæ (quæ Regio Italiæ postrema est inter Carnos, & Liburnos sita) maritima in peninsula parua, cùm portu haud contemnendo. Media quasi inter Iustinopolim in occ. ad XXXV. M. P. distantem, & Polam in ortum ferè XXX. M. P. recedentẽ à Venetijs in ortus æstiuos C. M. P. distãs quot à Iadera in occ. vrbs his temporibus ægrè ob aeris insalubritatem habitata.

22 Nou. Maurus m̃. sub Numeriano apud Romam passus, hic sepultus. Ex *Maurol.*

Parisij, *Paris*, quo nomine populi Galliæ significantur, & C. A. Regia, amplissima, ac nobilissima, inter omnes vrbes Europæas, Sedes antiquissima Galliæ Regum, vbi Senatus amplissimus, & Academia præclarissima. Vrbs ipsa in tres, Sequana, & Matrona fluminibus, diuisa in eam, quæ villa dicitur cæterarum maxima, in Ciuitatem fluminibus tãquàm Insula interceptam, & vniuersitatem. Vide Lutetia.

26 Ian. Bathildes Regina Clodouei III. Regis vxor. in Territ. *Sur. Tom.* 1.

3 Iun. Crothildes Regina Clodouei I. Regis vxor. *De qua in vita* S. *Remigii.*

1 Aug. Iustinus mart. in Territ. *Mol. in Add.*

29 Me-

29 Medericus presb. & Abb. Augustodunen. sub Othone III. *Sur.Tom.5.*

7 Sept. Clodoaldus presb. Clodouei Regis filius. Ann. Domini DXXXI. in Territ. *Cat.lib.8.*

27 Eleazarus Comes Ariani in Hirpinis. Ann. Domini MCCCXXV. *Sur.Tom.5.*

20 Oct. Georgius Diac.& Aurelius mart. *S.Eulog.lib.2.*

30 Lucianus m̃. *Mol.in Add.*

1 Nou. Marcellus Ep.IX. *Sur.Tom.6.*

15 Eugenius Ep.Toletanus marty.S. Dionys.Areop.disc. in Territ. eius corpus in Hispanias à Philippo II. Rege religiosissimo translatum.

* 10 Iun. Landericus Ep.Ann.Do. DCLXV. Ex *Tab.Democh.*

5 Aug. Ionius m̃.S.Dionysij Areop. socius. Ex *Tab.Eccl.Paris.*

7 Sep. Gerannus, seu Cerannus Ep. Ex *Tab.Eccl.Paris.*

2 Oct. Cilina V. Ex *vita S.Genouefę apud Sur.*

23 Nou. Seuerinus Mon. *Maurol.*

Parma, *n.r.* C. E. antiqua Gall. Togatæ Cispadanæ Colonia Rom. in via Æmilia, ad Parmam fl. intermeantem, & diuidentem, super quo pontes aliquot lapidei. Ducatus Parmensis caput, ac Sedes Ducis. Vrbs ampla, amœna, & elegans, magnæque Nobilitatis. Academia recens exornata inter Placentiam, & Mutinam. Media inter Iuliam Fidentiam, & Regium Lepidi ab ea in ortum XV. M.P. quot ab isto in occ. dissidens. à Placentia ad XXXV. M.P. in ortum, quot ferè à Cremona in Eurum, à Mantua in Austrum, & notolibycum supra XL.; à Ferraria in occ. hibernum ad LX. Multa hic corpora SS.

4 Dec. Bernardus Ep.& Card. An.Dom. MCXXXIII. Ex *Breu. Vall.* Vmbr. Corpus in Eccl.Cathedr.

* 22 Mai. Ioannes Canon. primũ Eccl.Cathedr. deinde Abb.I. monast. quod ex eo S.Ioannis dicitur. Ex *Chron. Benedict.* Corpus ibidem.

Paros, *Pario.* Insula Maris Ægæi. Media quasi inter Scyllæum Peloponnesi prom.& Gnidum Cariæ vrbem maximè occiduã, circuitu LXXX. M.P. cum vrbe, & portu eiusdem nominis in ora boreali. Mõtes habet excelsos: ex quibus Marmor Parium candidissimum eruitur. Naxos ei proxima ab ea vix VII. M.P. in Orientem recedens, ad occ. Seriphus, & Syphnus duplo interuallo distantes, inter Delum: à qua in Austrum ad XX. M.P. dissidet, & Polyegon. A scyllæo autem prædicto in ortum ad C.M.P. abest. Patria fuit Antilochi poetæ. In ea ferũt apud vrbem fontem extare, qui alba quæuis immissa nigra faciat.

10 Nou. Theoctista V. *Metaphr.*

Passinianum, *Passignano.* pagus Hetruriæ, cùm monasterio à S. Io. Gualberto Abb. constructo apud viam: quæ Florentia Senas ducit, vix II. M.P. ab ea recedens: à Florentia verò ciuitate ad XIIII. M.P. distans.

12 Iul. Io.Gualbertus Abb.I.& auctor Ord. Vallis vmbrosæ. An. Domini MLXXIII: A Cœlestino Pap. III. in SS. relatus. *Sur.Tom.4.*

* 16 Mar. Lætus Abb.S.Io. Gualberti disc. An.D. MLXXXIII. Ex *Tab.Vall.Vmb.*

Patara, *Patera* C.E.Lyciæ maritima, inter Antiphellum, & Telmessum proximas vrbes, proxima Xantho, à Myra Metropoli, in Libonotum supra XXX.M. P. distans. Olim celebris, ac ex Lyciæ primis, etiamnũ Diui Nicolai Episcopi Myrensis natalibus clara, portum habet, tametsi raros habet habitatores.

* 18 Feb. Leo, & Paregorius mart.

Patauium, *Padoua* C.E. antiqua Venetiæ ad Meduacum fl. inter labentem, eamquè pene circumfluentem. vrbs munitissima dupl ici murorũ gyro, & maxima. Academia Doctorum, & Scholarium numero cæteris Italicis, Neapolitana excepta anteferenda. Ager amplissimus, & fertilissimus: in quo oppida aliquot multis vrbibus comparanda, & colles Euganei adeò veteribus commerati. Tito Liuio Historiæ parente magis gloriabunda, quàm Antenore suo Conditore.

Inter Venetias, & Veronam, à Venetijs in occ.hibernum XXV.M. P. à Verona recta via in ortum æstiuum ad XXXV. media ferè inter Vicentiam, à qua in ortum XVIII.M.P. dissidet, & fossam Clodiam, à Taruisio in Austrum ad XXIV. à Ferraria in Septentriones L.

3 Ian. Daniel Leuita S.Prosdocimi Episcopi mart.sub Nerone. *Cat.lib.2.*

13 Iun. Antonius Lusitanus Ord.Minorum. An.D. MCCXXXI. à Gregorio Pap.IX.inter SS.relatus. *Sur.tom.3.*

2 Aug. Maximus Episc.II. S. Prosdocimi succ. *Ex vita S.Prosdocimi.*

7 Oct. Iustina V.mar.sub Nerone Præfecti vrbis filia à S. Prosdocimo baptizata. *Cat.lib.9.*

7 Nou. Prosdocimus Epis.I.à S.Petro Apost.ordinatus. *Momb. tom.2.*

16 Fidentius Episc. III. *Cat.lib.10.* vbi etiam martyr. scribitur.

26 Bellinus Ep.LXXII. mar.in Diœc. Hadrien. *Scard. lib.3. Ann.*

1 Feb. Antoninus cognom.Peregrinus Camaldulen. An.Dom. MCCLXVII. *Scard.lib.2.*

10 Arnaldus Abb.S.Iustinæ.sub Ezelino Tyranno. *Scard. lib.2.*

17 Mart. Vrius Mon.S. Benedicti. *Ex Calend.monast. S. Iustinæ.* à Leone IX.Pap.vt ferunt pro sancto declaratus.

* 17 Iul. Crispinus Epis.sub Constantino Imp. *De quo S. Athan. in Apoll.*

8 Oct. Compagnus Prior Monast.S. Mariæ Ord. Camaldulen. An.D.MCCLXIV. *Scard.lib.2.*

Maximianus Ep.mart.

Felicitas, in Vico qui Titulus appellatur, à Leone IX. pro Sancta habita, cuius corpus cum corpore S.Maximi Episcopi repertum est. Sunt alij Episcopi, quos sanctos Scardeon.lib.2.commemorat: sed de ijs officium minime recitatur.

* Patauiũ alterũ, seu Patauia, quæ & Batauæ. *Passavv.* C.E.Germ. seù Norici ad Oeni cũ Danubio cõfluentiã, in Bauaria inferiore, media penè inter

Ratisponam: à qua in ortus hibernos XVIII.M.P. Germanicis abest, & Anisum vrbem Austriæ, à Salisburgio Metropoli in Aquilones quasi totidem M.P. dissita. apud Boiodurum vrbem desolatam, cui ipsa successit, aliquando post Laureaci excidium Metropolis; sed Sede Archiepiscopali Salisburgij constituta, Metropolis esse desijt. Vrbs ingens, longa supra II.M.P. Danubio in longum exposita, nobilis, opulenta, mercimonioque pollens.

* 4 Aug. Valentinus Ep.S.Corbiniani Episcopi Frisingen. synchr. obijt in Castro Magiensi. An. D.MCXX. Pataulam relatus. *Sur.tom*.4.

Patræ, *Patràs* C.A. Achaiæ in Peloponneso maritima, iuxta Rhium prom. & sinus Corinthiaci angustias, à dicto Prom. in Austrum ad V.M.P. recedens, à Corintho in occ. ad LXXX. à Methona Peloponnesi hodie primaria in Septentriones ad C.M.P. distans, ab Echinadibus Ins. vbi superioribus annis insignem de Turcis mari victoriam Christiani reportarunt, in ortum ad XX. M. P. se cedens. Ea nunc etiam viget inter vrbes Peloponnensiacas non obscura, tametsi non vt olim clara.

8 Apr. Herodion Ep.I. vnus ex LXXII. disc. Cuius fit mentio in epistola ad Rom. *Doroth. in Synop*.

30 Nou. Andreas Apostolus mart. sub Nerone. *Metaph*. Reliquiæ Amalphi: caput Romæ.

* Pauliacum, *Paully*. Pag. Galliæ in Normandia Agri, & Diœc. Rothomagensis, vltra Sequanum flumen, à Rothomago in Aquilonem ad VI.M. P. Cleriaco op. & Gemmetico pago proximus, vbi Monasterium Pauliacense virginum celebre.

10 Feb. Austreberta V. Abb. à S. Audomaro Episcopo consecrata. *Sur.tom*.1.

Peligni, *Valuensi*, populi Italiæ in Aprutio (quod Regni Neapolitani XII. est Regio) inter Sarum flumen, quo à Frentanis, & Caracenis Orientalioribus separantur, & Aternum: quo à Marrucinis, & Vestinis Occidentalibus, & ad Austrum sitis, disterminãtur, perstricti, Mare Hadriaticum à Septent. & Apenn.M. à Meridie attingentes. Quorum Vrbes; Sulmon apud Apenn. & Ortona litoralis.

13 Iun. Peregrinus Ep. Hadrien. mart. sub Longobardis S. Greg. Pap. *Cat.lib*.5.

Pelusium *Belbais* C.E. Ægypti apud Fossam Nili Orĩetalem: quæ ex vrb. Pelusiaca dicitur, & Ostium Pelusiacum, olim clarissima, ac post Alexandriam: à qua in ortum CLXXX.M.P. distat, inter præcipuas habita. Hæc plerisquè nunc *Damiata*, c. nob. dici putatur, sed *Damiata* antiquis Tamiatis fuit proxima Pelusio, à Noua Babylone, quę nunc *Cayrum* dicitur in Aquilonem supra CL.M.P. distans.

4 Feb. Isidorus Abb. Monasterij in Monte apud Pelusium S.Io. Chrysostomi disc. sub Theodosio Iuniore Ann. Dom. CCCCXL. *Suid. & Niceph. lib*.14.

7 Mart. Paulus Ep.S. Theophili Episcopi Nicomedien. in exilio ob sacr. Imag. Comes. *Menol*.

Pentapolis, quæ & Cyrene, seù Cyrenaica, *Sim*. Africæ regio apud Syrtim magnam, & Africam propriè dictam, & Marmaricam, sic dicta à quinque Vrbibus præcipuis, quibus constabat, hoc est, Cyrene primaria,

ria, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, & Apollonia, quarum IIII. litorales, Cyrene verò à litore XI. M. P. inter Ptolemaidem, & Apolloniam sita est, ab Alexandria vrbe Ægypti, in occ. DCC. M. P. distãs, ab Hammonis Oraculo, vrbe adeò memorata, in Circium ad CCCC. M. P. dissidens, quod à Memphi in occ. itinere XII. dierum distare autor est Plinius.

26 Mart. Theodorus Epis. Irenæus Diac. Serapion, & Ammonius Lectores, mart. *Ex Bed. & Vsuard.*

Pergamus, seù Pergamum Plinio, *Pergamo.* C. E. Asiæ nobilissima quondam Regia, Galleni Medicorum Principis ortu clara, ad Selinuntem fluuiolum interluentem, & Cetium ex Pindaso M. proximo præter labentem. Caico flumini vicina. Phrygiæ Primaria, ac finitimarum Vrbium aliàs conuentus nobilis. Ex VII. primis Asiæ, quæ ad C. D. fidem peruenerunt. Proxima est Elæa in litore, vrbs Aeolica, Pergamensium Nauale. Distat Pergamus ab Adramytto in ortum hibernum ad L. M. P. à Hieragerma ad XXV. Longe obscurior effecta sub Turcis. Sardib. proxima Monte intercedente.

11 Apr. Antipas Ep. I. mar. sub Domit. Cuius mentio est in Apocalyp. *Metaph.*

13 Carpus Ep. Thyatiren. Papylus diac. Agathonica soror, & Agathodorus famulus, cùm alijs multis marty. sub Antonino. In quibus Iustinus philosophus, quem alij Romæ passum tradunt. *Metaph.*

Perge, aut Perga, *Pirgi* C. E. Pamphyliæ Mediterranea, proxima tamen litori, ad Cestrum fl. ab illius Ostio VIII. M. P. distans inter Attaliam maritimam, quæ nunc regionis est primaria, & Antiochiam Pisidiæ: à qua in meridiem, & Notolibycum supra L. M. P. abest Attaliæ longè propior. Hac iter fecit Apostolus Paulus cùm Barnaba, cùm ex Cypro Antiochiam Pisidiæ proficiscerentur (est autem Pisidia Pamphyliæ regio borealior) olim multò clarior: cùm nostra tempestate vix nomen inter vrbes obtineat.

26 Feb. Nestor Ep. mart. sub Decio. non tamen morte affectus, cùm Nicæno Conc. interfuerit, nisi fuerit alius huius nominis Episcopus Pergen. *Sur. tom.* 1.

Item Papias, Diodorus, Conon, & Claudianus mart. sub Decio. *Ex actis.* S. Nestoris.

Item Fortunatus, felix, & alij XXVII. mart.

19 Apr. Socrates, & Dionysius mart. *Menol.*

1 Aug. Leontius, Attus, Alex. Cindeus, Mesitheus, Cyriacus, Catunus, & Euclæus m̃. sub Diocl. *Menol.*

20 Sept. Theodorus, & Philippa mater, cùm socijs. hoc est Socrate, & Dionysio supra memoratis mart. sub Antonino. *Menol.*

* 8 Nou. Matrona. *Sozom. lib. 7. & Metaph.*

Perona, *Perone*. C. seù verius Op. Gall. Belg. in Picardia præclarum, & egregiè munitum, ad Somonam flumen, inter Fanum Quinctini, & Ambianum Regionis Metropolim, à qua in ortum hibernum vix VI. M. P. Gall. dissidet, medium inter Rodrinam, & Cameracum VII. M. P. vtrinquè distans, à Lutetia Parisiorum in Cæciam XXVIII. Abbatia nobili, & opulenta insigne.

16 Ian. Furſius Anglus Abb. & autor Monaſterij Latiniacen. An. Domini DCL. Corpus ibi. *Trithem. lib. 3.*
Galeſ. addit hic Florianum, & Vltanum S. Furſei fratres, quos apud Foſſas Namurcen. diœc. ſub die 31. Oct. deceſſiſſe manifeſtum eſt.
Maurolycus etiam ſcribit Caſſium, & Florentium, cum alijs ex Legione Thebæorum Peronæ vrbe Germanica paſſos fuiſſe, cùm eos Bonnæ vrbe Belgica ſub Colonienſibus ad Rhenum paſſos eſſe legamus.

Perſis, *Perſia.* Europæis, *Farſi* Incolis. Regio Aſiæ Magnæ inter Orientales memoratiſſima, cuius olim Reges Orbis Monarchiam diu poſt Aſſyrios, & Medos tenuere, quoad Alexander Macedonum Rex deleto ſimul cùm Dario Rege Perſico Imperio, eoquè breui potitus, illud Græcis diſpertiendum reliquit.
Inter Suſianam ad occaſum, Rhuatide ſiuè Oruatide fluuio ſeparante, & Carmaniam ad ortum, Bagrada amne terminante, ſita eſt, ei Media à Septentrionibus, ac Parthia incumbentibus, Parchoatra M. intercedente, à Meridie verò ſinu Perſico alluẽte. Brhoanas flumen interluit, & irrigat.
Vrbes quondam claræ, Perſepolis, Paſſagarda, Axima, Orebatis, Marrhaſium, Ardea, Thoace, Niſerge. Ex quibus manet etiamnum Perſepolis nunc *Syràs* dicta, ad Briſoanam flumen, ampliſſima, circuitu XX. M.P. ſi vera narrant oratores veneti, opulentiſſima, clariſſimaque mercimonio, & Conſtantinopoli populoſior.

8 Feb. Plurimi mart.
17 Polychronius martyr. Epiſcopi Babylonis ſub Decio S. *Anton. in Chron. p. 1.*
20 Sadoch Ep. m̃. cum alijs CXXVIII. ſub ſapore *Metaphr.*
10 Quadragintaduo mart.
13 Mart. Chriſtina V. m̃. ſub Sapore *Menol.*
27 Zanitas, Lazarus, Marothas, Narſes, cum alijs quinquè mart. ſub Sapore Rege *Metaphr.*
29 Ionas, & Barachiſius mart. ſub Sapore Rege. *Metaphr.*
31 Beniamin mart. ſub Iſdegerde Rege. *Theodor. lib. 5.*
6 Apr. Centum viginti mart. *Menol.*
14 Maximus, & Olympias mart. *Menol.*
21 Simeon Ep. & ſoc. mart. ſub Sapore Rege. *Sozom. lib. 2.*
9 Mai. Tercentum & Decem mart. *Menol.*
16 Auda ſiuè Abda Ep. cum ſoc. XXIII. mart. ſub Iſdegerde Rege. *Theodor. lib. 5.*
4 Aug. Ia, & ſoc. cùm IX. M. mart. ſub Sapore Rege. *Menol.*
8 Hormiſda mart. ſub Sapore Rege. *Cat. lib. 8.*
29 Sept. Gudelia Fœniſtra mar. ſub Sapore. *Menol.*
Item Dadas, Caſdoa vxor, & Galdelas filiæ mart. ſub Sapore eius conſang. *Menelog.*
17 Oct. Mamelta Fœmina mar. *Menol.*
28 Simon & Iudas Apoſtoli martyrum Niſergæ. *Metaphraſtes.*
1 Nou. Ioann. & Iacobus marty. ſub Sapore Rege. *Menol.*

2 Acyndinus, Pegasius, Aphtonius, Elpidephorus, Anempodistus, cùm plurimis aliis m̄. *Metaphr.*
20 Nersas Ep.& Soc.m̄. *Menol.*
27 Iacobus m̄.cùm alijs. *Menol.* Corpus Mediolani.
11 Dec. Barsabas m̄. *Menol.*
* 11 Apseus,& Athalas m̄. *Menol.* referente Gales.

Perusia, *Perugia* C.E.Hetruriæ antiqua in Monte, ampla, præclara, nobilis, populosa, Academia iuris prudentia præsertim insignis, populo pugnaci prædita, figura haud æquali, cùm semper, aut ascendendum, aut descendendum sit, præterquam in ipso Montis dorso: in quo in lõgum ipsa Ciuitas extenditur, apud Tiberim fluuium ad II.M.P. præterfluentem. Arcem habet munitissimam. Ecclesiasticæ ditionis, Vmbria, (etsi ipsa in Hetruria sita est) Metropolis, ac caput, vbi Legati Sum. Pont. est Sedes. Media est inter vrbem Romam,& Florẽtiam, vtrinque LXXX. M.P.dissidens.

29 Ian. Constantius Ep.S.Herculani succ. vt quidam ferunt, m̄. sub M. Aurelio. Seu secundum Gales. sub Gothis, apud Fulginium passus: sed Perusiæ sepultus. *Sur. tom.* 1.
1 Iun. Felinus, & Gratianus m̄. sub Decio. *Acta* M.S. *ibidem.* De ijs, tamen nihil fit Perusiæ: quare suspicor sic esse errorem.
5 Florentius, Iulianus, Cyriacus, Marcellinus,& Faustinus m̄. sub eodem, Miror in Rom. Marty. scribi hac die, cũ de illis Perusiæ agatur i.die.
29 Aug. Euthymius Romanus, cum vxore,& Crescentio filio m̄. *Acta ibi.*
7 Nou. Herculanus Ep.m̄. sub Totila Got. Rege. An.D.DXLIV. *Momb. tom.* 2. Caput illius abscissum iterum corpori mirabiliter copulatum.
14 Felicissimus m̄. *Vsuard.*
* 10 Iul. Petrus Abb. Monast. Mõtis Caluarij. An.D.DCCCCLX. Ex *tab dicti Monast.*
* 14 Mai. Biuegnas Conf. Ex *tab.eccl.Perusinæ.*

Petra, *Arachen* C.A.aliàs Arabiæ Petrææ, cuius erat Metropolis, & ex qua ipsa Arabia denominatur, intra Montes, & solitudines, (Quæ regio etiam Nabathæa dicta est.) Media ferè inter lacum Asphaltidem,& M.Mælanes, qui Horeb, & Sinai dicuntur, à quibus in Cæciam ad CXX.M. P.distat.

Est Petra altera quæ deserti cognominatur, apud vlteriorẽ lacus Asphaltidis ripam, à Hiericunte in ortus distans ad XII.M.P. olim sub Saracenis munitissima, vbi Regius Thesaurus asseruabatur, à Petra Nabatheorum supra CC. M. P. recedens, quæ Petra Palæstinæ etiam tribuitur. *Crach* vulgò ab Arabibus dicta, à nostris verò Petra Deserti.

Vltra quam ad X. M. P. alia Petra, Areopolis, dicta, in Amorrhæorum, Ammonitarum, & Moabitarum confinio, quæ *Aroer* Arabibus dicitur.

10 Iun. Asterius Ep. sub Constantio Imp. relegatus in Africam, *De quo S. Athanas. in Epistola ad solitarios.*

20 Ma-

20 Macarius.Ep.qui prius Arius dicebatur, qui Sardicensi affuit Conc. sub Arianis vexatus, ac in Africam relegatus. *Menolog.*

Petragorici, Petrogori, Plinio, Petrocorij Ptol. *Perigueux* C.E. antiqua Galliæ Aquitanicæ, apud Illam fluuium in Duranium influentem, in planitie Montibus cincta, in ciuitatem, & opp.diuisa, inter Lemouicos: à quibus in Meridiem, & notolibycum supra XV. M.P.Gall.distat, & M.Albanum longius in Austrum diuidentem.

4 Mai. Sacerdos Ep.Lemouicensis.

25 Oct. Fronto Ep.I.à S.Petro ord.eoquè missus, cum Gregorio presb. *Cat.lib.9.*

9 Dec. Cyprianus Abb. *Cat.lib.1.*

Phausania, non Phausina, aut Fausina, vt in Martyrol.Rom. *Terra Nuoua* C.E.Sardiniæ litoralis in ora in Septentriones vergens: quæ & ciuitatum dicta est, hodie parua, portum habens: ac quo Genuam, & Romam solui solet. Eius episcopatus hodiè Emporiensi, a qua ciuitate ad XL. M.P.recedit, iunctus est.

15 Mai. Simplicius Ep.& m̃.An.CCCV. Corpus ibidem. *Ex Fara & Io.Arca.*

Philadelphia *Rabuth* C.olim A.Arabiæ Ammonitarum Regia, & Metropolis, apud Moabitarum confinia, Montibus Galaad proxima, vrbs Montana ultra Iordanem fl.supra XXV.M.P.ad Iaboc Torrentem: qui in Iordanem excipitur contra Salẽ, à Damasco in Phœnicem ad C.M.P.distans, quot penè à Hierosolymis in Cæciam, & ortum. Ab Arabibus habitatur.

23 Iun. Zenoherus, & Zenas Seruus. m̃. sub Maximiano. *Menolog.*

1 Aug. Cyrillus, Aquila, Petrus, Domitianus, Rufus, & Menander m̃. *Cat.lib.7.*

Philadelphia altera, *n.r.* C. E.Lydiæ, apud citeriorem Caistri fluminis ripam, inter hunc, & Pactolum, atquè inter Magnesiam, & Tripolim vrbes finitimas, à Magnesia in Austrum ad XXV.M.P. finitima quoquè Sardibus, à Smyrna in ortus ad C.M.P. cuius populi Philadelpheni dicuntur. Vna est ex VII. Asiæ vrbibus, in quibus primum C. D. fides disseminata est, & cuius mentio habetur in Apocal.

26 Ian. Duodecim Philadelpheni m̃.Smyrnæ passi vnà cum Sancto Polycarpo episcopo, Smyrnen. *Menol.*

Philippi, *Filippo* C.olim Macedoniæ E.nob.Roman.Colonia, apud Thraciæ fines, vltra Strymonem fluuium, inter Amphipolim, & Neapolim, proxima oræ maritimæ, ab Amphipoli in ortum æstiuum ad XXXIII. M.P.à Philippopoli vrbe Thracia ad Hebrũ amnẽ ĩ Africũ ferè C.M.P. quot à Thessalonica, ab Apris in occ.ad CLXXXVII.vt auctor est Plin. Bucephalæ vrbi, quæ *Caualla* dicitur, valde proxima ad II. M. P. fortè ex Philipporum ruinis conditæ, iacent enim Philippi, multis in loco extantibus suæ antiquæ magnitudinis, ac nobilitatis monumentis, ac ædibus aliquot pagi formam præse ferentibus.

23 Ian. Parmenas ex VII. Diac.vnus m̃. sub Traiano. *Ex Bed.*

22 Iul. Syntiche, cuius mentio fit in Act.Apost. *Ado.*

26 Erastus Ep.I.à Paulo Apost.ord. *Doroth.in Synop.*

3 Aug.

3 Aug. Lydia purpuraria, à Paulo Apoſtol. conuerſa. *Ex Act. Apoſt.*

18 Dec. Rufus & Zoſimus ex LXXII.diſc. *Ado.Cat.lib.* 1.

Philippolis, *Filippopoli* C.A.Thraciæ antiqua, anliquando Trimontium, à tribus M. ſibi imminentibus,ſeù quibus ipſa quondam impoſita erat, ad Hebrum fl.inter Sophiam,& Hadrianopolim,à qua in occ. ad LVI. M.P. diſſidet, à Sophia vero in ortum hibernum duplo ferè . Vrbs ampla;ſed magna ex parte deſolata.

18 Feb. Flauianus Ep. Conſtantinopol. Exul. Ephæſi ab Hæreticis occiſus. *Menol.*

9 Mai. Hermas Ep.I.ex LXXII.diſcip. *Cuius meminit Paul.in epiſtola ad Rom.*

Phœnicia,Syriæ regio maritima,inter Eleutherij flum.à Septentrione,& Chorſæi à Meridie,oſtia contenta nonnihil intra Libanum, & Antilibanum Montes extenſa.Longa inter Eleutherium fluuium, & Carmelum M.ſupra CCXX.M.P.Lata vix XXV.inter Sidonem,& Cæſaream Philippi.In quo quidem tractu eximiæ vrbes continentur:Antaradus, Tripolis,Botrus, Biblus, Berytus, Sidon,Tyrus,Ptolæmais,Sycaminō, omnes maritimæ:quarum clariores olim fuerunt,Tripolis, Biblus, Berytus,Sidon, & Tyrus, nunc clarent, Tripolis, Berytus, & Ptolæmais, cæteris diſolatis,aut obſcuris effectis.Intus verò Arca,Palæbiblus, Gabe,& Cæſarea Philippi:vnde incipit Palæſtina.

21 Sept. Euſebius m̄. *Menol.* Vltro ſe obtulit præfecto pro fide cruciandum.

Phrygia, *Germian.* & pars borealior, *Chiutaye* de primariæ vrbis nomine.Regio Aſiæ minoris Myſiæ, & Lydiæ confinis ad occaſum, Galatiæ ad orientem,Cariæ,Lyciæ,& Pamphylię ad Meridiem.Ad Septentriones verò,ex parte Bithyniæ,& Galatiæ contermina,Sangario fluuio ſeparante in ea plurimæ olim claræ vrbes extabant. In ijs Cotiæum, quæ noſtra tempeſtate durat, & fulget, eſt enim ſedes Satrapæ Natoliæ, vt vocant.Synnada olim plurium ciuitatum Conuentus, Laodicea ad Lycum,præclariſſima,Hierapolis,& Apamia.

7 Feb. Adaucus m̄.ſub Maximiano,cùm tota ciuitate. *Euſebius lib.6.*

17 Iun. Hypatius Conf. *Menol.*

17 Sept. Ariadna m̄.ſub Hadriano. *Menol.*

20 Dionyſius,& Priuatus m̄. *Vſuard.*

Item Priſcus m̄. *Menol.*

6 Nou. Atticus. *Vſuard.*

11 Mennas m̄.ſub Maximiano Cotiæi. *Metaphr.* Maurol. paſſum ſcribit in Scepſia Phrygiæ Metropoli Solitaria,cum nulla ſit C.huiuſmodi.

Picenum, *La Marca d'Ancona.* Regio Italiæ inter Apenninum M. à Meridie,quo ab Vmbria dirimitur, & Mare Hadriaticum à Septentrionibus perſtricta. Cui ad occaſum Vmbria maritima Galliæ Togatæ pars cis Anconem hæret, ad ortum Prægutij, Truento amne diuidente. Quanquàm alij alios terminos faciunt. Vrbes olim, Ancon, Numana, Potentia,Cluana,Cupra,Truentum,ex quibus ſola Ancon manet. Intus verò, Aſculum, Firmium , vrbs Saluia, Tignium , Heluia Ricina,

Tollen-

Tollentinum, Septempeda, Auximum, Pollentia. Durant ex ijs priores duæ Tollentinum, & Auximum, Ricinæ successit Macerata, ac Ricinetum, Septempedæ Fanum S. Seuerini. Camarinum hodie Piceno adscribitur. Regio Summi Pont. est, cuius Præfectus Maceratæ ius dicit. Tametsi primaria vrbs est Ancon.

4 Mai. Porphyrius m̄. sub Decio, passus Camerini. *Ex actis S. Venantij.*

11 Illuminatus Confess. apud Septempedam: vbi Corpus.

29 Mille quingenti vigintiquinque m̄. sub Decio. quo tempore passus est S. Venantius.

8 Iun. Seuerinus Ep. Septempedanus S. Victorini Episcopi Camarinen. frater. Vide Septemp.

27 Aug. Margarita Vidua Septẽpedana. An. D. MCCCLXXXIV. Vide Septemp.

2 Sept. Elpidius Abb. ex quo nomen est oppido. *Cat. lib.* 8. Gales. hunc facit Episcopum Lugdunen. sed hic diuersus ab illo.

Pictaui, quo nomine vrbs, & populi significantur. *Poictiers* C. E. antiqua Gall. Celticæ, seù Aquitanicæ apud Ptolem. quæ etiam Pictauis dicitur, & Pictauia: quànquàm Pictauia potius nomẽ est regionis, ad Clanium fluuium, vrbs amplissima post Lutetiam, Academia, & Comitatus amplissimi caput, in planitie inter Turones, & Santonas dissita, vtrinquè ad XXIII. M. P. gall. recedens. Media quoque inter Nannetes, & Lemouicos, atquè inter Andegauos, & Egolismenses, paulò ab eis remotior, à Lutetia Parisiorum in Libonotum ad LXXX. M. P. à Biturica Metropoli in occasum ad L. singula autem M. hic duobus Italicis respondent.

13 Ian. Hilarius Ep. & Doctor, sub Valentiniano, & Valente. *Hieron. de scrip. eccl.*

26 Iun. Mazentius Abb. sub Clodoueo. Rege. *Cat lib.* 5.

11 Iul. Sabinus Confess. in Terr. *Vsuard.* Maurol. addit Albinum, & Lysiam.

13 Aug. Radegundes Regina, Clotarij Regis vxor, postea Monialis in Territ. *Sur. tom.* 4.

22 Sept. Florentius presb. *Cat. lib.* 4.

23 Oct. Benedictus Conf. *Vsuard.*

2 Nou. Victorinus Ep. m̄. sub Diocler. *De quo S. Hieron. de script. eccles.* Ex Gales. sed hic Pitabionen. non Pictauen. Episcopus fuit.

24 Iun. Columba, Materna, & Parina V. m̄. in Territorio. *Maurol.*

Florentia V. *Ex Cabilonen.*

Mezentius Ep. S. Maximini Episcopi Treuiren. frater. *Ex Cabilonen.* Sed hic est Maxentius Abb. non Episcopus.

Pinna, *Città di Penna* C. E. Vestinorum in Aprutio antiqua, inter Suinum, & Tauum fluuios, oræ maritimæ ad IIII. M. P. proxima, inter Teateam Metropolim, à qua VI. M. P. & Interamnam, duplo recedens.

Hadria-

Hadriæ finitima, vt Teateæ, Angolo propior, ab Aquila in ortum æstiuum ad XXV.

19 Mar. Ioannes Monach. ex Syria. Sancti Ioannis Episcopi Spoletani, quæ sibi monasterium Pinnę construxit, Synch. *Cat. lib. 3.*

* Pisaurum, *Pesaro* C.E. Senonum Galliæ Togatæ, seù Vmbriæ maritima ad Isaurum fluuium: à quo nomen accepit, vbi is Hadriatico mari illabitur. Vrbs nobilis, pulchra, & amœna, mercimonio ob maris commoditatem celebris, ac Vrbinatis Ducatus post Vrbinum primaria, vbi nob. bibliotheca uisitur, ab antiquis scriptoribus satis memorata, proxima Fano Fortunæ: à quo in occ. V. M. P. dissidet, ab Arimino in ortum XX. quot ab Vrbino in Aquilones, ab Ancone in occasum ad XL.

19 Iun. Michelina matrona, Dñi Pisauren. uxor ex nob. familia Malatesta. An. D. MCCXC.
* 4 Iul. Mustia V.
24 Oct. Terentius m̃. sub Decio. vrbis patronus.
9 Dec. Heraclianus Ep.
Ex tab. eccl. Pisauren.

Pisæ, *Pisa* C.A. Hetruriæ antiquissima Colonia Arno fluuio diuisa, non longè ab ostijs illius, ampla, nobilis, olim clarissima; totius Hetruriæ, Terra, mariquè potens, quæ diù cùm Genuensibus, & Florentinis de primatu decertauit. Nunc Mercimonio, & Academia nobilis: Media ferè inter Lunam, & Populonium vrbes excisas, ac inter Lucam, & Liburnum portum ad X.M.P. dissidens, à Pistorio in Austrum XV. à Florentia in notolibycum ad XL. à Senis in occ. hibernum LII. à Volaterris in occ. XXV. recedens. Hic nob. Equitum S. Stephani Conuentus à Cosmo Magno Hetruriæ Duce aduersus Piratas institutus.

11 Mai. Euellus m̃. sub Nerone, Sancti Torpetis Socius. Ex *Ado.*

17 Torpes m̃. sub Nerone. Caput Pisis, Corpus in Gallia Narbonen. in opp. sui nominis. Dies natalis 29. Aprilis. *Cat. lib. 5.*

17 Iun. Rainerius Confess. An. D. MCLXI. Corpus ibidem. Ex *tab. eccles.*

26 Mai. Vbaldesca V. monialis, An. D. MCCVI. Corpus ibidem. Ex *tab. eccl.*

* 24 Apr. Bona V. monialis ord. Min. An. D. MCCVIII. *Apud Mon. dicti ord.* Multa hic prætereа SS. corpora habentur.

Pisidia, *Seleuca* Regio Asiæ Pamphyliæ pars borealis Tauro M. à reliqua Pamphylia separata; Cui Lycaonia ad ortum contermina, ad occ. Phrygia Magna, ad Septentriones Galatia. Cuius vrbes, Antiochia Pisidiæ, ad aliarum differentiam, dicta, Metropolis, in qua D. Paulus Apost. prædicauit, inter Pergen, & Iconium sita. Apollonia, Olbasa, Vnzela, Dyrzela, Selga, & aliæ.

10 Iul. Bianor, & Siluanus m̃. *Menol.*

Pistorium, & Pistoria Ptol. *Pistoia* C.E. Hetruriæ in amœna planitie apud Ombronem fluuiolum: quo ciuitas irrigatur, cui Montes à Septentrionibus imminent. Vrbs probe habitata, & opulenta, Media inter Florentiam: à qua in ortus hibernos XX. M.P. dissidet, & Lucã in Libonotũ tãtundẽ distãtẽ, à Bononia in Meridiẽ ad LX. M.P. Apenn. M. intercedẽte.

26 Mar. Barontius, & Desiderius Abb. in Territ. *Ex tab. eccl. Pisior.* In Mart. Rom. ponuntur ad diem 25. Mart. nescio, vnde hic error.

26 Aug. Felix presbyt. *Cuius Acta ibidem.* & dies festus agitur 25. Aug.

11 Feb. Ruffinus Ep. *Ex tab. eccles.* vbi Corpus in Ecclesia maiore cum corpore Sancti Felicis.

* 22 Mai. Actus Ep. ex ord. Vallis vmbr. An. Domini MCLIII. *Ex tab. Vall. Vmbr.*

Pitabio, seù Petouio, *Tetavv* & *Boetta* Germanis C. olim E. Pannoniæ superioris, nunc vrbs Stiriæ, post Græcium primaria, ad Draui flum. vlteriorem ripam, inter Marcenam, & Castra Variana proximas vrbes ad eundem amnem, à Celia in Cæciam XIII. M. P. Germanicis à Nauporto XX. à Zagabria in Circium ad XV. M. P. Hungarica, paucioribus à Græcio in Euronotum distans, à Claudia vrbe Carinthiæ primaria in ortum XVI.

2 Nou. Victorinus Ep. m̃. sub Dioclet. S. Seuerini Abb. frater. *S. Hieron. de script. eccl.* Hunc Gales. vocis similitudine deceptus Episcopum Pictauensẽ facit sicuti & Maurol.

Placentia, *Piacenza* C. E. Gall. Togatæ Cispadanæ, siuè Æmiliæ, antiqua Roman. Colonia, apud Padum flumen, nec procul à Trebia, vbi illa Pado commiscerur. Vrbs ampla, forma quasi rotunda, circuitu ferè ad IIII. M. P. arce, mœnium firmitate, & propugnaculis probè munita. Vbi nobilium ingens est numerus. Olim Ducatus erat Mediolanensis. Nũc Duci Farnesio, qui & Placentinus Dux, & Parmensis inscribitur, paret. Sita est inter Parmã: à qua XXXV. M. P. in occasum abit, & Papiam: à qua in ortum hibernum ad XXX. recedit, à Mediolano in Eurum XL. à Cremona in Austrum & Libonotum XVIII. dissidens.

30 Sept. Antonius m̃. sub Maximiano, ex legione Theb. *Cat. lib. 9.* Placentiæ tamen die 4. Iulij festum eius celebratur.

11 Dec. Sabinus Ep. II. sub Gratiano, & Theodosio, Sancti Ambrosij Ep. Synchr. Corpus S. Antonini reperit, Padum compescuit. *De eo S. Greg. in lib. 3. Dialog.* Festum tamen eius, Placentiæ agitur die 17. Ian.

4 Feb. Gelasius Conf. Migrauit An. CCCCXX. *Ex Chr. Placẽtiæ.*

19 Conradus Eremita Nethi in Sicilia. An. MCCCLI. *Ex Chron. Placentiæ.*

16 Apr. Contardus Confess. ex familia Estensium. Blandiuonæ, diœc. Placentiæ apud Ticinum. *Ex M. S.*

25 Franca Abb. ord. Cister. An. MCCXVIII.

28 Iul. Raymundus Conf. obiit An. MCC.

* 13 Sept. Maurus Ep. III. An. CCCCXLV.

12 Oct. Opilius Diac. S. Sabini Ep. & frater S. Gelasij. An. CCCCXX.

26 Fulcus, siue Fulco Ep. primum Placentinus, postea Papien. An. MCCXXIX.

7 Dec. Victor. Ep. I. An. CCCLXV.

Gotthardus Eremita S. Rochi discipulus, circa An. MCCCXXI.

(*Ex Chron. Placentiæ.* — for entries 25 Franca through Gotthardus)

Pla-

Placentia altera, *Placencia* C.E. Hisp. Tarrac. in Regno Castellæ vet. in plano, Montibus cincto, forma penè rotunda, media inter Salmanticā: à qua in Meridiem XXII. M.P. Hisp. abest, & Ementam, proxima Cauriæ: à qua in ortum ad VII. M.P. dissidet, à Toleto in occ. XXVI. à Ciuitate Rodrigense in Phœnicem ad XIIII. M.P. quot à Turri Iulia.

Polonia, Regio Europæ ampla, olim Germaniæ Magnæ pars ferè inter Oderam ad occ. & Vistulam ad ortum contenta, (tametsi hodie Oderá non attingit) in maiorem, & minorem diuisas. Minor in Meridiem vergit, Carpathis M. illam ab Hungaria separantibus, cui ad occ. Slesia, ad ortum Ruthenia, & Volhinia adhærent. Minor in Septentriones abit, cui ab ea plaga Pomerania incumbit, ab occ. Marchia antiqua, ab Oriē te Massouia. Minorem Vistula ingens fl. diuidit; Cuius vrbes clariores, Cracouia, Regia, nobilissima, & maxima, Lublinum, & Sandomiria, sub quibus plures continentur. Maiorem Varta amnis irrigat: Cuius vrbes præcipuæ, quæ caput aliarum sunt. Posnania, quæ cùm Cracouia nobilitate, & magnitudine contendit, Gnesna Metrop. siuè Archiepiscopalis, Calisia, Siradia, Lancicia, Vladislauia, Brestia, & Raua. Sub Regno autem Polonico, præter has, plurimæ regiones continentur, Ruthenia, Podolia, Volhinia, Lithuania magna, Liuonia, Samogitia, Prussia, Massouia, Pomeraniæ pars, & Slesiæ.

17 Mar. Gertrudes V. Abb. Sanctæ Hedouigis filia. *Ex eius vita.*

7 Mai. Stanislaus Ep. Cracouien. m̄. sub Boleslao Rege occ. Hic defunctum è Sepulchrum ad testimonium perhibendum excitauit.

15 Oct. Hedvviges Ducissa Poloniæ S. Elisabethæ filia. An. D. MCCXLIII. Abb. I. Trebnicē. in Slesia. Clem. Pap. IV. in sanctarum numero scripta. *Sur. tom. 7.*

12 Nou. Benedictus, Ioannes, Matthæus, Isaac, & Christinus Eremitæ. Sancti Romualdi Abb. disc. An. D. MV. m̄. *Cat. lib. 5.*

Polybotus, C. fuit E. Asiæ parua in Phrygia, in Conuentu Synnadensi cōtenta: cuius Episcopus, Archiepiscopo, seù Metropolitæ Synnadensi suberat. Huius vrbis mentio nulla fit nisi in Concilijs. Neque si hodie extet Sciri potuit ex Græcis.

5 Dec. Ioannes Ep. Cognomento Thaumaturgus. sub Leone Isaurico. *Menol.*

* Polycastrum, quasi Magnum Castrum, seù Policastrum, quasi vrbis Castrum *Policastro* C.E. Lucaniæ, seù Basilicatæ litoralis ad Sinum Supricum, ad Principatum citeriorem spectans sub Salernitano Archiepiscopatu, à Salerno in Austrum ad LX. M.P. distans.

4 Mar. Petrus Salernitanus Ep. Policastren. ante Abb. III. Cauen.

* Polymartium, *Bomarzo* C. olim E. Hetruriæ inter Viterbium, Hortam, & Balneoregium: Faliscæ, Hortæ, ac Vico orchiano proxima, nunc oppiduli potius, quam vrbis aspectum habens; Cuius Episcopus Concilijs Generalibus aliquando interfuisse reperitur.

* 24 Apr. Anselmus Conf. qui Meonis proximi pagi, seù Castri, cognominatur. *Ex Fabrica Hortana p. 1.*

Pompeiopolis, ante Solœ, *Paopoli.* C. E. Ciliciæ litoralis antiqua, inter

Cydni, & Latmi fluminum ostia, ac inter Anemurium, & Tarsum; Metropolim; à qua in occ. ad XXX. M. P. dissidet, ab Anemurio in ortum duplo distans, Coryco vrbi proxima, sic dicta à Pompeio Magno post deuictos piratas.

7 Apr. Calliopius m̄. cum Theoclia matre sub Maximiano. *Metaphr.*

Pompelon, quæ & Pompeiopolis Straboni, *Pampilona* C. E. antiqua Hispan. Tarraconen. in Vasconibus ad Pyrenei M. radices, apud fl. qui in Iberum defertur. Vrbs ampla, egregiè munita, Nauarrhæ caput, & Regia, Media ferè inter Tutelam vrbem eiusdem Regni ad Iberū, à qua in Septentriones XXI. M. P. Hisp. abest, & Baionam vrbem Aquitaniæ, ac inter Victoriam, vrbem Cantabriæ: à qua in ortus æstiuos XVI. M. P. recedit, & Iacam, vrbem Aragoniam.

25 Sept. Firmius Ep. m̄. à Sancto Saturnino consecratus. *Thesau. Conc.*

29 Nou. Saturninus Ep. & Honestus presbyter mart. Sed Saturninus fuit Episcop. Tolosanus. vbi Corpus. *Thesau. Conc.*

Pontia, *Ponza* Insula maris Tyrrheni ante Sinum Formianum, contra Caietam, Palmariæ, & Sinoniæ Insulis proxima, est autem Palmaria cōtra Tarracinam: ab ea in Austrum ad XLV. M. P. distans, prorsus inhabitata. At Pontia aliquot habitationes habet, exilio, & deportatione nō tàm ciuium Romanorum, quàm Christianorum clara, à proximo litore ad XXX. M. P. recedens.

20 Iun. Siluerius Pap. m̄. sub Iustiniano. S. Agapiti succ. Ex *Pontif.* An. D. DXL.

Pontinia, seù Pontina. *Pontien* Regiuncula Gall. Belg. Picardiæ pars, inter Ambianos, & oceanum, inter Caletes, vbi Diepa vrbs, & Comitatū Bononiensem extensa. Cuius caput est Abbeuilla Somona diuisa, reliquæ vrbes, seù potius oppida, Monasteriolum, Stabula, Fanum Vualerici. Sic dicta à pontium multitudine, ob copiam aquarum.

13 Dec. Iudocus Anglus Regis filius, sub Dagoberto Rege. *Sur. tom.6.* Ex eo oppidulum denominatur, vulgo *S. Iosse.* apud Quantiæ fl. ostia. Stabulis prox. quod in Martyrol. Pagus Pontinus nominatur.

Pons Curuus, Fregellæ quondam dictus, *Ponte Coruo* op. Latij apud Lirim fl. medium quasi inter Frusinum, & Minturnas, ad XX. M. P. dissitum, inter Aquinum quoquè, & Formias Aquinatis diœcesis. Fregellæ autem, quarum apud scriptores frequens fit mētio, clarissima olim vrbs fuit, vt Auctor est Strabo, licet sua tempestate vicus esset.

29 Sept. Grimoaldus presb. m̄. *Cuius Acta in eccl. Aquinate seruantur.*

* Pons Isaræ, *Pontoyse* op. Gall. Belg. præclarum apud Isaræ, & Sequanæ fluminum Confluentiam, inter Lutetiam Parisiorum, & Gessorium, seù Cæsarotium op. Normandiæ, à Lutetia in Arctos ad VI. M. P. Gallicis recedens, à Bellouacis in Austrum. & Libonotum X. à Siluanecto, in cuius diœcesi, seù ditione est, in occasum ad X. M. P. distans. Pons Esiæ, siuè Esiepons verius dici debet. Nam fl. à veteribus Esia, non Isara dicitur.

* 3 Mai.

* 3 Mai. Gualterus Abb. An. D. MCLXXX. *Mol.* in *Addit.*

Pontus, Regio Cappadociæ maritima, nõ nihil Galatiæ complectens, quæ apud Ptolem. Pontus Galaticus, Pontus Polemonicus, & Pontus Cappadocius dicebatur.

Pontus dicta, quod Ponto, seu Mari Euxino exposita sit. Est & Pontus Bithyniæ pars ad Euxinum mare. In qua Heraclea, quæ Ponti cognominatur, Metropolis, Claudiopolis, Psyllium, & aliæ vrbes.

18 Ian. Athenogenes m̃. *S. Basilius in lib. de Spiritu S.*
Item Moseus, & Ammonius mar. *Cat. lib. 2.*

5 Feb. Plures mart. Ex *Euseb. lib. 8. hist.*

4 Dec. Meletius Ep. Ex *eodem lib. 7.*

Populonium, & Populonia, C. olim Hetruriæ E. maritima, antiquissima, ac vna ex XII. primis Tuscorum Colonijs, apud Populonium prom. edito loco constructa, à Græcis solo æquata. Ex cuius ruinis Populonium iuxta promontorium ab ipsa Populonia III. M. P. distans, contra Iluam Insulam, inde X. M. in meridiem, & notolibycum recedentem, exædificatum fertur. Ipsa verò vrbs licet excisa, nomen adhuc retinet, magnitudinem illius, simul & nobilitatem ruderibus longo interuallo sparsis, indicantibus, nã aquæductus adhuc, & arcus, & Columnæ marmoreæ, amphitheatrum, mœnium fundamenta, & arces, monstrantur, ibiquè aliquot ædes à Rusticis habitatæ. Abest autem à Portu Liburno in Phœnicem ad LV. M. P. à Volaterris in Austrum supra XXXV. à Massa: quæ illi in Episcopali dignitate successit, in Africum ad XX. à Senis XLV.

1 Sept. Regulus Ep. Africanus m̃. sub Totila Gothorum Rege. Ex *Bed. Corpus Lucæ.*

10 Oct. Cerbonius Ep. S. Greg. Pap. *qui illius meminit. In Dial. Synchr.* Corpus Massæ.

Portus Romanus, *Porto* C. E. Hetruriæ apud Tiberis Ostium Occidentale. Ex aduerso Ostiæ vrbs, Iacra Insula intercedẽte. Cuius ea fuit magnitudo, vt ad XXII. M. ædium contineret: quarum ne vna quidem hodie superstes est, nisi quod ruinæ ad II. M. P. sparsa cernuntur. Manet Episcopatus sæpius refectus, (in quo parua Ecclesi.) Cuius Episcopus, vt Ostiensis, Cardinalis est, apud Episcopatum stagnum Oualis formæ, ædificijs septum, in quod per fossam, Triremes, vt videtur, & Nauigia deducebantur. Distat ab Vrbe Roma ad XVI. M. P. in Meridiem: à Centumcellis in ortum hibernum ad XL.

2 Mart. Paulus, & Heraclius, Secundilla, & Ianuaria m̃. Ex *Vet. Martyrol.*

24 Mai. Vincentius m̃. Ex *Adone.*

8 Iul. Quinquaginta milites m̃. sub Aurel. Ex *Gestis s. Bonosæ.*

15 Eutropius, Zosimus, & Bonosa m̃. sub Aurel. Ex *Adone.*

26 Hyacinthus m̃. *Sur. tom. 4.*

22 Aug. Hippolytus Ep. m̃. sub Seuero. *Hieron. de script. Eccles.*
Item Martialis, Saturninus, Epictetus, Maprilis, Felix, & socij Peregrini m̃. sub eodem. Ex *Gest. S. Hippolyti.*

5 Sept. Herculanus m̃. Ex *Adone.*

* Posnania *Bosen.* Ciuitas Episcop. Poloniæ maioris caput, ad Vuartam flumen, collibus imposita, ingens, amplissima, habens suburbia, paulò minor,

minor, si non par, Cracouia: à qua in Septentriones, & circium ad LX. M.P. Polonica dissidet. Media ferè inter Francfordiam ad Oderam: quæ in occ. ad XXI. M.P. Germ. recedit, & Ploscum ad Vistulam, in ortum æstiuum tantundem distantem. Proximo Gnesnæ Metropoli, ab ea in occ. VII. M.P. abscedens, ab Vratislauia in Aquilones XXI. Trigonum enim æquilaterum constituunt, Posnania, Vratislauia, & Francfordia, à Gedano penè duplo in Notolibycum distans. Vrbs est, & emporium in primis totius Regni habitum, frequens, & elegans.

28 Nou. Casimirus Rex I. Poloniæ. An. Domini MLVIII. *Mart. Crom lib. 4.*

Potentia, *Potenza* C.E. Lucaniæ antiqua, intra M. Apenninos, medio ferè itinere inter Salernum, & Tarentum, supra LX. M.P. distãs, à Salerno in ortum. ab Acheruntia metropoli in Austrum ad XVIII. Marsico, Tricarico, ac Muro finitima, à Venusia in Euronotum: cui magnitudine, aut incolarum numero haud cedit, quam ab Acheruntia remotior.

30 Oct. Gerardus Ep. *Cuius acta asseruantur in Ecclesia Potentin.*

Præneste, *Palestrina* C.E. antiquissima Latij intra Montes, in Equicolis, vrbs olim celebris, temploquè Fortunæ clarissima: ab omnibus ferè auctoribus decantata, Polystephanos quondam dicta: quasi multarum coronarum digna. Distat ab vrbe Roma in ortum æstiuum XXV. M.P. inter Tibur: à quo in Eurum XII. M. P. abest, & Ananiam. Huius vrbis Episcopus semper Cardinalis est.

18 Aug. Agapitus XII. Ann. puer mart. sub Aurel. *Cat. lib. 7. Corpus ibid.*

6 Feb. Guarinus Ep. sub Lucio Pap. II. *Sur tom. 1.*

Praga, olim Marobudum *Prag*, & *Praga* Italis, C.A. Germ. Magnæ, Bohemiæ Metropolis, & Regia clarissima, Multauia fluuio diuisa in valle amœna, & patentissima, in tres distincta vrbes, nouam, veterem, & Paruam, Vetus reliquis maior, dexteram fluminis ripam tenet, fossaquè à Noua dirimitur. In ea Horologium prorsus admirabile; cursum, & aspectus luminarium inter alia indicans. Noua & ipsa ampla in colles assurgit, plura continens monasteria, Regum domicilium, & Fanum S. Viti augustissimum, in quo SS. reliquię innumeræ Caroli IIII. Imp. iussu eò translatæ ex diuersis locis. Parua sinistrum latus amnis tenet, veteri ponte lapideo, seù saxeo XVI. ingentibus arcubus constante, elegãtissimo nectitur. Quæuis proprio Senatu p̃dita per se administratur.

23 Apr. Adalbertus Epis. mart. passus ob fidem, quam prædicauit in Prussia. Corpus Gnesnæ.

Maria V. Boleslai Regis filia. An. D. DCCCCLXXXVI. *Dubran lib. 6.*

28 Sep. Vincceslaus Rex marty. Henrico Imp. *Æn. Silu. lib. Hist. Bohem.*

Prouincia Narbonen. *Prouenza* Regio Galliæ Narbonen. pars inter Alpes maritimas ad ortum quibus Gallia hæc ab Italia separatur, & Rhodanum flumen ad occ. contenta: quam Mediterraneum mare à Meridie alluit, & Hisara fluuius ad Septentriones ab Allobrogibus, siue à Delphinatu diuidit. Cuius vrbes. Aquæ sextiæ Metropolis, Auenio altera Metropolis, Arelate item Metropolis, Massilia, Telon, Forum Iulij, & aliæ multæ in Mediterraneis.

1 Sept. Ægidius Abb.sub Clodoueo An. Domini DCC.S.Cæsarij Episcopi Arelaten.Synch.Ex quo in Arelaten. diœcesi op.insigne denominatur vulgò S.*Cylles*.

* Prumia, *Pruime* op.Belg.in finibus Treuirensium,ad Prumiam fluuium in Suram,qui in Mosellam defertur apud Treuiros,influentem, St abu lo op.propinquum:vbi Benedictinorum Monasterium quondam celebre,à Treuiris in Africum ad IX.M.P. Belgica distans.

* 12 Iul. Ansbaldus Ab.III. An. Domini DCCCLXXXVII. *Tri-them.lib.3.*
1 Oct. Lotharius,prius Imp.deinde Mon.Ann.D.DCCCLXIII. Ex *Martyrolog Benedict.*

Prusa, *Bursia* C. A. olim sub Christianis Principibus Bithymiæ ad M. Olympi radices.Vrbs maxima,& opulentissima, Mercimonio fulgens, ex primis Imperij Turcici , Turcarum ante ipsorum in Europam aduentum Regia.Nũc verò Satrapæ Turcarum sedes,& Totius regionis: quæ ex ea denominatur , Metropolis , apud Rhindacum flumen,inter Apolloniam,& Nicæam:à quo in Africum ad XXV.M.P.abest. A Cotiæo vrbe Phrygiæ in occ.æstiuum ad LX.M.P.ab ora maritima vbi Nicopolis C.paulò sup.XV.à Byzantio in Euronotum mari vix C.M.P.distans.

28 Apr. Patricius Ep.Acacius,Mænander, & Poliænus m̃.*Menol.*
10 Iun. Timothæus Ep.m̃.sub Iulio. *Menol.* Prusiadè vrbe extincta.
Hic error cauendus eius, qui Indicem Topographicum texuit: Nam S. Adalbertum: qui in Prussia passus est. Prusæ in Bithynia adscribit.

Prussia, quæ & Pruthenia, *Prußen* Regio Sarmatiæ Europææ,inter Vistulã ad occ.quæ à Pomerania diuiditur, & Cronum, seù Niemenem ad ortum à Samogitia separantem . Cui ab Austro Massouia imminet, à Septentrionibus verò sinu Venedico alluitur, multis fluminibus à paludibus,quibus abundat,emissis,irrigata . In duas, Regiam : quæ Poloniæ Regi paret, & Ducalem proprio Principi subiectam, partitur . Regiæ vrbes claræ,Gedanum, Elbinga, Mariæburgum, Culmia , & Torunia, Ducalis,quæ Teutonicorum Equitum est ; huc ex Ioppe vrbe Palæstinę profectorum,Monsregius,Metropolis,Brunsberga,Allesberga,Varmia,Gutestadia,Ragnetum,& aliæ.

23 Apr. Adalbertus Ep.Pragensis,m̃. dum Christi fidem in Prussia prædicat. Corpus Gnesnæ. *Sur.tom.2.Crom.*
15 Oct. Bruno Ep.Rhutenorũ.m̃. An.D.MVIII. *Sax.Gram.lib.4.* Ex eo Brunonis M.C.dicta.

Ptolemais,Acaprius apud Plin.& Strab.Hebræis Acõ.*Acri*,& *Acone*. C.E. Palæstinæ antiquissima , in Phœniciæ confinio , litoralis , Media inter Ioppen,& Tripolim,vtrinque LX.M.P.dissidens:quot ferè ab Hierosolymis in Septentriones recedit.Tyro,Cæsareæ,Philippi,Nazareth, & Dora finitima ad XX.M.ab eis plus minus distans.Vrbs post Tripolim magis integra,omniumque totius oræ habitatissima.

17 Aug. Paulus,& Iuliana Soror m̃.sub Iul. *Metaphr.*
* Marcus propinquus S.Barnabæ Apost.Ep.I. ex LXXII. disc. *De quo in epistola ad Colossen. fit mentio.*

Puteoli,

Puteoli, ante Dicearchia. *Pozzuolo* C.E. antiqua Campaniæ apud Sinum: qui Puteolanus dicitur, inter Sinuessam, & Neapolim: à qua in occ. æstiuum ad VIII.M.P. & recta via minus dissidet. Hic multa antiquitatis monumenta, lacus, & Balnea plura inter vrbem, & Baias. Vrbs est parua, in colle, apud Linternum, & Acherusiam paludem.

16 Feb. Onesimus m̃. Pauli Apost. disc. Ex *Gales.*

19 Sept. Ianuarius Ep. Beneuentanus, Festus Diac. Desiderius lector, socius Diac. Misenas, Proculus Diac. Puteolanus, Eutyches, & Acatius m̃. sub Diocl. Corpus Ianuarij Neapoli *Mombr. tom. 2. Sur. tom. 5.*

* 19 Oct. Proculus, & Nicæa mater m̃. Ex *Gales.*

* Puppium *Pioppio* Pagus Hetruriæ siue oppidulum in colle apud Arnum fl. diœcesis Aretinæ à Florentia in ortum æstiuum XXX.M.P. dissitum, quot ferè ab Aretio in Septentriones Aluerniæ M. proximum ab eo in occ. VIII. distans.

* 16 Mar. Torellus Conuersus Eremita Ord. Vall. Vmbr. Ann. Do. MCCLXXXII. Ex *Chron. Vallis Vmbrosæ.*

Q

* QVercetum, *Quercy.* pagus, siue oppidulũ Hannoniæ in Belgio proximum Valencenis, & Quesnoyo oppido, à Valencenis in Phœnicem ad III.M.P. Belgica dissitum vbi Monasterium.

* 18 Mai. Quimbertus Prior Salesien. *Mol. in Aditt.*

* Quinquæ Ecclesiæ, *FuncKirchen,* & Italis *Cinque Chiese* C.E. Pannoniæ Inferioris, apud Draum fl. media fermè inter Budam, à qua in Austrũ ad VIII.M.P. Hungarica recedit, & Sirmium, inter Mursam, & Sigethum arcem firmissimam, supra II.M.P. à Colotia Metropoli in meridiem, & notolibycum supra III.M.P. distans, ab Alba Regali IX. à Tauruno in occ. æstiuum ad X. Vrbs celebris, antequam in Turcarum potestatem veniret. Olim Amantia, vt nonnullis persuasum est, dicta.

* Maurus Ep. qui Vitam SS. Zoerardi, & Benedicti m̃. scripsit. *Sur. tom. 3.*

R

RAges Rhaga Straboni, quæ Plinio, & alij Scriptoribus Europus dicitur. *Caßan* C. olim A. Mediæ maxima, ac ex primis Imperij Persici, Regum antiquorum Regia. Inter Arsaciam Mediæ vrbem hac tempestate Regiam, & Hecatonpylon, Parthiæ metropolim. Vltra Ecbatana in Eurum itinere semestri supra CCCLX. dissita, quanto quasi interuallo à Persepoli inter Boream, & Cæciam dissidet.

21 Apr. Symeon Ep. Seleuciæ m̃. sub Sapore Rege, cum alijs C. Episcopis, & alijs.

26 Dec. Archelaus Ep. mart. sub Probo Imp. Ex S. *Epiphan. lib. de Hæresibus.*

Raithi, Regio Arabiæ Petreæ, apud Sinum Arabicum, Montibus, & solitudi-

tudi-

tudinibus plena: in qua M. Melanes, Syna, & Horeb, in quibus Arabes vitam ducunt asperam, quànquàm raras habet Regio habitationes. Ibi quondam Monachorum ingens multitudo, maximè iuxta Syna M. sed ab assiduas Arabum infestationes, ad raritatem maximam perducti sunt.

14 Ian. Quadraginta tres Monachi m̄. sub Saracenis. Anastasio Imp. *Metaphr.*

* Rasbacum, *Resby* pagus Galliæ Belg. in Territorio Suessionensi ad Rasbacum fluuiolum, in Axonam labentem, haud longè ab vrbe successionensi distans. Est & Resbacum pagus agri Rothomagen. vbi monasterium à S. Andoeno Episcopo ædificatum.

* 1 Sept. Agilius, seù Agilus Abb. Sancti Andoeni Episcopi Rothomagen. Synch. *Ex vita Sancti Philiberti Abb. Gemmericen.*

Ratispona, quæ & Reginopolis, siuè Reginoburgium, prius Augusta Tiberii. *Regenspurg* Germanis, *Ratisbona* Italis. C.E. Germaniæ in Bauaria inferiore ad Danubium, ad Nabi, Imbri, & Reginæ amnium, cum Danubio confluentiam, in duo Danubio diuisa, ponteque iuncta. Vrbs clarissima, ingens, elegans, libera. Vbi comitia Imperii haberi mos est multis ab hinc annis, à Vienna Austria in occ. à qua ad LX. M.P. Germanica à Praga in Africum XXVII. ab Argentorato in ortum. XLVIII. à Tridento in Septentriones supra L. ab Augustra Vindel. in Cæciam XVIII. à Salisburgio Metropoli. in Circium ad XXII.

22 Sept. Emmeranus Ep. m̄. sub Theodone Principe. *Sur. tom.* 5.

31 Oct. Vuolphangus Ep. XII. sub Henrico Imper. An. Domini DCCCCXCIX. *Trithem. lib.* 4.

* { 6 Ian. Ermenoldus Ab. I. Monast. Brunfingen. apud Ratisponā.
8 Erhardus Ep. Sancti Hildulphi Episcopi Treuiren. frater.
Gouuibaldus Ep. Sancti Bonifacii Episcopi Moguntini discip. *Trithem. lib.* 4. }

Rauenna, *n.r.* C.A. Æmiliæ, seù Gall. Togatæ antiquissima, inter Vitim, & Bedesem fluuios apud ipsam confluentes, olim maritima; nunc maris recessu, à litore ad II. M.P. recedens: Vrbs inclita, quæ sub Exarchis, & Regibus Gothis maximè fulsit, ac inter vrbes Italicas primatum obtinuit, vt etiam Pontif. Romano, Rauennas Antistes se se opponere ausus fuerit. Nunc quoquè nobilis, & ampla, ac cæteris Romandiolæ vrbibus, excepta Bononia, præstans, forma quasi constans rotunda, Metropolis amplissima: cui tamen sub Greg. XIII. Pontif. Max. Bononia, Metropoli effecta, multum iurisdictionis detractum. Inter Ariminum, & Ferrariam, à quà in Euronotum ad L. M. P. ab Arimino in Circium ad XXXVI. abest, à Foroliuio in Septētriones XX. quot ferè à Cęsenna, & Fauentia, à Bononia in ortus ęstiuos ad XLV. ab vrbe Roma in circium ad CLXXX. per Flaminiam. Multa retinet antiquitatis monumenta.

12 Ian. Ioannes Ep. cuius tamen festum in tab. eccl. Rauennatis fit die 21. Nouemb. Corpus ibidem.

1 Feb. Seuerus Ep. ex lanario, Columbæ inditio electus. S. Geminiani Episcopi Mutinen. Synch.

11 Calocerus Ep.Columbæ ſigno electus. Sancti Apollinaris diſc.
13 Fuſca V. m̄. cum S. Maura nutrice. ſub Decio. Corpus Venetijs.
14 Eleucadius Ep.ſigno Columbæ electus. III. Sancti Aderiti ſucc.
21 Maximianus Ep.ſub Baſſo Imp.An.D.DXLVI.
16 Mar. Agabitus Ep.inditio Columbæ electus.ſub Iulio Pap.Sācti Seueri ſuc.
13 Apr. Vrſus Ep.S.Liberij ſuc. ſub Theodoſio Imp.
28 Vitalis m̄.Geruaſij & Prothaſij pater. ſub Nerone.
22 Mai. Martianus Ep. Signo Columbæ elect. m̄. ſub Hadriano. Colitur tamen ut Conf.
27 Ioannes Pap. Hormiſdæ ſuc. m̄. ſub Theodorico Rege. Corpus Romæ.
30 Exuperantius Ep. ſub Honorio Imp.
19 Iun. Vrciſinus medicus m̄. ſub Nerone. hortatu S. Vitalis & Apollinaris.
Item Romualdus Abb. Anachoreta. dies obitus. ſeptima autem dies Feb. eſt Translat.
3 Iul. Dathus Ep.ſigno Columbæ elect.Corpus ibi.
23 Apollinaris Ep.I. m̄.ſub Nerone S.Petri diſc.
31 Germanus Ep. Antiſiodoren. hic in itinere defunctus.
27 Sept. Aderitus Ep.Columbæ ſigno elect. S.Apollinaris ſuc.
5 Oct. Marcellinus Ep.Columbæ ſigno elect. An.D. CCCXX.
12 Ediſtus m̄.
10 Nou. Probus Ep.ſigno Columbæ electus.
11 Valentinus, Felicianus, & Victorinus m̄.ſub Diocl.
13 Valentinus, Solutor, & Victor m̄. ſub Diocl.
16 Dec. Valentinus, Noualis, & Agricola m̄. ſub Maximiano.
30 Liberius Ep.ſub Victore Pap.& Seuero Imp.Corp. ibid. in Eccleſia S.Franc.
31 Barbatianus presb. ſub S.Petro Chryſologo. de quo agitur Rauennæ die 2.Ian.Corpus ibid.

26 Ian. Seuerus m̄.
2 Apr. Guido Abb.
28 Valeria m̄.S.Vitalis vxor.
29 Liberius Ep.electus inditio Columbæ.Corp.ibid.in Eccleſia Vrſi.
15 Mai. Sauenus Ep.m̄.alterus vrbis.Corpus ibi.
* 17 Iun. Septem fratres m̄.quorum vnus Nicander nominatur.
27 Iul. Eceſius Ep.
31 Petrus Ep.
18 Aug. Rainaldus Ep.Corpus ibidem.
27 Rufus m̄.
1 Dec. Proculus Ep.VI.inditio Colūbæ elect. ſub Higinio Pap.
3 Petrus iunior Ep. ſub Theodorico.

Summa. Epiſcopi XXI. Martyres. XXVI. Conf. III. *De quibus Hieron. Rubeus in Hiſt. Rauenn.*

Refe-

Referuntur præterea, Gētilis Matrona, & Margarita V. Coætania: hæc sub die 23. Illa sub die 28. Ianuarij. Damianus Ep. sub die 13. Martij. Hilarius & Olybrius Confess. sub die 13. Maij. Rufinus Ep. m̄. sub die 26. Aug. Felix Ep. sub die 25. Nou. sed horum in tab. eccles. Rauen. nulla fit mentio.

Reate, *Rieti* C. E. antiqua Sabinorum. in valle cincta Montibus: per quā Velinus amnis vrbem diuidens decurrit apud Samnij confinia, haud procul à lacu Velino, Italiæ, cuius medium tenet, vmbilicus appellata. Inter vrbem Romam, & Nursiam, inde in Septentriones XL. M. P. distans, hinc in Austrum XXX. ac inter Narniam, à qua in ortus XII. M. P. dissidet, & Interocream op. Aprutij, ab Aquila in occ. XXX.

13 Feb. Stephanus Abb. *Cuius meminit S. Greg. lib. 4. Dialog.*

15 Mar. Probus Ep. S. Iuuenalis Episcopi Narnien. Syncni. *de quo S. Greg. ibidem.*

* Probus alter. *Cuius S. Greg. ibid. meminit.*

* Colomba V. ex tertio ord. Præd. An. D. MD.

Regium Lepidi. Vide Rhegium.

* Rentycum, *Renty* op. Belgij Audomaren. diœcesis, in Artesiæ finibus, & Picardiæ confinio, inter Audomarum, Monasteriolum, Ardeam, Boloniam, & Hedenam proximas vrbes, ad V. aut VI. M. P. Belg. distans. Taruannæ vrbi dirutæ propius.

5 Feb. Bertulphus Abb. cuius Corpus nunc in Monasterio Blandinio apud Gandauum. *Sur. tom. 1.*

* Rhæba, *Rheib* C. olim Hibernæ clara, apud Rauium lacum: qui nunc *Erno* dicitur, ad Bannæ fluminis exitum, in Vltonia Septentrionali regione, cuius vrbis nil aliud manet, præter nomen, & rudera.

17 Mar. Patricius Ep. S. Martini nepos. *De quo mira apud Cabilonen. leguntur.* Nimirum quod mortuos XL. suscitaret. CCCLXXV. Ecclesias fundauerit, Termille presb. & Episcopos LXV. ordinarit, & VII. Reges vno die baptizauerit, quòd annos CXX. vixerit, ex quibus LXXX. in prædicatione insumpserit, Barathrumquè baculo aperuerit, quod postea Purgatorium S. Patricij appellatum est.

19 Oct. Ethbinus Abb. Sancti Sampsonis episcopi Dolen. discip. *Sur. tom. 5.*

Rhætiaria, *Nicopoli* C. E. Mysiæ superioris ad Danubium vltra pontis Traiani vestigia. Vrbs quondam clara, ac totius regionis primaria, in monte, nunc quoquè insignis inter Bulgariæ vrbes, iuxta valacchiæ fines, à Silistria in Aquilonem itinere diei dissita, à Sophia, vbi Satrapæ sedes est, in Boream ad C. M. P. distans.

31 Dec. Hermes exorcista. *Ado. & alij.*

* 29 Iul. Marcella ancilla S. Marthæ, Syntiche, & Epaphras. Cabilonen. quos tamen alii Aquis Sextijs in Gallia post S. Maximinum obdormisse tradunt.

Rhedonæ, & Rhedones; quo nomine C. & populi significantur. *Renes* C. E. antiqua Gall. Celt. Britanniæ minoris primaria, & Metropolis, vbi prorex (Gallo enim Regi paret) regioni ius dicit. Vrbs ampla, nobilis, ad Vigelaniā fl. inter Andegauim: à qua in Borolybicum ad XXI. M. P.

Gall.recedit,& Briocum:à quo tantundem ex aduerso abit,à Nannete, altera vrbe primaria,in boream paulò remotior, à Lutetia Parisiorum in occ.LVI.M.P.distans,hoc est octo dierum itinere.

6 Ian. Melanius Ep.sub Clodoueo Rege. *Turo.de glor.Conf.c.51.*

11 Oct. Æmilianus Conf. *Mol.in Add.*

* 28 Iul. Raodimius m̃. *Ex Gales.* Qui vnà cum episcopo Equilien.decipitur,ponens Amantium Ep.Rhedonen. sub die 4.Nouemb.qui tamen fuit Ep.Rutenen. sicut & Ado scribens alium Melanium episcopũ Regidonen. in Africa:vbi nulla eius nominis ciuitas reperitur.

Rhegium Lepidi, *Reggio* C. E. antiqua Galliæ Togatæ in Æmilia,à Lepido deducta Colonia,apud Crustulum fluuiolum, Media inter Mutinam ad ortum hibernum,& Parmam ad occidentem Solem æquo XV. M.P. interuallo dissidens,à Ferraria in Africum ad L.M.P.quot à Mantua in Meridiem recedit.Vrbs Duci Mutinensi Principi Estensi subiectas, fossis, & propugnaculis probè munita, figura fermè constans rotunda,& situ peramœno.

25 Iun. Prosper Ep. S. Leonis Pap.ab Episcopalis. An. Domini CCCCL. *Gennad.de vir.Illust.*

25 Iucunda V.S.Prosperi discip. *Vita apud Regienses.*

27 Nou. Maximus Ep.prius Abb.Lerinen.S.Apollinaris Episcopi Auuernen.Synchr. *Sur.tom.6.*

16 Ian. Faustus Ep.S.Maximi suc.

* Sabinus Ep.sub Totila : cui datum venenũ nihil obfuit. *Primo Cabilonen.referente.*

Maximus Ep.Rhegij in Gall.Narbon.non in Gall.Tog. *Vt aliquot habent Martyrol.*

* Rhegium Iulij. *Reggio* C. A.antiquissima Brutiorum,litoralis,ad fretum Mamertinum,vbi Apenninus M.desinit,olim potentissima,& maxima Resp.apud antiquos Historicos celeberrima : quæ à Iulio Cæsare post exactum Pompeium ab Italia instaurata,Rhegium Iulium,seù Iulij cognominata est,à Messana vrbe Sicula in occ.hibernũ,freto intercedẽte. XII.M.P.distans, à Consentia Calabriæ citerioris Metropoli, in Meridiem ad XC.M.P.à Neapoli in Phœnicem CCXXXV. à Catacio,vrbe primaria eiusdem regionis in Notolibycum,ad C.M.P.recedens.Calabriæ vlterioris Metropolis,& post Catacium maior,nisi à Turcis iterũ atquè iterum deuastata fuisset.Populi huius vrbis Rhegini:alterius vero Regii,Regienses dicuntur.

* 5 Iul. Stephanus Ep. I. à S. Paulo Apostolo ordin. m̃. vnà cùm SS.Felicitate,& Perpetua. *Ex vrbis Annal.*

* Thomas Abb.

Rhemi, quo nomine non tàm C. quàm populi exprimuntur:etiam Duro Cottorum dicta *Reims* C.A.Gall.Belg. antiquissima,ac Campaniæ clarissima Metropolis: vbi Reges Galli inaugurari solent,in planitie,Vela fluuiolo irrigata,ampla,multa vetustatis monumenta retinens: nam & portæ etiamnum nomina, Cereris, Bacchi, Martis, & Veneris seruant. Hic oleum,quo Reges inunguntur,cùm coronantur,cœlitus missum in ampulla à Clodoueo primo Rege Christiano adhæc vsquè tempora non sine miraculo durat. Hic schola publica, & insigne

Iesuita-

Iesuitarum Collegium. Vrbis Archiepiscopus, cuius magna est iurisdictio, Dux est, ac ex XII. Regni Gallici Proceribus vnus. Media inter Lutetiam Parisiorum, & Metim Mediomatricum Metropolim, à Lutetia in ortus æstiuos ad XXX. M. P. Gall. distans. Suessionibus, Lauduno, & Catalauno proxima ad X. M. P. plùs minus.

4 Ian. Rigobertus Ep. sub Pipino. *Sur. tom. 1.*
6 Macra V. m̄. sub Diocl. in Territ. *Ado.*
28 Ioannes presb. in Monast. Tornodoren. *Beda.*
24 Apr. Bona, & Doda V. *Mol. in Addit.*
1 Iul. Theodoricus presb. sub S. Rhemigio Episcopo. Abb. Monasterij in M. Hor apud Rhemos. *Sur. tom. 4.*
22 Aug. Maurus, Timothæus, Apollinaris, & alii, à S. Mauro conuersi m̄. sub Nerone. Quorum duo posteriores sequenti die passi sunt. *Cat. lib. 7.*
1 Sept. Xystus Ep. I. m̄. sub Nerone, Petri Apostoli disci. *Vsuard.* Idem ponitur Ep. I. Suessionen. 92. & illam Ecclesiam fundauit.
1 Oct. Rhemigius Ep. sub Hormisda Pap. Clodoueo Rege, quē conuertit. *Sur. tom. 5.*
Helanus presb. *Ex tab. eccl. Remensis.*
7 Donatianus Ep. II. *Molanus.*
14 Bercarius Abb. Altumuillaren. inter Rhemos, & Aspernacum. m̄. *Vinc. lib. 24. Spec.*
16 Sindulphus Conf. *Trithem. lib. 3.*
20
21 Nou. Albertus Ep. Leodien. X. m̄. Cœlestino III. Pap. *Ex Martyr. Bruxell.*
26 Basolus Abb. sub Childerico Rege. *Cat. lib. 9.*
14 Dec. Nicasius Ep. & Eutropia V. soror. m̄. sub Vuandalis. *Vinc. lib. 21.*

28 Ian. Turpinus Ep. sub Carolo Mag. *Trithem. lib. de vir. Illustr.*
Niuardus Ep. XXVI. S. Bercarii Abb. Synchr. *Ex vita eiusdem.*
1 Sept. Sisinius Ep. m̄. S. Xysti suc. *Gales.*
* 25 Oct. Celsinus presb. *Ex tab. eccl. Rhemen.*
Hecmarus Ep. qui magna celebritate colitur.
Vincentius Ep. *Ex tab. eccles. Rhemensis.*
Reolus Ep. *Ex tab. eccles. Rhemensis.*

Rhinocorura, *Faramida* C. E. Ægypti litoralis, in Palæstinæ confinio, inter Anthedonem, & Ostracinem: à qua in ortum ad XXIIII. M. P. abest, quot ferè in occ. ab Anthedone, à Gaza verò ad LX. M. P. Ea nunc, vt Cæteræ finitimæ, potius vicus apparet, quam C. à Babylone Ægyptia supra CL. M. P. in Aquilones abscedit.

16 Ian. Melas, seù Melantius Ep. sub Valente Imp. S. Basilii Magni Synchr. *Sozom. lib. 6.*

* Roffa, ante Durobriuis. *Rotchester* C. E. antiqua Albionis, apud Cantium ad amnem eius nominis præterfluentem, Thamesiquè haud procul illabentem, inter Londinium Regiam Angliæ, & Cantuariam Metropolim, à Londinio in ortus hibernos ad XXV. M. P. Anglica, paulò minus à Cantuaria in occ. dissita.

10 Oct.

10 Oct. Paulinus Ep. primum Eboracen. deinde Roffen. An. Domini DCXIIII. *Bed. lib. 2. Hist.*
10 Nou. Iustus Episc. 1. S. Augustini Episcopi Cantuarien. Comes. *Bed. lib. 1.*

Rothomagus, Rouen, Gallis, *Roan* Italis. C. A. antiqua Gall. Celt. ad Sequanam flumen, Neustriæ, seù Normandię Metropolis, ampla, nobilis, Opulēta, probè munita, & habitata, ex primus totius Galliæ, forma oblonga; cui montes à Septentrionibus imminent, Templa habet pulcherrima, & cœnobia, aliaquè publica ædificia, cum excelsis Turribus, Portus, & emporium non contemnendum.
Abest à Lutetia Parisiorum in circium XXVIII. M.P. Gallicis, hoc est itinere bidui, quanto distat ab Ambianis in occ. & à Sagio in ortus. Lutetia enim, Rothomagus, & Ambianum Trigonū æquilaterum faciunt.

9 Feb. Ansbertus Ep. XXII. S. Aadoeni succ. sub Clotario Rege; Corpus Bellouacis. *Sur. tom. 1.*
10 Austreberta V. S. Ansberti Episcopi Soror. In Territ. *Sur. tom. 1.*
24 Prætextatus Ep. XVII. m̄. sub Childeberto Ann. Domini DLXXX. *Tur. lib. 5.*
9 Apr. Hugo Ep. XXV. An. Domini DCCXX. Corp. in vico Aspren. Cameracen. Diœc. *Mol. in Addit.*
8 Iun. Gildardus Ep. XV. S. Medardi Episcopi frater An. Domini DXXXV. *Sur. tom. 3.*
7 Aug. Victoricius Ep. VIII. ex Milite S. Paulini Nolani Synchr. Morinis, & Neruijs prædicauit, sub Iul & Innoc. Pap.
24 Andoenus Ep. XXI. sub Theodorico Rege. *Sur. tom. 4.*
8 Oct. Euodius Ep. X. S. Innocentij succ. Ann. D. CCCCXXII. *Mol.*
22 Melanius Ep. II. S. Nicasij succ. à S. Steph. Pap. Ord. *Cat. lib. 9.*
23 Romanus Ep. XX. An. Domini DCXXII. *Mol. in Add.*
13 Sept. Mauritius, seù Maurilius Ep. An. D. MLXVII. Ex Monacho Fiscanensi. *Trithem lib. 3.*
14 Oct. Angadrisina V. in Territ. *Ex vit. S. Ansberti.*
25 Hildemarcha Abb. *de quain vit. S. Vuandregisili Abb.*
4 Nou. Laurentius Ep. in op. Augien. *Ex Maurol.*
17 Dec. Gulielmus Dux m̄. An. Domini DCCCCXLIV. *Meyer. lib. 2. Annal.*

Roma, vrbs toto orbe Terrarum notissima, commune omnium Gentium domicilium, Tiberi fluuio diuisa, pars in Hetruria, pars maior in Latio collibus VII. distincta, amplissimo mœnium ambitu Omnes vrbes, non solum Italicas, sed & totius Europæ superans; circa Tiberim maximè habitata, clarissima quondam tot Imperatorum sede: sed longe nunc Summ. Pontef. sede clarior: quorum autoritas in alterum Orbem, & remotissimas Terras, ac Insulas; vbi neque Imperatorum auditum fuerat nomen, Hispanorum Regum opera peruagata est, indiesquè protenditur.
Hic sanctorum infinitus numerus: ex quibus summos Pontif. tantum, & qui in Calendario Rom. continentur, hic recensere libet.

3 Ian. Antherus Pap. XX. m̄. sub Maximiano.

5 Te-

5 Telesphorus Pap. IX. m̄. sub Antonino.
10 Agatho Pap. LXXXIII. sub quo Constantinopoli Synodus celebrata.
11 Hyginius Pap. X. m̄. sub Anton.
16 Marcellus Pap. XXXI. m̄. sub Maxentio.
20 Fabianus Pap. XXI. mart. sub Decio.
Item Sebastianus mart. sub Diocl.
21 Agnes V. mart. sub Diocl.
23 Emerentiana V. mart. sub Diocl.
27 Vitalianus Pap. LXXVIII. sub Constante II.
30 Felix III. Pap. L. sub Zenone Isaurico.
1 Feb. Ignatius Ep. Antiochenus m̄. sub Traiano.
13 Gregorius II. Pap. XCI. sub Philippico.
14 Valentinus presb. mart. sub Claudio.
25 Felix IIII. Pap. LVI. sub Iustiniano.
2 Mar. Simplicius Pap.
4 Lucius Pap. XXIII. mar. sub Valer. & Gulieno.
12 Gregorius magnus Pap. LXVI. sub Phoca.
15 Zacharias Pap. XCIII. sub Constant. Copronymo.
28 Sixtus Pap. III.
6 Apr. Xystus Pap. VIII. mar. sub Hadriano.
Item Cœlestinus Papa XLV. sub quo Synod. Ephesina. sub Theodosio.
11 Leo magnus Pap. XLVII. sub quo Synod. Calcedon. sub Leone.
12 Iulius Pap. XXXVI. sub Constantino in Exilium missus.
17 Anicetus Pap. XII. mart. sub M. Aurelio.
19 Leo IX. Pap. CLVII. sub Henrico III.
22 Sother Pap. XIII. m̄. sub Anton.
Item Caius Pap. XXIX. m̄. sub Diocl.
26 Cletus Pap. III. m̄. sub Domit.
Item Marcellinus Pap. XXX. m̄. sub Diocl.
27 Anastasius Pap. XLI. sub Honorio & Arcadio.
3 Mai. Alex. Pap. VII. m̄. sub Traiano.
7 Benedictus Pap. LXIIII. sub Tiberio II.
10 Gordianus & Epimachus m̄. sub Iuliano.
14 Paschalis Pap. C. sub Ludouico Pio.
19 Pudentiana V.
25 Vrbanus Pap. XVIII. m̄. sub Maximino.
Item Bonifacius IIII. Pap. LXIX. sub Phoca, & Heraclio.
Item Gregorius Pap. VII. salerni obijt.
26 Eleutherius Pap. XIIII. m̄. sub Commodo.
27 Ioānes Pap. IV. m̄. sub Theodorico Rauennę sub Iustino.
30 Felix Pap. XXVII. m̄. sub Aurel.
31 Petronilla V.
2 Iun. Eugenius Pap. LXXVII. sub Constante II.
9 Primus, & Felicianus m̄. sub Diocl.
12 Basilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius m̄. sub Diocl.
20 Siluerius Papa LX. m̄. sub Iustiniano.

26 Ioannes,& Paulus m̃.sub Iuliano.
28 Leo II.Pap.LXXXII. sub Constantino IIII.
Item Paulus Pap. XCV. *Cat. lib.3.* alij sub alia die.sub Constan.V.
29 Petrus,& Paulus Apostoli m̃.sub Nerone.
2 Iul. Processus,& Martinianus m̃.sub Nerone.
10 Septem fratres m̃.sub Anton.filij S.Felicitatis.
Item Rufina,& Secunda sorores V.m̃.sub Valer.
11 Pius Pap.XI.m̃.sub Anton.
13 Anacletus Pap.V.m̃. sub Nerua.
17 Alexius Romanus.sub Innoc.Pap.& Hon.Imp.
Item Leo IV.Pap.CV. Ex *Cat.lib.6.* sub Lotario.
19 Symmachus Pap.LIII.sub Anastasio.
21 Praxedes V.
28 Victor Pap.XV.m̃.sub Pertinace.
Item Innocentius Pap.XLII. sub Honorio.
29 Felix II.Pap.XXXVIII.m̃.sub Constantio.
Item Beatrix,Simplicius,& Faustinus m̃.sub Diocl.
30 Abdon,& Senen m̃.sub Decio.
2 Aug. Stephanus Pap.XXIIII.m̃.sub Valer. & Gal.
6 Xystus II.Pap.XXVI. m̃.sub Valer. cum Felicissimo, & Agapito Diac. Magno, Ianuario, Innoc. & Stephano Subdiac.
Item Hormisda Pap.LIIII.sub Iustino Imp.
8 Cyriacus,Largus,& Smaragdus m̃.sub Diocl.
9 Romanus m̃.sub Decio.
10 Laurentius leuita m̃.sub Decio.
11 Tiburtius m̃.sub Diocl.
Item Susanna V.m̃.sub Diocl.
13 Hippolytus m̃.sub Decio.
14 Eusebius presb.sub Constantio.
26 Zepherinus Pap.XVI.m̃.sub Seuero.
29 Sabina matrona m̃.sub Hadriano.
30 Felix, & Adauctus m̃.sub Diocl.
9 Sept. Sergius Pap.LXXXVI.sub Tiberio III.à quo Agnus Dei ter dici in Missa institutum est.
10 Hilarius Pap. XLVIII. sub Constante II. De quo alij sub alia die.
11 Prothus,& Hyacinthus m̃. sub Gall.
14 Cornelius Pap.XXII.m̃.sub Decio.
15 Nicomedes Presb.mart.sub Domit.
20 Eustachius & soc.mart.sub Hadriano.
Item Agapitus Pap. LVIII.sub Iustiniano.
23 Linus Pap.II.mart.sub Claudio.
26 Eusebius Pap. XXXII. sub Constantino Mag. mart, secundum aliquos.
7 Oct. Marcus Pap.XXXV.sub Constantio.
14 Callistus Pap.XVII.mart.sub Alex.
25 Chrysanthus,& Daria mart.sub Numer.

Item Bonifacius Pap.XLIIII.sub Honorio,& Theod.
26 Euaristus Pap.VI.m̃.sub Traiano.
8 Nou. Quatuor Coronati m̃.sub Diocl.
12 Martinus Pap.LXXVI.m̃.sub Constante.
Item Deus dedit Pap. LXX.sub Heraclio.
19 Pontianus Pap.XIX.mart.sub Alex.seù Maximino.
21 Gelasius Pap.LI.sub Anastasio.
22 Cæcilia V.m̃.sub Seuer.& Alex.
23 Clemens Pap.III.m̃.sub Traiano.
Item Felicitas mater VII.filiorum m̃. sub Anton.
28 Gregorius Pap. III.
29 Saturninus Senex,Sisinius Diac.m̃.sub Maximiano.
8 Dec. Eutychianus Pap.XXVIII.m̃.sub Aurel.
10 Melchiades Pap.XXXIII. m̃.sub Maximino.
11 Damasus Pap.XXXIX.sub Theodosio seniore.
26 Dionysius Pap.XXVI.m̃.sub Claudio.
Item Zosimus Pap.XLIII.sub Theodos.Iuniore, & Honorio Patre.
31 Siluester Pap.XXXIIII. sub Constantino Magn.
27 Apr. Anastasius II.Pap.LII. sub Anastasio.
7 Mai. Benedictus II.Pap.LXXXIII.sub Constantino IV.
27 Ioannes I I.Pap.L V I I I. qui Anthimum Patriarcham Constantinop. hæret. deposuit. sub Iustiniano. Ex *Cat.lib.5.*
Item Ioannes III.Pap.LXIII. sub Iustino II. Ex *Maurol.*
25 Iun. Vigilius Pap.LXI.m̃.sub Iustiniano.
* 28 Leo III.Pap.XCVIII.sub Carolo Mag.quem Imp.Occiden.creauit.
2 Aug. Stephanus II.Pap.XCIV.sub Constantino Copronymo. Ex *Cat.lib 7.*
Item Stephanus Pap. XCVI.sub eodem. Ex *Cat.ibid.*
21 Sept. Conon Pap.LXXXV.sub Iustino. Qui septem horas dicendas instituit.
23 Liberius Pap.XXXVII.sub Valentiniano.
12 Nou. Bonifacius III.Pap.LXVIII.sub Phoca.

Summa Pont.in SS.numero habiti.L X X X I I I.quorum XXXVI. mar. Coronati.Martyres,quorũ nomina habentur ad CCC. Ignoti ad XIX. M.C.præter innumeratos.Confessores XVII. Fœminę sup.C. quarum Virg.XIV.Virg.mart.XXXIII.

Romaricus M. *Remiremond*: Op.Gall.Belg. in Lotharingia non obscurũ, in Monte: qui Vogesi Montis pars est, ad Mosellam præterfluentem. Vbi Monasterium Virginum,à S.Romarico Abb.ædificatum, à Luxouio vrbe Burgundica in Cæciam ad IV.M.P. Gall.quot ferè à Bellicardo vrbe Sequanorum in occ.distans.
13 Sept. Amatus presb.Abb.sub Dagoberto Rege An.D.DCXXX. S.Romarici Abb.Synchr. *Sur.tom.5.*
* Amatus alter Abb.m̃. *Trithem.lib.3.*

Romatiana,C.E. quæ vbi terrarum sit,nemo docet, neq; in Catalogo vrbiũ Episcopalium reperitur.Quare vel Martyr.mẽdosũ,vel ꝓAquileia

accipienda est: quæ vti aliquando ob magnitudinem Roma appellata fuit, sic Romatiana C. dici potuit. Quod sanè verisimile est: cum Episcopus Romatianæ attributus, in Episcoporum Aquileiensium Catalogo contineatur.

22 Iun. Niceas Ep. S. Chromatij succ. sub Theodos. doctiss. *Gennad. de Vir. Illustr.* An. D. CCCCXX.

* Rosetum, *Grosseto* C. E. Hetruriæ in planitie apud Vmbronem fluuium, & oram maris Tyrrheni: à qua VII. M. P. abest, inter Populonium, & Herculis prom. à Senensi C. & Metropoli in Phœnicem ad XL. M. P. à Telamone XII. Vrbs cùm arce munitissima, sed Incolis male sana.

10 Feb. Gulielmus Eremita, S. Bernardi Abb. synchr. Vide Stabulum Rhodis.

* Roschilda, *Roschilt.* C. E. Selandiæ Insulæ maris Baltici, inter Cimbricam Chersonensum, & Scandinauiam sitæ. Olim Regia, elegans, nobilis, & Emporium celebre, vti mœnia adhuc, & Templa, & ædes Principũ, aliaquè ædificia publica, & priuata indicarit, ab Haphnia: quæ nunc est Regia, Academia, emporium, & portus; in occ. hibernum ad V. M. P. Germanica in Mediterr. distans.

* 6 Apr. Vuilhelmus Abb. sub Eugenio Pap. III. Ann. D. MCLXI. *Sur. tom. 2.*

* Roscianum, *Rosano.* C. A. Magnæ Græciæ apud oram sinus Tarentini, ad III. M. P. recedens, qui ex vrbe nunc nomen habet, ad Calabriam citeriorem pertinens, inter Cariatum, & Cassanum: à quo in ortum est. XII. M. P. dissidet, à Besidia, seù Bisiniano XX. à Consentia Metrop. in Aquil. & Cæciam quasi duplo distans interuallo. Vrbs munita, ac probè habitata, agro feraci, & peramœno prædita.

26 Sept. Nilus Abb. Ord. S. Basilij. *Ex lib. 55. Regni Neapol.*

Ruspæ, *Scarlata* C. E. olim Africæ propriè dictæ lit. inter Aphrodisium, & Taphruram, apud Syrtim paruam contra Cercinnam Insulam.

1 Ian. Fulgentius Ep. doctissimus patria Carthaginen. sub Arianis, ob fidem vexatus, Anast. Imp.

* Ruremunda, *Roermonde.* C. E. Belgij ad Mosam, vbi Ruram amnem ex Ducatu Iuliacensi excipit, in Geldria, ex præcipuis prouinciæ vrbibus. Castello Menapiorum op. elegantissimo proxima. Contra Hornam Comit. in aduersa ripa situm. Media inter Masacum, & Venloam, proximas vrbes, à Traiecto ad Mosam, in Aquilonem ad V. M. P. Germ. quot à Iuliaco, & Aquisgrano in eorum distans. à Nouiomago in Phœnicẽ supra VIII. ab Antuerpia in ortum supra XIII. à Nuessio in occ. VI.

* 10 Sept. Otgerus Diac. sub Pipino SS. Vuironis, & Plechelmi Episcoporum Comes, in Monte S. Otiliæ apud Ruremundam. *Mol. in Ind.*

Russia, Sarmatiæ Europææ regio ampla: in qua Roxolani pop. à Veteribus describuntur, sub Regno Polonico comprehensa, cui hærent. ad occ. Polonia minor, Visloca amne diuisa; ad ortum Podolia, Slutia fl. separata; ad Septentriones Volhinia; ad Austrum Hungariæ, & Transiluaniæ Carpathis Montibus interiectis, multis irrigata fluminibus, in ea originem habentibus, in ijs Tyras, Pripetius, Sanus, Styras, & alij. Vrbes clariores, Leopolis Metropolis, ampla, & emporium insigne, vbi duo Episcopi, Latinus, & Græcus. Præmislia & Chelmia Episcopales.

Ha-

Halicia amplissima ad Tyram.& Belzium quoquè ingens.

19 Iun. Bonifacius Monach. S. Romualdi Abb. disc. m̄. à fratre Regis ob fidei prædicationem interfectus. Othone Imp. cuius erat affinis. Ann. D.M. *Sur. tom. 3.*

Ruteni, *Rodez*. C. E. antiqua Gall. Aquit. quæ & Segodunum olim, postea Rhodium dicta est, sub Guyennæ Ducatu contenta: cuius ager inter Tarnem, & Lotham amnes comprehensus, *Roargois* dicitur, hodie ad occitanam regionem, in qua Tolosa caput est, attinens. Inter Varinum ad occ. & Mimatum ad ortum, quasi XV. M. P. Gall. dissita, inter Albiam verò, & Castra ad X. M. P. à Tolosa in ortū est. supra XXV. M. P. recedens.

14 Iun. Quintianus Ep. S. Amantij succ. sub Childeberto Rege. Ann. D. DVI. *Turonen. lib. 2. Hist.*

4 Nou. Amantius Ep. sub S. Gregorio Mag. *Sur. tom. 6.* Hunc Gales. per errorem Episcopum Rhedonen. facit.

Rutheni, quì & Prutheni adiectione literæ P. dicuntur. Populi Sarmatiæ Europ. in Regno Polonorum contenti. Quorum regio, Pruthenia, & Prussia dicitur. Vide Prussia. Nisi Rutheni potius dicantur, qui Ptolom. Roxolani appellantur, quorum regio Russia paulò ante descripta est.

15 Oct. Bruno Saxo Ep. I. Ruthenorum, & m̄. Ann. Dom. MVIII. Sancti Adalberti Episcopi Pragen. *Cratepol. lib. de Episcopis.*

S

* SAbaria, *Zumbatel* Hungariæ, *Stain am Anger* Germanicæ C. Pannoniæ Superioris in Austriæ, & Hungariæ Confinio, Comitatus Castri ferrei præcipua, ad fl. sui nominis, & Angrum fluuiolum, ex quo C. denominationem habet, olim præstantior, non tàm Claudio, à quo colonia ciuium Roman. deducta est, quàm D. Martini Episcopi natalibus clara. Media inter Nouam Ciuitatem Austriæ, & Vesprimium C. Hungaricam Albæ Regali proximam, ac inter Possonium, à quo in Austrum ad IX. M. P. Hungarica recedit, & Canysiam, oppidum munitissimum, recens à Turcis occupatum. Iaurino C. E. in cuius diœcesi continetur ad IIII. M. P. in Austrum, & Libonotum distans, à Siscia, & Zagabria in Boream ad XVIII.

23 Iun. Quirinus Ep. Siscitanus mart. sub Diocl. Corpus Romæ. *Hunc versibus celebrat Prudentius.*

Sabini populi, & Sabinia regio Italiæ, *Sauina*. Inter Vmbriam, & Latium, ac inter Hetruriam, Picenum, & Samnium, Nar fluuius ad Septentriones ab Vmbris separat, Tiberis ab Hetruria ad occasus, Aniene à Latio ad Austrum discernitur. Montes Trebulani à Vestinis, & Apenninus à Picenis versus Orientem solem dirimunt. Quanquàm alij alios Sabinorum terminos faciunt. Vrbes Narnia, Reate, Nursia, Manliana, & quæ inter vrbes recens nominantur, Scandrilia.

9 Sept. Hyacinthus, Alexander, & Tiburtius m̄. in loco ab vrbe XXX. M. P. distante. *Ex Adone.*

Sabiona, *Siben.* C. olim E. Norici, in Tyrolensi comitatu: quæ veteribus Sublabio dicta est, inter Oenipontem regionis caput, & Bocenum Emporium, nunc iacens, sede Episcopale Brixinonem proximam vrbem II. M.P. Germ. deducta.

5 Feb. Ingenuinus, & Constantius Episcopi. Corpora Brixinone. *Cat. lib.* 3. Constantius Ingenuino succ. & Ingenuinus Cassiano.

13 Aug. Cassianus Ep. I. m̃. apud Forum syllæ, sub Iul. Corpus Foro Cornelij. *Cat. lib.* 8.

Sacca, prius Thermæ, *Xacca* C. Siciliæ maritima in ora, quæ in Meridiẽ Africæ obuertitur, inter Lilyboeum, & Agrigentum: à quo ad XXXV. M.P. in occ. æstiuum distat, à Mazara in cuius diœcesi est, in ortum hibernum XX. M.P. à Panormo in Austrum ad LXX. Emporium frumentarium.

18 Iun. Calogerus Monachus, multis miraculis clarus. *Thom. Fazell.*

* Sagium, quod & Saium, *Seez.* C.E. Gall. Celt. in Normandia, apud Olinæ fluminis ortum, inter Alenconium, Falesiam, & Lexouium, apud Oxymum: cui in Episcopali dignitate successit, inter Aquilam op. Perticensis Comit. & Cadomum, ad X. ferè M.P. Gall. dissidens, à Lutetia Parisiorum ad XXXV. M.P. in corum à Rothomago Metropoli in occ. ad XVIII. Cuius medietas Ducis Alenconiensis est, altera Regis.

22 Apr. Oportuna V. à S. Adelino Episcopo consecrata. *Sur. tom.* 2. Montiaco opp. sepulta.

Adelinus Ep. *Qui vitam S. Oportunæ scripsit.*

15 Iun. Annobertus Ep. *Ex Galesi. Martyr.*

20 Latuinus Ep. II. *Ex Tab. Eccles.*

3 Sept. Godgrandus Ep. m̃. S. Oportunæ frater. Corpus Oxymi. *Ex vita S. Oport.*

Salamis, quæ & Constantia, *Constanzo.* C. olim A. Cypri, litoralis, in ora Orientali, ad ostia Pediœò fluminis. Hamacosto, quæ nunc *Famaugusta* dicitur, proxima, ab ea in Septentriones parum distans, à Thremithunte, seù Nicosia Metropoli in ortum ad XXX. M.P. recedens. Nunc nec inter vrbes censetur, vix oppidum.

22 Feb. Aristio Ep. I. Ex LXXII. disc. *Hieron. descript. Eccles.*

12 Ma. Epiphanius Ep. SS. Ioan. Chrysostomi, & Hilarionis Synchr. circa Ann. DCCCCI. *Idem Hieron.*

Salernum, *Salerno* C.A. Picentinorum maritima, Principatus Citerioris (sic vocant vnam ex XII. Regni Neapol. regionibus) metropolis, & caput, in colle amœno sita, ampla, olim elegantissima, & Academia celeberrima, agrum habet præter amœnitatem fertilissimum, inter Neapolim; à qua in Eurum XXX. M.P. recedit, quot à Beneuento in Austrum (Trigonum enim æquilaterum penè constituunt) & Caput aqueum; ab Amalphi altera regionis Metropoli in ortus XV. M.P. à Nola in meridiem XXII. à Cõpsa, in occasus ad XXX. Corpus S. Matthæi Apostoli summa veneratione possidet.

25 Ma. Gregorius VII. Pap. Corpus ibi. *Ex Pontif.*

28 Aug. Fortunatus, Caius, & Anthe m̃. sub Diocl. *Acta in Eccles. Salern.*

19 Oct. Eusterius Ep. Corpus ibi. *& acta.*
23 Verus Ep. Corpus ibidem *cum actis.*
26 Gaudiosus Ep. Ex *Breuiar. Salernitant.* Corpus ibid.

13 Mai. Bonosius Ep.
24 Elpidius, Cionius, & Elpigius Confess.
* 11 Oct. Gramatius Ep.
3 Nou. Valentinianus Ep.
5 Dec. Cyrinus, & Quingesius Confess.
} Corpora ibi. *Ex tab. eccles. Salernit.*

* Salentini, Italiæ regio extrema, ad orientem Solem, inter Hadriaticum, & Ionium pelagus procurrens, quæ Iapygia, & Messapia, & ex parte Calabria antiquis dicitur. Longa inter Tarentum, & Iapygium prom. ad LXX. M. P. seù LXXX. intèr Brundisium, & dictum prom. Lata inter Tarentum, & Brundisium, ad XL. seù XXXVI. Ambitus verò M. P. CXC. Cui ad occasum Apulia Peucetia incumbit, ipsa namquè, more Chersonesi inter duo Maria, vt dictum est, excurrit. Cuius vrbes olim claræ, Tarentum, Brundisium, Hydruntum, nunc super omnes excellet Aletium.

12 Iul. Epiphana m. sub Dioclet. *Ex Act. SS. Martyrum Leontinorum.*

Salisburgum, olim Iuuauia. *Saltzburg* C. A. German. ad flumen, quod vrbi nomen dedit, Bauariæ, & Norici metropolis, post Laureaci excidium, vrbs clara, & ampla, forma oblonga, quam fluuius à suburbijs diuidit, pars in plano, pars verò in colle, cui mons imminet. Cuius Archiepiscopus Princeps est Imperij, Episcoporum Germaniæ ditissimus, vrbis enim Salisburgen. dominus est, & aliarum. Media ferè inter Oeni pontem, Comit. Tyrolensis caput, à quo in Cæciam XVIII. M. P. Germ. abest, & Lentium, vrbem Austriacam: à qua in Africũ XVI. M. P. distat. a Monachio vrbe Bauariæ primaria in ortus hibernos ad XIV. à Ratispona in Phœnicem ad XXII. M. P. dissita.

27 Mar. Rupertus Episcop. primum Vangionum, deinde Iuuauien. sub Childeberto Rege consanguineo. *Sur. tom. 2.*

Vitalis Ep. Sancti Ruperti success. & discipul. *Belforest.*
Maximus Episcop. mart. cum clericis LV. sub Herulis. Sancti Seuerini Abb. qui Noricis prædicauit, Synchronius.
30 Iun. Erentrudes V. Abb. Sancti Ruperti prædicti neptis. *Trithem. lib. 3.* An. D. DCL.
9 Sept. Cunegundes V. *Ex Calend. Salisburgen.*
Ioannes Anglus Ep. VII. Sancti Bonifacii Episcopi Moguntini discipul. *Trithemius lib. 4.* Anno Domini DCCLIIII.
Thiemo Ep. sub Henrico III. obijt in Palæstina. *Trithem. ibidem.*

Salona, quæ & Salonæ, & Salo, *Salona* C. E. Dalmatiæ antiqua, maritima, inter Sibinicum, & Epetium, seù Spalatum Metropolim, vrbes

eiusdem

eiuſdem oræ propinquas. Tragurio quoquè vicina, nonnihil à litore diſſita. Vltra Iaderam LXXX. M. P. olim præclara, ac ex totius Illyrici præcipuis. Nunc verò ſolo æquata iacet, durat loco nomen, & epiſcopatus, licet Epiſcopus ob Turcarum vicinitatem, nullus reſideat, raris admodum habitatoribus ibi commorantibus.

11 Apr. Domnio Ep. m̃. cum militibus VIII. *Vſuard.* Corpora Romæ.

21 Aug. Anaſtaſius m̃. ſub Aurel. *Qui apud Cat. lib.* 7. paſſus ſub Diocl. refertur. *apud Galeſin.* verò ſub Alexand.

* Salopia, *Srheusbury* C. E. Albionis ad Sabrinam flumen in Vuallia haud obſcura inter Hereferdiam, & Aſaphum, Ceſtriæ propior.

13 Nou. Vuenefrida V. m̃. *Sur. tom.* 6. Corpus in Monaſterio Salopien.

* Salutiæ *Saluzzo* C.E. in Taurinorum finibus & in Pedemontana regione ad Alpium, quibus Gallia Narbonen. ab Italia ſeparatur, radices, in montis aſcenſu. Marchionatus Salutiẽſis caput. Abeſt ab Auguſta Taurinorum ad XXVIII. M.P. à Foſſano X. totidem à Cuneo.

18 Sept. Conſtantius miles Thebæus m̃. In diœc. apud Broneriũ Op. *Ex Hiſt. Horum Martyrum.*

Samaria, quæ & Sebaſte, *Samaria* C. quondam E. Paleſtinæ, & dum Iudæorum ſtaret Regnum, Regia clariſſima. Samariæ Prouinciæ inter Iudæam, & Galilæam ſitæ caput, nunc prorſus iacet, tanta ciuitas, tot Regum ſedes, in planitie apparent rudera, manent vix ædes duæ ſacræ: quas Peregrini deuotionis ergo inuiſũt. Media ferè occurrit inter Hierosolyma: a quibus ad XLV. M.P. in Septentriones recedit, & Nazareth. à Neapoli, eiuſdem Prouinciæ vrbe primaria in Boream VIII. M. P. diſtans, à Naim vrbe Galilææ in Auſtrum ad XXX. M.P.

14 Iun. Eliſeus propheta, apud Abdiam prophetam ſepultus, cuius ſepulchrum etiam Turcæ reuerentur.

22 Mille Quadringenti, & Octuaginta m̃. ſub Coſdroa Perſarum Rege. *Ex ant. Martyrol.*

19 Nou. Abdias propheta.

Samoſata, C.A. Syriæ quondam nobiliſſima, Euphrateſiæ, ſiuè Comagenes Metropolis, ad Euphratem fl. vbi ponte lapideo ex Syria in Meſopotamiam traijciebatur, vbi in proximo lacu Limum, qui aquis accẽditur, extinguitur terra auctor eſt Plinius. Proxima Edeſſæ vrbi Meſopotamicæ in ortum trans Euphratem XII. M. P. diſtanti, inter Melitenem: à qua in Auſtrum ad XC. M.P. abeſt, & Zeugma LXXII. in Meridiem recedens, à Germanicia ad LVIII. M.P. diſtans in ortus. Patria fuit Impio Luciano, & Atheo. Eius hodie & pontis vix ruinæ apparent.

3 Ian. Lucianus presb. m̃. Nicomediæ paſſus ſub Maximiano, fuit presb. Antiochenus.

12 Iun. Euſebius Ep. m̃. ab Arianis ſub Theodoſio occiſus. *Theodor. lib.* 2. S. Gregorij Nanzianzeni ſynchr.

Samnium, *Abruzzo* Regio Italiæ in Regno Neapolitano contenta, in citerius, & vlterius diuiſum Apennino M. Aprutium Poſteriores dixere. Quànquàm veteres Samnitum limites alios & anguſtiores faciunt. Nam horum vrbes tantum memorantur, Beneuẽtum, Boianum, Sæpinum,

num, Truentinum, Æsernia, Aliphe, Telesia, Aufidena, Tuticum, Clusium, & quæ Hirpinorum sunt, Aquilonia, Abellinum, Æculanum, Caudium, Compsa, & quæ etiam Campanis attribuuntur, Venafrum, Sora, Aquinum, Posteriores verò sub Samnio, seù verius sub Aprutio. (quod magis patet, quàm Samnium) Fren tanos, Caracenos, Marrucinos, Pelignos, Vestinos, & Præcutios cum Marsas comprehendunt.

Aprutij citetioris vrbes hac tempestate, Beneuentum, Larinum, Anxanum, Teate, Sulmo, Burella, Frequentinum. Vlterioris, Aquila, Hadria, Pinna, Interamna, C. Ducalis, Angolus, & Orton. Ex quo quantum intersit inter Samnium, & Aprutium dignoscitur. Aprutium verò inter Truentum flumen, quod ab occ. à Picenis, & ex parte à Sabinus separat, & Tiphernum, seù Frentonem, ab Apulis Eurum versus diuidentem, continetur à Septentrionibus, & Cæcia, & ortu mari Hadriatico terminante, à Meridie, & Africo Campania, & Latio incumbentibus.

11 Nou. Mennas Solitarius, circa An. D. DLXXIX. *De quo S. Greg. lib. 3. Dial.*

Samos, *Samo* Insula maris Aegæi, seù maris Icarij nobilis, Ioniæ adiacēs, longa quasi XL. M. P. inter Icariam Inſ. ad occ. & Trogilium prom. Ioniæ: à quo in occ. ad V. M. P. tantum recedit adeo continenti vicina est, ab Ephe so, & ostio Caystri vix XX. M. P. circuitu ad LXXXVII. M. P. Oīum rerum feracissima, infelix vino. Vrbem habet eiusdem nominis E. quondam clarissimam, sed ciues ob frequentes Piratarum infestationes, Chium Insulam in Circium ad XXX. M. P. distantem, demigrarunt.

* 24 Aug. Gregorius, Theodorus, & Leo Conf. sub Constant. Imp. *Maurol.* Corpora posteriorum Venetijs.

Samothracia & Samothrace *Samandrachi.* Insula maris Aegei, Thraciæ adiacēs, ante Hebri fluminis ostia, inter Aenū vrbem vltra Hebri ostiū orientale, & Lemnon Insulam: à qua in Aquilones ad XXII. M. P. abest, ab Imbro Insula circium ad XXXII. à Thasso Ins. in ortus hibernos ad LXII. distās, apud Plin. sed puto distantiæ numeros transpositos fuisse, nam propior est Imbro, à Lemno remotior. Non ampla admodum, portuosa tamen, probeque habitata, cum vrbe eiusdem nominis E. circuitu ad XX. M. P. feracissima mellis. M. Saoce sublimis ad X. M. P.

12 Mar. Theophanes Monac. sub Leone Armeno. pro sacr. Imag. vexatus. *Metaphr.*

* Theophanes alter m. ob eādem causam sub Theophilo. Ex *Zonar. par. 3. Annal.* nisi sit idem.

* Sanctus Gallus, seù Fanum S. Galli, & Gallopolis. *San Gallo.* C. Heluetiæ quæ primum ex cella Sancti Galli, & Monasterium euasit, & ex Monasterio magnam creuit in vrbem, mercimonio inter alia nostro æuo florentem, apud lacum Acronium, inter Constantiam: in cuius diœcesi sita est, & Curiam: à qua in Septentriones, ad VI. M. P. Heluetica, à Constantia dimidio distans, proxima Abbatiscellæ, & Arbori felici vix milliario dissita.

16 Nou. Othmarus Abb. sub Pipino Rege. An. D. DCCLVIII. *Sur. tom. 5.* Gales. scribit eum Curię Rhætorū decessisse.

*S. Brio-

S.Brioeus. Vide Briocum.

S.Maclouius. Vide Maclouium, & Aletha.

Sanis, *n.r.* C.E. Phrygiæ magnæ in Cariæ, Lyciæque confinio, apud Lycum fluuium in Mæandrum influentem, Laodiceæ, & Apamiæ vrbibus quondam inclitis finitima, vrbs hodie obscuri nominis.

25 Iul. Christophorus m̄. sub Dioclet. Vide Lycia.

Santæ, *Santon.* op. Belgij, seù Germaniæ inferioris apud Rhenum in Cliuiæ Ducatu perantiquum: nam à Troianis conditum, & Xanthus appellatum creditur, quod alij Vetera, apud Tac. & Anton. Aug. dici putant, inter Ficeliam, seù Vuesaliam inferiorem, & Calcariam vrbes proximas eiusdem Ducatus, à Vuesalia in occasum vix. III. M. P. Belgicis distans.

16 Iul. Raineldes V. m̄. cum soc. sub Hunnis. An. D. DCCCVI. Sanctæ Amilbergæ filia, & Sanctæ Gudilæ soror. *Sur. tom.* 4.

Santonæ, & Santones, *Saintes* C.E. antiqua Gall. Aquitan. ad Charantonum fl. vbi pons antiquus lapideus, multaque antiquitatis, & nobilitatis monumenta. Media ferè inter Egolismam ad eundem fluuium, & Rupillam vrbem maritimam munitissimam. Media inter Pictauim, & Burdigalam vtrinque XX. M. P. Gall. dissita, à Burdigala in Aquilones, ab Egolisma in occ. declinans. Vrbs nobilis, ac Santoniæ regionis, in qua plures vrbes, oppidaue continentur, caput.

30 Apr. Eutropius Ep. I. à S. Clemente Pap. ord. m̄. sub Domit. Sancti Dionysij Areopagitæ discip. & comes. *Catal. lib.* 4.

28 Apr. Viuianus Ep. V. ad quem Epistolæ Sidonij. *Apoll. lib.* 9.

30 Nou. Troianus Ep. VIII. Corpus Tolosæ. *Turonen. de Glor. Confess.*

7 Dec. Martinus Abb. Sancti Martini Episcopi Turonen. disc. *Turonen. ibidem.*

28 Iouianus Ep. Ex *Maurol.* quem puto deceptum pro Viuiano scripsisse Iouianum.

30 Aug. Bibianus Ep. S. Troiani suc. *Turonen. ibid.*

7 Dec. Eutropius Conf. S. Martini disc. Ex *Maurol.* quem hic quoque falli arbitror, Eutropium scribendo loco Martini.

Goderannus Ep. XXIV. S. Hugonis Abb. Cluniacen. disc. Ex *Chron. Cluniacen.*

Ambrosius Ep. IV. Ex *tab. illius eccles.*

Auctor Indicis Topographici in Martyrolog. non distinguit inter Santas, & Santonas, cùm tamen maximè differunt.

Sardis, & Sardes numero plurium. C. olim A. Lydiæ, antiquissima, Regia, ad Tmoli M. radices sita: vnde Pactolus amnis profluit in Hermū, Magnesiæ ad Sipylum, & Philadelphiæ finitima, ac proxima, vna ex VII. Asiæ vrbibus: quæ primæ Christi D. fidē suscepere. Thyatiræ quoq; propinqua, nec valde à Pergamo distans, ab Ephæso in Cæciā ad LXV. M. P. recedens, vrbs olim maxima, & Lydorū præcipua. Quæ vix hodie nominatur; sunt tamen, quibus illa *Ancora* nunc dici putatur.

24 Apr.

24 Apr. Mellitus Ep.I.S.Ioannis Apoſtoli diſc. *Hier.deſcript.Eccl* Hunc alij Melitonem vocant Sancti Oneſimi fratrem.

Sardica, *Triadiza* C.E.Thraciæ in Myſiæ ſuperioris confinio, inter Neſſum,& Philippopolim,longo interuallo C.M.P.diſſita.Concilio Sardicenſi,ſub Conſtantio Imp.conuenientibus eò multis ex occidente, & oriente Epiſcopis, habito clara.

11 Mar. Euthymius Ep.m̃.ſub Theophilo Iconomacho. *Zonar.in Annal.*

* Protogenes Ep.ſub Conſtantino Mag.qui Nicæno Ç̃õc affuit.

Sardinia,olim Sandaliotis,& Ichnuſa ob formam dicta. *Sardegna.* Inſula nota maris Africi,Italiæ adiacens cui etiam attribuitur.proxima Cirno, ab ea freto vix IX.M.P.diuiſa,in Auſtrum recedens. Longa inter Septentriones,& meridiem ſupra CLXXX.M.P. lata inter ortum, & occ. ſupra CXX.circuitu Plinio autore DLX.Recentiores paulo longiorẽ, & maiorem faciunt. A Gadibus in ortus æſtiuos MCL.M.P. abeſt à Sicilia in occ.æſtiuum ad CXX.quot ab Vtica vrbe Africana in Septẽtriones,à proximo Italiæ continente,hoc eſt a Populonio in Auſtrum,& Notolibycum ſupra CLXX.diſtans.XVIII. vrbes quondam Epiſcopales habuit,nunc tantum VII.Sunt autem,Caralis Metropolis,& Regia: vbi Prorex Hiſpanus agit.Saſſaris,altera Metrop. Arborea, & ipſa Metropolis. Villa,Eccleſiæ,Boſa,Algherium,Caſtrum Aragonenſe cognominatum,& in Mediterraneis læſa.

13 Ian. Potitus mart.ſub Anton.Noræ ſepultus. *Fara lib. de rebus Sard.*

14 Mai. Iuſta,Iuſtina,& Henedina martyr.apud Arboream.

28 Æmilius,Felix,Priamus,& Lucianus mart. *Fara* primum Æmilianum vocat, & ſecundum hoc eſt Felicem Fœminam facit.

8 Iun. Salluſtianus Confeſſ. Iuſtinianum vocat *Maurolycus.*

21 Aug. Luxorius,Ciſellus, & Camerinus mart.ſub Dioclitiano. Extat Monaſterium Sancti Luxorij in Territ. Caralitano.

19 Nou. Pontianus Papa martyr. cum Philippo presbytero ſub Alex.

Reſtituta vidua. Ann.D.CCCXI. ſub Euſebio Pap. Romam inuiſit.

* 17 Feb. Benedictus Ep.ex Monacho Caſinen.Ann.D.MXC. *Ex Chron.Caſinen.*

Hic quoque Autor Ind. Topographici haud diſtinguit inter Sardes,& Sardiniam, cùm Sardes vrbs Aſiatica ſit,vt dictum eſt.

Sarisberia, *Sarisbury.* C.E. Angliæ ad Alaunum fl.illam diuidentem,inter Vuintoniam,& Schireburnam,à Vuintonia in occ.æſt.ad XX.M.P. Angl.Schireburnæ propior, à Londino in occ. hyemalem ſupra LXX. M.P. quot penè ab Exonia vrbe Epiſcopali Cornubiæ in orientem diſſidet,paulò minus à Vigornia in meridiem,Antonæ vrbi maritimę cõtra Vectim Inſ.finitima.

4 Dec. Osimundus Ep. An. Domini ML. *Cat.lib.12.*

* Sarsina, *n.r.* C.E. antiqua Gall. Togatæ, siuè Æmiliæ, ad radices Apennini M. apud Isapis amnis ortum, à Cæsenna in Austrum ad XXV. M. P. quot à Britinoriensi C. dissidens, ab Vrbino in occ. supra XXX. Vrbs modica Plauto suo adhuc gloriabunda. Eius Episcopus etiam Boien. Episcopus est.

* 28 Aug. Vicinus Ep. Corpus ibi multa veneratione colitur.

*Satala, C.E. Armeniæ minoris, apud Argæi *M.* radices, vrbs quondã præstans, ac ex primis totius Armeniæ, Nicopoli vrbi etiam primariæ finitima, ab ea in Cæciam distans, inter eã, & Trapezuntem, apud Thermodonta fluuium. Sunt, qui scribant hanc vrbem hac etiam tempestate florentem, Turcarum Satrapæ sedem esse appellarique P*ally.* Sed forte P*ally* Piala est Ptol. incerta res est. Regionis illius periti consulendi essent: si tamen in tanta rerum Barbarie, & ignorantia quispiam edoctus loci reperiri queat.

24 Iun. Orientius, Heros, Pharnacius, Firminus, Firmus, Cyriacus, & Longinus fratres milites m̃. sub Maximiano *Menol.*

13 Dec. Eustrathius, Auxentius, Mardarius, & Orestes marty. sub Diocl. *Menol. Gat.lib.1.*

Saxonia, Regio Germaniæ magnæ amplissima. Frisium Orientalẽ, Vuestphaliam, Thuringiam, Misniam, Lusatiam Marchiam, & quæ nunc Saxonia dicitur cum Duc. Mechelburgense olim complectens. Sed hodie Saxonia dicitur, quidquid inter Visurgim ad occ. & Albim ad ortum, inter Thuringiam, & Misniam ad meridiem, ac Holsatiã ad Septentriones continetur. In superiorem, & inferiorem diuisa. Cuius vrbes primariæ, Magdeburgum Metropolis, Brunopolis, Luneburgum, Viteberga, Halberstadium, Hala, Mansfeldia, Einbeca, Stolberga, Goslaria, Hildesia, Hamola, Minda, Vuerda, Bremis, altera Metropolis, adnumerantur etiam vrbes Liberæ, clarissimæ, Lubecum, & Hamburgum, in Holsatiæ confinio.

7 Iul. Vuillebaldus Episc. I. Eistetten. S. Bonifacij Moguntini in prædicat. soc. *Trithem.lib.3.*

3 Oct. Euualdi duo presbyteri Angli m̃. sub Pipino Rege in Frisia corpora Coloniæ. *Beda lib.5.*

10 Nou. Tryphon, Respicius, & Nympha V. m̃. sub Decio. Hi passi sunt Romæ, in loco, qui Saxia dicitur, sed vocis similitudine decepti pro Saxia, Saxonia scripserunt.

Scalabis, quæ postea Fanum S. Irenes, siue Irenopolis dicta est. *Santaren* C. olim E. Hispan. Lusit. clarissima, Conuentus multarum vrbium nobilis, nunc op. maximum Regni Portugallici ad Tagum fl. in colle, cum suburbijs in plano, multis anteferendum vrbibus, inter Vlyssiponem Regiam, & Tomaram, vbi Reges coronantur, ab Vlyssipone in Cæciã XIV. M. P. Hisp. distans, à Conimbrica in Meridiem XXI. quantum ab Ebora in Corum, à Leiria in Austrum VIII.

20 Oct. Irene V. marty. Ann. Domini DCLV. Recesuindo Rege. *Thes. Conc. tom.2.*

* Scepsis, C. olim E. Mysiæ Asiaticæ, seu Troadis apud Idam M. qua is in Meridiem spectat, ad Scamandrum fluuium, Alexandriæ, seu Troadi

vrbi

vrbi maritimæ proxima. Quæ C. haud manet hoc tempore. durat tamen in ora inter Lectum prom.& Adramytium C. Palæscepsis, ab incolis dicta *Elmachani*.

* 13 Sept. Cornelius Centurio m̄. *Metaph.*

11 Nou. Menas m̄.sub Diocl. *Ex Mauroly.* cum Cotiæi in Phrygia passus in Martyr.Rom. referatur.

Scetis,M.Ægypti,& ingens solitudo in finibus Vrbis Alexandriæ: in qua plura olim fuere cœnobia Monachorum S. Antonij,& S.Macarij vestigia sectantium.Ex quibus aliquot adhuc manent:ex ijs,qui *Costi* dicuntur sub Alexandrini Patriarchæ obedientia.

19 Iul. Arsenius Diac. Romanus Eremita sub Theod. & Arcadio. *Metaph.*

1 Ian. Euphrosina V. sub habitu virili. *Metaph.*

5 Apollinaris V.Abb.sub habitu virili,Arthemij Imper.filia. *Metaph.*

2 Macarij duo, & Marcus Eremitæ Sancti Pachomij Abb. disc.

7 Feb. Moyses Abb. *Cat.lib.3.*

27 Ioannes Abb. *Cat.lib.3.*

* 31 Mar. Ammon Abb.& pater MD.Monach. *Cat.lib.4.*

17 Apr. Helenus Abb. *Heracl.in vit. Patrum.*

1 Iul. Pambo Abb. *Heracl ibid.*

21 Daniel Abb.sub Iustino. *Ex vit.Patrum.*

25 Pastor Abb.& presb. *Cat.lib.6.*

23 Aug. Theouas Abb.& presb.MMM.Monach. *Sozom.lib.Hist. Tripartitæ.*

9 Dec. Syrus,Paulus,& Esaias Monachi. *Ex Maurol.*

Schireburna,quæ & Schireburgia dicitur. *Schyrborn.* C.E.Angliæ,in Deuoniæ confinio,Comitatus Dorcestren.inter Bathoniā,& Dorcestriam media,ad XV.M.P.Angl.dissidens,à Sarisberia, ad quam Episcopalis dignitas est translata,in occasum paulò minus recedens.

25 Mai. Aldelmus Ep.S.Heddæ succ.Ann.Dom. DCCIX.in Monasterio Meldunen. *Bed.lib.5.Hist.*

7 Iul. Heddas Ep.V.Ann.Dom.DCCV. *Bed.lib.3.Hist.*

* Eguinus Ep.Sancti Aldelmi succ. An.D.DCCXVI.Beda lib.5.

Sconaugia,Pagus Germaniæ Inferioris,aqud Rhenum fluuium in Territorio,& Diœcesi Treuirensi. Vbi insigne virginum Ord. S. Benedicti monasterium.

18 Iun. Elizabet V.Ann.D.MCLVI. *Cat.lib.5.*

* 20 Apr. Hildegrandes Virg. Cistercien. Ordin. Ann. Domini MCLXXXVIII. sub habitu virili. *Trithem.lib.3.*

* Engrides V.Ord.Prædic.Ann.. Dom. MCCCCXVIII.in Conc.Constantien.SS.numero adscripta.

Scythopolis, *Bethsan.* C.E.antiqua Palæstinæ,in Iudææ,& Galilææ confinibus,apud Iordanis fluuij ex lacu Genesara exitum.Tiberiadi finitima,ab ea in Austrum recedens, ab Hierosolymis in Cæciam ad LX. M. P. distans. Cuius vrbis hodie vix ruinæ manent, adeò desolata est.

21 Feb. Seuerianus Ep.mart. *Niceph.lib.15.cap.9.*
22 Iul. Ioſeph Comes,qui S. Euſebium Epiſcopum Vercellen. hoſpitio excepit.
Hic *Maurolycus in Martyrol.* Ioannem Abb. ad diem 27. Febr.Syrum,Paulum, & Eſaiam Monachos ad diem 9.Decembris memorat, qui tamen Sceti in Ægypto, non Scythopoli in Palæſtina vixerunt.

Scotin,olim Britannia II. *Scotia* pars Albionis borea,ab Anglia; quæ Britannia I.dicta eſt,in Auſtrum recedens,Cheuiota Monte,& duobus fluminibus, Tueda in ortum, & Solueo in occ.fluente,diuiſa: vbi adhuc muri ingentis à Rom. Imperatoribus ad continendos Barbaros, ne in Britanniam primam excurrerent extructi apparent veſtigia. Anglia magnitudine & rebus omnib. longè inferior,portuoſiſſima, forma valde inæqualis,promontorijs in altum Oceanum vbiquè procurrentibus,ipſamque ad interiora finibus proſcindentibus. Lacubus multis,è quibus flumina plura egrediuntur. Montibus,in quibus Grampius maximus eſt,& Syluis:ex quibus Caledonia adhuc nominatur, abundans. Adiacent Inſulæ ad occ. Hebrides ad XLIII. M. P. Orcades ad Septentriones,& Orientem ad XXXI. Ipſa Nouanto prom. occiduo Hiberniam penè contingit.
Flumina maiora, Thaus,Forthea, Cluda, quibus etiam Deam adnumerare libet. Vrbes Epiſcopales XIII. in quibus duæ Metropoles,Fanum S.Andreæ,& Glaſquum.Edimburgus Regia,Aberdona,& Fanum S.Andreæ Academiæ.Dumbretonium Emporium.

1 Feb. Brigita V.An.D. DXVIII. *Sur.tom.1.* Miror quod cum in Hibernia vixerit,& obierit, Scotiæ attribuatur.
17 Fintanus presb. *Vſuard.Maurol.* Epiſcopum facit.
8 Mai. Vuiro Ep.An.Dom.DCC. *Sur.tom.3.*
16 Brandanus Abb.An.Domini DLXX. *Sur.tom.6.*
9 Iun. Columbus presb.An.Dom.DXCVII. *Bed.lib.3.Hiſt.*
10 Margarita Regina. *Sur.tom.3.*
9 Queranus Abb. *Vſuard.*
16 Ninianus Ep. *Bed.lib.3.*
11 Oct. Canicus Abb. *Cat.lib.11.*
24 Feb. Bereſtus Monach. *Ex Galeſ.*
5 Apr. Tigernacus Ep. *Ex Maurol.*
Palladius Scotorum Apoſtolus,in vrbe Fordunenſi, Regionis Auguſiæ.

Scyllacium, *Squillacci* C.E.antiqua,Magnæ Græciæ maritima,ad Scyllacæum ſinum,inter quem,& ſinum Terinæum,Terra nõ amplius quàm XX.M.P.inter duo Maria patet inCalabria vlteriore in M.proxima Catacio,regionis primariæ ad XII.M.P.à Crotone XL.
6 Oct. Bruno Carthuſianorum autor.An.D.MCCI.in proximo Eremo Turrenſi.

Sebaſte, *Sauſtia.* C.E.antiqua Armeniæ minoris, ad M. Argæi radices ſita,quondam præclara, & ex primis totius Aſiæ, ad quam Imperatores Romani diuertebant, præfectorum ſedes, inter Cæſaream Cappadociæ,& Satala occurrens,à Cæſarea in Cæciam ſupra CXXX.M.P.à Sebaſtopoli,vrbe Cappadociæ præcipua,in Phœnicem ſupra LXXX. diſtans:

ſtans. Eam Iris amnis haud procul oriens, præterfluit.

9 Ian. Petrus Ep. Sancti Baſilii Magni frater. ſub Valente. *Lipom.tom.2.*

3 Feb. Blaſius Ep. m̄.ſub Licinio,cùm duobus pueris,& XLVII. fœminis. *Metaphr.*

9 Mar. Quadraginta milites m̄.ſub Licinio,ex quibus nominantur,Cyrion,& Candidus nobiliores. *Metaphr.*

15 Iul. Antiochus medicus m̄. cum Cyriaco Carnifice ſub Hadriano. *Lipom.tom.2.*

16 Athenogenes Ep. mart. cum X. diſcipulis. ſub Dioclet. *Metaphr.*

9 Sept. Seuerianus miles m̄.ſub Licinio. *Metaph.*

2 Nou. Carterius, Styriacus, Tobias, & Soc.m̄. ſub Licinio. *Menol.*

27 Irenarchus,& Acacius presbyteri m̄. cum VII. mulieribus ſub Diocl. *Menolog.*

13 Dec. Euſtrathius,& Oreſtes.m̄.ſub Dioclet. *Metaph.* Corpus Romæ.

* 1 Oct. Michael, cùm aliis XXXVI. Monach. m̄. ſub Saracenis. *Galeſ.*

* SecKingia, *SecKingen.* op.Germ.in Sueuia ad Rhenum fl.in vlteriore ripa, inter Baſileam, & Badam ſuperiorem, à Baſilea in ortum hibernum IIII.M.P.Germ.diſtans,quot à Confluentia Arolæ,& Rheni. Eſt & pagus huius nominis ad Rhenum in Territ. & Diœceſi Curienſi, apud Diſſentim opp. à Curia in occ. VI. M. P. Helueticis ferè diſtans.

* 1 Mar. Tridolinus Abb.SecKingen.Scotorum Regis filius. An D.DLX. *Moland in Addit.*

Seduni, & Sedunum, *Sion.* & Germanus *Sitten.* C. E. Galliæ, Valleſiæ regionis caput,in Heluetiorum, & Italiæ confinio, ad Rhodanum fluuium partem illius in plano irrigantem: nam pars altera monte aſſurgit, in valle intra Alpes Graias,& Lipontias ſita,duobus perſtricta Montibus:quorum citerior *Santi Bernardi* dicitur,vlterior *Briga.* Vrbi mons imminet,ipſa ſatis munita cum Arce,& elegans proprio ante Epiſcopo parens. Media quaſi inter Oſcelam, & Geneuam,à qua in ortus ad LV.M.P.diſſidet.ab Auguſta Prætoria in circium, & Septentriones ſupra XL.à Mediolano in Corum ad CXXIIII.

1 Mai. Sigiſmundus Rex Burgundiorum. *Turon.lib. 3. de Glor. Mart.*

22 Sept. Mauritius,Exuperius,Candidus,Victor,Innocentius,& Vitalis,cùm alijs Legionis Thebæorum m̄. ſub Maximiano, Agauni à Seduno XXV. M. P. diſtante paſſi. *Ex Adone.*

27 Florentius,& Hilarius m̄.ſub Vuand.An. D.CCCCXI. *Cat.lib.8.*

Segobia, *Segonia* C.E.antiqua Hiſp.Tarraconen.in Regno Ver. Caſtellæ apud Futorem fl.qui Durio apud Turrim Syllanam miſcetur.Vrbs ampla,elegans,nobilis,Regum antiquorum ſepultura,celebris, Lanificio clara,cuius pannus cæteris oībus anteponitur,editiore loco ſita,vbi

pons

pons antiquus lapideus planè mirabilis, super quo fluminis aqua decurrit. Media inter Complutum, & Vallisoletum vtrinquè XVII. M.P. Hispan. dissita, quasi media inter Toletum, & Burgos, à Toleto in Septentriones ad XXII. M.P. distans, quot à Salmantica in ortum, ab Abula in Cæciam X. hoc est diei itinere.

* 25 Oct. Fructuosus Ep. *Thes Conc. tom. 2.*

* Selgenstadium, seù Salingestadium, *Selygstadt*. Op. Germaniæ, in Franconia, Diœcesis Moguntinen. ad Mœncam fluuium, inter Francfordiã, & Asciburgium, à Francfordia in ortum æstiuum vix II. M. P. Cermanicis recedens, vbi Monasterium olim celebre, ab Eginardo Car. Mag. genero constructum.

* 1 Ian. Clarus Ab. I. Salingestadien. An. D. DCCCXXII. *Ex Martyrol. Benedict.*

Sena, & Sæna, *Siena*. C. A. Hetruriæ, antiqua Colonia Rom. colli imposita, per quem vtrinquè ascenditur, & descenditur, nisi qua per collis dorsum iter est, post Florentiam totius Hetruriæ amplissima, & elegantissima, non tàm ædificiorum pulchritudine, ac situs amœnitate, quàm morum habitantium suauitate, & sermonis elegantia. Academiæ, & multarum vrbium nob. Conuentus. Vmbilicus Hetruriæ, vrbs Turrita, fontibus, ac cathenis, quibus viæ obserantur, abundans. Ædificia publica habet magnificentissima, in ijs, Templum Deiparæ V. dicatum, Xenodochium, & Prætorium. Ante amissam libertatem, potentissima, vti crebræ de Florentinis victoriæ testantur. Media est inter vrbem Romam, & Mutinam, ab vrbe Roma inter occ. & Septentriones, ad C. M. P. recedens. Media quoque inter Perusiam in ortum ad LX. M. P. distantem, & Lucam in occ. LII. dissidentem. à Florentia in Phœnicem supra XXX.

20 Mar. Ambrosius ord. Præd. An. D. MCCLXXXVI.
29 Apr. Catharina V. ord. Præd. Romæ abijt.
20 Mai. Bernardinus ord. Min. An. D. MCCCCXLIII. à Nicol. V. in SS. relatus abijt Aquilæ.
31 Iul. Ioannes Colombinus, Iesuatorum auctor. *Ex Chron. dicti Ord.*
1 Dec. Ansanus m̃. sub Diocl. *Cat. lib. 1.*
3 Galganus Eremita An. Domini MCLXXXI. *Vit. apud Prædicat.*
22 Aug. Bernardus ex Familia Tolomea, vnà cum S. Ambrosio Picolomineo ord. M. Olíueti institutor.
30 Oct. Sauinus Ep. m̃. & Aduocatus Senen.
* Ioachinus ord. Seruorum An. D. MCCCV. Nondum SS. numen relatus. *Vitam scripsit Nicolaus Borghesius Nob. Senen.*

* Sena altera, quæ Gallica cognominatur, quæ & Senogallia Plin. *Sinigallia* C. E. antiqua Vmbriæ maritima, in Senonibus. Colonia: cuius apud scriptores, & Historicos antiquos frequens fit mentio, apud Misam fluuiolum, inter Anconem, & Pisaurum, ab Ancone in occ. ad XV. M. P. dissita, Fano Fortunæ propior. Vrbs amœna: sed parua, sub Duc. Vrbinate comprehensa, ab Vrbino in ortum æstiuum supra. XXX. M. P. distans.

* 4 Mai. Paulinus Ep. *Ex tab. eccl.*

* Seno-

* Senogia, *Soigny* op. Belgij in Hannonia, ad Sonecam fluuiolum, inter Montes, & Hallam Brabantiæ vrbem, à Montibus ad.III. M. P. Belg. in Aquilones recedens, Brenniç propior. Vbi Monasterio à SS. Vincentio, & Vualdetrude Hannoniæ comitibus constructum: quod nunc est Canonicorum collegium.

* 7 Apr. Landricus Ep. Metensis, deinde Abb. Senogien. SS. Vincentij, & Vualdetrudis filius. *Moland. in Addit.*

Senones, & Senonæ, *Sens.* C. A. antiquissima Gall. Celticæ, in Bryn regione ad Itunam, seù Ionam fluuium in Sequanam illabētem, in colle, vbi insummitate lacus: ex quo aqua per vrbem deriuatur, Olim clarissima, apud Cæsaream, & alios scriptores memoratissima. Eam, quòd in Cāpania censetur, quidam in Gallia Belgica reponunt. Media ferè inter Nemoracum ad occ. & Trecas ad ortum: à quibus ad XII. M. P. Gallica abest, quot ab Ansiodoro in Boream dissidet, à Lutetia Parisiorum in Euronotum XXIIII. quot penè à Rhemis in Austrum abit.

22 Apr. Leo Ep. XVII. An. D. DXCI. *Ex tab. Democh.*
8 Iun. Heraclius Ep. XV. An. D. DVII. *Ex cod.*
29 Benedicta V. in Territ. m̄. *Vsuard.*
11 Iul. Sidronius m̄. in Territ. *Vsuard.*
24 Vrsicinus Ep. X. Sancti Polycarpi succes. An. D. CCCX. Ex *tab.*
1 Sept. Lupus Ep. XX. sub Clotario An. D. DCXVI. *Sur. tom. 5.*
13 Amatus Ep. XXII. sub Childerico. An. D. DCX. *Sur. tom. 1.*
12 Nou. Paternus m̄. in Territ. *Vsuard.*
31 Dec. Sabinianus Ep. I. m̄. à S. Petro Apost. ordinati.
Item Potentianus Ep. II. m̄. *Cat. lib. 2.*
Item Columba V. m̄. sub Aurel. *Ex S. Eulog. in Memor. SS.*
20 Mar. Vulfrannus Ep. An. D. DCCXX. *Trithem. lib. 4.*
15 Mai. Sidonius m̄. Ex *Maurol.* Sed puto eum scripsisse Sidonium, pro Sidronio, & in tempore quoquè errasse.
6 Iun. Aldricus Ep. XLVIII. An. Domini DCCCXLII. Ex *tab. Democh.*
* 29 Mustiola, & Beata V. Ex *Maurol.*
9 Iul. Paulus Ep. Ex *Gales.*
8 Oct. Porcaria V. m̄. Ex *Calend. Senonen.*
31 Dec. Altinus, Serotinus, & Edoardus m̄. socij SS. Sabiniani, & Potentianæ. *Maurol.*
Albo Ep. An. D. DCCL. Ex *tab. Democh.*

Septa, quæ & Exilissa prius. *Ceuta.* C. E. Maurit. Tingitanæ maritima, apud Abylam M. Herculis Columnam contra Calpem alteram Columnam in Hispania, intercurrente Freto Herculeo angusto vix IX. M. P. patente, in mare prominens, munitissima cum arce satis firma, in colle, & Hispanorum præsidio, à Tingi in ortum ad XXX. M. P. recedens, à Calpe vrbe Hispanica in Meridiem ad XII. sic dicta à septem M. qui cùm pares magnitudine sint, & æquè distent, septem fratres à Veteribus dicti sunt, græcè ἑπτὰ ἀδελφοί. Episcopus Hispalen, Archiepiscopo paret.

13 Oct. Daniel, Samuel, Angelus, Domnus, Leo, Nicolaus, & Hugolinus ord. Min. m̄. sub Mauris. An. D. MCCXXI. Ex *Chron. dicti ord.*

Septempeda, *S.Seuerino.* C. E. antiqua Piceni, in valle apud Potentiam flumen, intra colles Apennini M. quæ à Longobardis solo æquata, dein de reædificata de Sancti episcopi sui Tutelaris nomine appellari maluit. Inter Camerinum Metropolim, & Maceratam, à Camarino in Cæciam X.M.P abiens, à Macerata XV. Tollentino proxima.

11 Mai. Illuminatus Conf.

8 Iun. Seuerinus Ep. S. Victorini Eremitæ frater, sub Iustiniano Imp. *Acta in eccl. Septempedana.*

5 Iul. Philomena V.

27 Aug. Margarita Vidua. An. D. MCCCXCI. Ex *Annal. Seuerina.*

* Seruallis, *Serualle.* op. Venetiæ, in Marchia Taruisina præcipuum, ad Imesulim amnem non longè in Liquentiam influentem, intra Montes, apud Cenetam vrbem milliario in occ. distantem: Emporium Italis, & Germanis commune, populo, & opibus multis vrbibus anteferendum.

* 27 Mar. Augusta V. m̄. Corpus ibidem in Templo nomini eius Virginis dicato.

Sergiopolis, prius Barsalo, C. Armeniæ minoris, olim E. apud Euphratem flumen, inter Metitam, & Samosata: à quibus in Septentriones supra XXX.M.P. recedebat. Sic dicta ex Sergio nobili Romano, ibi passo pro Christo.

7 Oct. Sergius, & Bacchus nob. Romani. m̄. sub Maximiano. *Metaphr.* Corpora Venetiis.

Sibapolis, C. fuit Syriæ parua, in Palmyrena regione, inter Palmyram Metropolim, & Euphratem fl. à Palmyra in Cæciam supra XXX.M.P. dissita. Quæ an extet, hodie incertum est.

25 Iun. Febronia V. m̄. sub Diocl. *Metaphr.*

Sicilia, Insula Italiæ notissima, omnium Insularum maris Mediterranei Regina, præclarissima, & Maxima, inter mare Superum, & Inferum sita, aliquando Italiæ continenti, hoc est Brutiis coniuncta; Sed vi tempestatum dictorū marium, à Brutiis auulsa, angustissimo freto vix MD. P. in quo Scopuli, Scylla, & Charybdis adeò memorati, & Nautis infesti, sunt, à continenti separata. Cuius rei gratia nomen Rhegium, quod ruptionem significat, vrbi Brutiorum Metropoli impositum putant. Trinacria, & Triquetra, ob tria promontoria, Pelorum, Pachynum, & Lilybœum, ac ob formam Trigonam dicta. Pelorus Italiam aspicit, Pachynus Græciā, Lilybœum Africæ obuertitur. Ambitus ad DCL. M. P. continere perhibetur. Sunt, qui maiorem faciant. Veteres paulò minorem tradidere. In tres Valles distribuitur, Demonam, Notiam, & Mazzarensem, Demoniæ Vrbes. Messana Metropolis, Tauromenium, Catina, Triracium, seù Randatium, Traianopolis, Herbita, Capitium, Politium, Myle, Cephalœdis, Misistratum, Castrum: Notiæ, Syracusę caput, Leontium, Augusta, Agurium, Enna Vmbilicus, Calata, Plutia, Neetū: Mazzarensis, Panormus Metropolis, & Regia, Lilybœum, Mazzara, Thermæ, Agrigentum, Drepanam, Eryx. M, Regalis, Alcamum. Montes excelsio-

excelsiores, Ætna, Nebrodes, & Eryx. Flumina ingentia, quibus Valles prædítæ separantur, Terias, Gelas, & Himera. Frumenti inter alia, & Serici feracissima, Regi paret Hispano, vnà cùm omni Regno Neapolitano.

21 Feb. Septuaginta nouem m̄. sub Diocl. *Cat. lib.* 2.
12 Mai. Philippus Argyrionis Conf. apud Agurium.
24 Agrippina V. m̄. *Ex Breuiar.* Gallic.
5 Iul. Agatho, & Tryphina m̄. *Ex Beda.*
7 Aug. Albertus Confes. Carmelita. An. D. MCCXLII. apud Drepanum. *Sur. tom.* 4.
27 Euthalia V. m̄. *Menol.*
15 Ian. Isidorus Ep. Sancti Greg. Pap. discip. *Ex Martyrol. Benedict.*
28 Mar. Conon Monach. Sancti Basilij, apud Naxum *Ex Maurol.* Puto Maurol. decipi, nam Naxos, in qua Canon floruit, Insula est Ægæi maris, non locus in Sicilia.
16 Apr. Gulielmus Confess. Castro Bono apud M. Maronen. *Maurol.*
27 Iul. Symeon Monachus. *Maurol.*
17 Sept. Victor miles, & Stephana m̄. *Cat. lib.* 8.

Sida, *Chirisonda.* C. E. olim Pamphyliæ litoralis primaria, apud Eurymedontis fl. ostia, in Ciliciæ Asperæ confinio, vna ex regionis Metropolibus præcipua. Quæ aliis *Candeloro* dici videtur. Media ferè inter Ataliam, ad occ. ad XXXV. M. P. distantem, & Antiochiam Ciliciæ super Traho, paulò in ortus remotiorem.

11 Iul. Cindeus presb. m̄ sub Diocl. *Menol.*

Sidon, *Sait.* C. olim A. Phœnicis clarissima, & totius regiones maxima, intra portum pulcherrimum, & amplum contenta. Media inter Berytum, & Tyrum, quæ magnitudine, & potentia, cùm Sidone contendebat, à Tyro XX. M. P. in Septentriones & Cæciam distans, à Beryto in Austrolibycum tantundem dissidens. Tametsi Strabo duplam scribit hanc distantiam, à Cæsarea Philippi in Corum remotior. M. Antilibanus imminet. Iacet nunc vrbs hæc nobilissima, locus manet excipiendis Piratis, & Latronibus.

29 Oct. Zenobius presby. m̄. sub Diocl. *Euseb. lib.* 8.

Signia, *Segni.* C. E. antiqua Latij, in Hernicis, in colle, vrbs parua, vino memorabilis, inter Ananiam, & Priuernum. VI. M. P. plùs minus dissita, Ferentino quoquè, & Frusino propinqua, à Tarracina in Boream ad XII. M. P. distans.

18 Iul. Bruno Ep. sub Callisto Pap. II. An. D. MCXX. *Acta ibidem.*

Silarus, & Siler *Sele:* & *Silaro.* fl. Lucaniæ in Regno Neapolitano, Lucanos à Picentinis disterminans, ex Apenn. M. è regione Aufidi per Apuliam fluentis exoriens, ac in Austrum fluens, inter Salernum, & Posidoniam vrbem excisam Lucanorum, excipitur pelago Tyrrheno, vltra Salernum XXIIII. M. P. Cis Pæstum supra VI. Huius aquæ Ligna, & Frondes immissas in saxa conuertere feruntur.

15 Iun. Vitus adolescens nob. Modestus, & Crescẽtia nutrix m̃. sub Diocl. *Sur.tom.3.* Corpus Viti primum Parisios. Deinde in Saxoniam delatum.

Siluanectum, *Senlis.* C.E.Gall.Belgicæ antiqua, Valesii Ducatus primaria, ac caput, intra nemora, & Siluas ingentes: ex quibus nomen urbi inditum, in planitie Venationibus apta. Media ferè inter Lutetiam Parisiorum, & Nouiomum, vel inter Lutetiam, & Suessiones, à Lutetia in Cæciam, & ortum æstiuum X.M.P.Gallicis, à Suessionibus, & Nouiomo ad XII.Compendio ad XVI.M.propinqua.

30 Mar. Regulus Ep.II.Arelaten.postea Ep.I.Siluanecten.Sancti Dionysij Areopag. Comes. ac Sancti Trophimi Episcopi I. Arelaten. success. *Catal. lib.* 4. Corpus ibidem.

Siluiniacum, *Sauuigny.* op. Gall. Celticæ, in Ducatu Borbonien. iuxta Burgundiæ confinio, in diœcesi Matisconẽsi, Comitatus titulo insignè, Medium penè inter Lugdunum, & Niuernum, utrinque ad XXII.M.P. dissitum, Varennis, & Rodumne finitimum. Vbi Monasterium Cistertien.familiæ.

1 Ian. Odilo Abb.Cluniacen.S. Maioli succ. An. D. MXLIIII. *Sur.tom.*1.

11 Mai. Maiolus Abb.III.Cluniacen. sub Hugone Rege. *Sur. tom.3.*

Singidunum, seù Singidonum. *Semender.* & Hungaricè *Zenderin.* Italis *Samandria.* C.E.antiquissima Mysiæ superioris inter Taurunum, & Tricornium, apud Danubium, Seruiæ, primaria, vbi Satrapæ sedes est Turcarum, à Tauruno in ortum æstiuum ad VII.M.P. Germanica à Temesuaira in Euronotum tantundem plùs minùs distans.

13 Ian. Hermylus, & Stratonicus martyr. sub Licinio. *Metaphrast.*

Sinope, *Sinopi.* C.E.antiqua Paphlagoniæ, seù Ponti Galatici maritima, vltra Carambem prom. inter Amastridem ad occ. & Armisum in ortum hibernum ad CXII.M. P. distantem, ab Amasea Cappadociæ primaria in Corum supra C X X X. M. P. dissita, à Cytoro in ortum supra CLX.Colonia Rom.nob.ac.Mithridatis Regis natalibus, & sepulchro memorabilis. Hinc sinopi, quod est rubricæ genus, ibi primum inuentæ, nomen.

7 Apr. Ducentum m̃. *Menol.*

4 Nou. Philologus Ep.I.ex LXXII. discip. *Cuius sit mentio in Epistola ad Rom.*

Noe Ep. m̃. Ex *primo Cabilonen.*

Sinuessa; quæ & Sinope, *Rocca di Mondragone.* C. olim E. Campaniæ celebris, in ora litorali, inter Liris, & Vulturni fluminum ad Massici M. radices, cuius nunc vestigia vix indicantur. Media fermè inter Minturnas, & Puteolos, ad X. seu VIII. M. P. dissidens, à Suessa tantundem, à Puteolis remotior. Ex eius ruinis Arx M. Draconis, vt putant constructa, oppidulum haud contemnendum, à Neapoli ad XXIIII. M.P.distans.

1 Iul. Castus, & Secundinus Episcopi m̃. *Quorum acta in eccles. Caiet.*

Sirmium,

Sirmium, *Sirmisch* C.E. antiquissima, & præclarissima, Pannoniæ inferioris apud Bacuntij fluuij cùm Sao confluentiam. Totius Pannoniæ quondam caput, & Metropolis, Imperatorum sedes, & altrix. Inter Metularim Insulam Sai fluminis ad occ. & Taurunum in ortum, à quo ad X.M.P. Germ. recedit. à Basiana, seù Possega in ortus supra XII. à Mursa in Austrum, & Phœnicem supra VII. quantum à quinque ecclesijs. in Phœnicem, & quantum à Nesso in Arctos abit. Nunc oppidulum est, à quo etiamnum Comitatus Sirmiensis nominatur.

23 Feb.	Serenus Monach. martyr. sub Maximiano. *Eusebius lib.* 8.
	Septuaginta duo martyres sub eodem. *Cat.lib.* 3.
25 Mar.	Irenæus Episcop. martyr. sub Maximiano. *Catalog. lib.* 3.
26	Montanus presb. & Maxima m̄. *Cat.lib.* 3.
9 Apr.	Septem Virgines m̄. *Ex Adone.*
4 Iul.	Innocentius, & Sebastia, cum aliis XXX. martyres *Adon.*
* 16 Mai.	Andronicus Episcop. I. ex LXXII. discip. *Doroth. in Synop.*

Siscia, *Sissech.* & Sclauonicè *Sittis* C. olim E. antiqua, Pannoniæ super. ad Colapis cum Sao confluentiam contra Sisopam, nunc Zagabriam, Segestica Insula intercedente. Vrbs olim præstantissima, nunc Arx Episcopi seù Capituli Zagabriensis aduersus Turcas finitimos firmissima in Corbauia, inter Nauportum, seù Labatum: à quo in ortus XII. M.P. German. abit & Possegam: in ortum æstiuum ad X.M.P. recedentem, atquè inter Pætouium Stiriæ, & Gaitiam Bossinæ, inde VIII. hinc VII. M.P. distans, à Senia altera Corbauiæ Episcopali in Aquilones IX. à Celia in Eurum VII.

4 Iun.	Quirinus Ep. m̄. sub Diocletiano. *Cat.lib.* 5. Corpus Romæ.

Sithium, *Suythcherche.* Pagus Belgij in Artesia, Diœcesis aliàs Taruannen. nunc Audomaren. cùm monasterio, quod Sithiense prius, nunc Sancti Bertini dicitur. Sic Legi apud quosdam: Sed ab Incolis postea didici Sithium, nunc Audomarum esse C. E. præclaram, & post Atrebatum maximam, nobilissimamquè, in Flandriæ, & Picardiæ, Artesiæquè confinio, quæ ex monasterio in tantam euasit vrbem, ad Aam fluuium, Taruannæ vrbi desolatæ, cui in Episcopali dignitate successit, proxima. Inter Atrebatum: à quo in circium XII. M.P. Belg. abest, & Caletum: à quo VII. inter Hypras, & Bononiam: ab ea in ortum IX. M. P. distans.

5 Sept.	Bertinus Abb. S. Audomari succes. An. D. DCXCVIII. *Sur.tom.* 5.
22 Iun.	Ortrudes V. Mon. Anglica. *Mol.in Addit.*
* 14 Dec.	Folquinus Ep. XVI. Taruannen. An. D. DCCCLVIII. *Democh tom.* 2.

Smyrna, *Le Smirne.* C.E. Ioniæ quondam nobilissima, & post Ephesum primaria, inter Phocæam, & Colophonem, ab Epheso in Septentriones recto itinere ad XL. M. P. recedens, à Pergamo in Austrum pauló remotior, à Sardibus in occ. hibernum ad L. à Colophone in Arctos

ad XX. Phoceæ propior, intra Sinum apud Hermi fl. ostia. Nostra quoque tempestate florẽs: nam sedes est Præfecti Turcici, regionisquè, cui nomen tribuit, primaria.

9 Ian. Vitalis, Reuocatus, & Fortunatus martyris. *Vsuardus.*

19 Germanicus m̃. sub M. Anton. *Euseb. lib.* 4.

26 Polycarpus Ep. m̃. cum alijs XII. m̃. sub eodem. S. Io. Apostoli discip. *Metaph.*

1 Feb. Pionius presbyter m̃. sub eodem cum alijs XV. *Metaphrastes.*

22 Apr. Apelles Ep. I. Smyrnen. & Lucius Episcopi Laodicenus. Ex LXXII. discip.

10 Mai. Dioscorides m̃. *Menol.*

29 Aug. Basilla. *Ex Vet. Martyrol. Rom.*

5 Oct. Thraseas Ep. Eumeniæ m̃. *Euseb. lib.* 5. ab alijs ad diem 5. Oct.

* 6 Feb. Bucolus Ep. I. *Secundum Menol.* cui S. Polycarpus suc. *Gales.*

Soli, & Solus apud Strab. *Solia.* C. E. Cypri antiqua, in ora boreali, inter Callinusam, & Crommyonem Promontoria, seù inter Arsinoem, & Lapithon. vrbes eiusdem oræ, ab Arsinoe in ortus ad XL. M. P. à Tremithunte, seù Nicosia in occasum æstiuum ad XC. distans, nunc vix inter vrbes habetur, portum habet, & amnem, in portum influentem.

9 Feb. Ammonius, & Alexander m̃. *Vsuard.*

19 Auxibius Ep. I. à S. Marco Euangel. conuersus, & ord. *Metaphr.*

* Solemniacum, *Solennis.* Pagus, cum Monasterio Gall. Aquit. in agro, & Diœc. Lemouicensi, à Sancto Eligio Episcopo constructo, à Lemouicis parum distans.

* 7 Ian. Stillo Monach. *Ex Calend. eius Cenobij.*

Solodorum, & Salodurum, *Solothurn.* C. Heluetiorum antiquissima, ad Areolam flumen, in ampla, & amœna planitie, vbi adhuc Turris antiquissima soli dicata, vnde nomen vrbi inditum, monstratur. Vrbs ampla, & ob antiquitatem vrbis Treuirensis soror appellata. Media inter Basileam, & Friburgum, à Basilea in Notolibycum ad VII. M. P. German. discedens, à Tiguro in occasum ad X. M. P. à Berna in Cæciam vix IIII. Eam non nisi Catholicæ Religionis habitant. Inter vrbes Helueticas Liberas, & Fœderatas IX. tenet locum.

30 Sept. Victor, & Vrsus milites Thebæi m̃. sub Maximiano. *Sur. tom.* 5. Corpus Victoris Genuæ.

Sora, *n. r.* C. E. Samnij tametsi & Latio à Veteribus adscribitur, & Campaniæ à Recentioribus, Colonia Roman. antiquissima, apud Lirim fluuium ex Apennino M. haud longè Gemino fonte profluentem, à nemine Veterum scriptorum non memorata, hodie minimè obscura, populo frequens, ac Ducali dignitate insignis, à Neapoli in Circium ad XL. M. P. distans, Casino, Atinæ, Arpino, & Aquino proxima, à Germanopoli, in Septentriones X. M. P. à Venafro ad XXV.

22 Ian. Dominicus Abb. Ann. Domini MCXXXI. *Ex Chron. M. Casin.*

27 Iulianus m̃. sub Antonino. Corpus ibi in Ecclesia ei dicata *cum actis m.s.*

27 Mai. Restituta V. m̃. sub Aureliano. Extat Ecclesia illi dicata in Insula apud Fibrenum fl.

* Castus, & Cassius m̃. *Quorum acta in dicta Ecclesia cum actis S. Restitutæ seruantur.*

Soractes M. *Monte di S. Syluestro.* inter Arinianum, & Tiberim, vbi & oppidulum eius nominis *Soresto.* iuxta Sabinorum fines in Hetruria, à Fescennia C. in ortum ad VI. M. P. distans.

2 Sept. Nonnosus Abb. *Cuius meminit Sanctus Gregorius lib. 3. Dialog.*

Sozopolis, C. Pisidiæ, in Pamphyliæ confinio, intra Montes, Apolloniæ, & Conanæ vrbibus proxima; quæ & Soropolis dicta legitur. Puto illũ his temporibus non extare.

19 Iun. Zosimus m̃. sub Traiano. *Metaphr.*

* Spanhemium, *Spanheim.* Op. Germaniæ in Diœcesi, & ditione Moguntinensi, antiquissimi Comitatus Sedes.

21 Mar. Clementia Comitissa monialis. An. D. MCLXX. *Ex Martyrol. Benedict.*

* 29 Oct. Margarita Priorissa Bingensis Ann. Domini M C X I. *Trith.*

26 Dec. Adelhardus Mon. Benedict. Ann. Do. DCCCCXXIIII. *Trith. in Chron. Hirsangien.*

* Spira, ante Nemetes, *Speyr.* Germanis, *Spira* Italis. C. E. antiqua Germaniæ superioris ad Rhenum, in Alsatia, ampla, libera, multorum Imper. Sepultura, nob. Vbi ædes sacræ, & publicæ elegantissimæ, vbi Senatus amplissimus: in quo Imperij causæ grauissimæ tractantur, & definiuntur. Media fermè inter Argentoratum, à quo in Septentriones XIV. M. P. Germ. abit, & Maguntiam: à qua in Austrum XIII. dissidet, Vuormaciæ, & Landauiæ ad IV. M. P. propinqua, Heydelbergæ propior III. M. P. distans, à Cæsarea Lutra ad V. in ortus recedens, à Biponte in ortum æstiuum ad IX. M. P. à Sebusio VII.

10 Oct. Cassius, & Florentius Thebæi milites mart. cum alijs sub Maximiano. Qui tamen Veronæ in Germ. passi ferè ab omnibus feruntur.

Spoletum, & Spoletium apud Ptol. *Spoleti* C. E. antiqua Vmbriæ, pars in plano, pars colle assurgens, cui ponte lapideo ingenti, & admirabili licet angusto, ex quo demissus lapis non prius fundum attingit, quàm salutationem Angelicam quis totam recitauerit, adeo altus est. Arx in vino colle coniungitur, quondam sub Imperio Langobardorum florentissima, totius Vmbriæ Caput, & Ducum Sedes. Hæc etiam tempestate cæteris Vmbriæ ciuitatibus præstat. Tametsi Prouinciæ præfectus non Spoleti; sed Perusiæ agit vrbe Hetrusca: a qua ad XXX. M. P. in ortum hibernum à Nursia in occ. æstiuum ad XXVIII. Media inter Fulginium, & Interamnam, vtrinque XII. M. P. dissita, ab Vrbe Roma ad LVIII.

1 Ian. Concordius mar. sub Anton. *Sur. tom. 1.*

19 Pontianus m̄. sub eodem. quo tempore S. Constantius Perusiæ.
11 Apr. Isaac Monach. *Cuius S. Gregorius Pap. meminit lib. 3. Dialog.*
18 Mai. Felix Ep. m̄. sub Maximiano. *Cat. lib. 5.* vbi Epis. Spalensis legitur.
10 Dec. Carpophorus presb. Abundius Diac. mart. cum alijs sub Diocl. *Ado.* qui passus ait apud Hipolitanam C.
24 Gregorius presb. m̄. sub Diocl. & Maxim. *Sur. lib. 6.*
30 Sabinus Ep. Exuperantius & Marcellus Diac. Venustianus præso, cum vxore & filijs mart. sub Maximiano. *Cat. lib. 2.*
* { 6 Sept. Eleuterius Abb. de quo S. Greg. lib. 3. Dial. sibi contemporan.
16 Dec. Militius Ep. *Ex Maurol.* }
* Stabiæ, *Castel à mare di stabia.* C.E. antiqua Campan. litor. apud Sarni fl. ostia, & Surrentum C. interiacens, à Sylla deleta, sed postea restaurata, exigua est, à Neapoli in meridiem ad X. M. P. distans.
* 19 Ian. Catellus Epis. S. Antonini Abb. Surrentini contemporaneus. Ex Paulo Regio.
Stabulum Rhodis, *Malaualle.* Locus Hetruriæ, apud M. Prunam, & lacū Prillem, in Territ. & Diœces. Rosetana, vbi Eremitarum monasterium: quo loco S. Gulielmus asperam vitam duxit.
10 Feb. Gulielmus Dux Aquitaniæ, postea Eremita, opera S. Bernardi Abb. *Sur. tom. 1.* Corpus Roseti.
Stabulum alterum, *Stauelo.* Op. Belgij in ditione, & Diœc. Coloniensi, ad Siluam Arduennam, in Duc. Lucemburgen. confinio. Vbi monasterium Benedictinorum à S. Remaclo Episcopo Coloniensi cōstructum, Lymburgensi ciuitati proximum.
25 Ian. Poppo Abb. An. D. MXLVIII. apud Martianus migrat in Hannonia. *Sur. tom. 1.*
* 26 Iun. Babolenus Abb. S. Remachi succ. autor Monasterij Fossaten. Ann. D. DCCXVIII. *De quo in vita S. Remacli.*
Stylus, *Stilo.* Op. Magnæ Græciæ apud Cocinthum prom. inter Locros, & Sinum scyllacæum, qui ab eo incipit prom. ab oppido denominationem habente, quod op. veteribus Consilium dictum putatur, hac tempestate insigne, ac probè habitatum, à Hieracio C. in Aquilones ad XV. M. P. recedens, à Scyllacio C. in Meridiem ad XXII.
24 Iun. Ioannes Therestus Conf. quem illi appellant Theotistū, & Episcopum faciunt.
* Bartholamæus mon.
Sublaqueusr & Sublacus, *Sollago* seu Subiaco. op. Latij intra M. Trebulanos, in Equicolis apud Symbriuium lacum, antiquum, & haud obscurum, inter Tiburtes, & Calsiolos, V. vltra Nomentum, & Vicum Varronis in Sabinis, à Tibure, & Præneste quasi æquè distans, à Tibure in ortus ad XXIIII. M. P. ab Vrbe Roma sup. XXXIX. Ex lacu autem Symbriuio Anien. effluit fluiceses.
13 Oct. Chilidonia V. Abb. monast. quod ex illa hodie nominatur. Corpus ibidem. *Acta apud Monachos sublacenses.*

* Suana, *Soana.* C.E.Hetruriæ antiqua, apud Osam fluuiolum in Ditionis Senensis,& Patrimonij confinio,inter Aquulam, à qua in occ. ad XII. M.P.dissidet,& Rosolellas vrbem diruta à Senis ad L. M. P. recedens. Patria Gregorij VII.Opt.& Sanctissimi Pont.qui inter SS.relatus ibi & Salerni colitur.

25 Mai. Greg.VII.Pap.Corous Salerni.

* 15 Sept. Mamilianus Ep.Panorm. *Ex Tab Eccl Suanen.*

* Suellis *n.r.* C. E. Sardiniæ Mediterranea circa medium quoad latitudinem Insulæ,à Calari:quæ est Metropolis in occ.supra XXX.M.P. recedens. Nunc oppidulum nomen retinens, Episcopatu ad Caralitanum deuoluto.

23 Apr. Georgius Ep.Ann.D.MCXVII. *Ex Chron. Sardiniæ F. Dimæ Serpi.Ord.Minor.*

Suessio,& Suessiones, ac Augusta Suessionum, *Soißons.* C. E. Gall. Belg. perantiqua, ad citeriorem ripam Axonæ amnis, ex Picardiæ præcipuis vrbibus,inter Siluanectum,& Laudunum:à Siluanecto XII. à Lauduno IX. M. P. Gall.in Notolibycum, à Lutetia Parisiorum ad XXII. in Cæciam,à Rhemis in occ.æstiuum supra X.Monti trans Axonam, qui inter ipsam,& Laudunum intercedit,proxima.

8 Iun. Medardus Ep.Nouiomē.S.Gildardi Episcopi Rotomag. fratres.An.D.DLVI. *Sur.tom.3.*

14 Valerius,& Rufinus m̄.sub Diocl. *Momb.tom.2.*

15 Aug. Arnulphus Ep.An.D.MLXXXVII.Corpus Aldemburgi in Territ.Atrebaten. *Sur.tom.4.*

25 Sept. Principius Ep.S.Remigij Episcopi Rhemen.frater. *Sur. tom. 5.*

25 Oct. Crispinus,& Crispinianus nob.Rom.mar.sub Diocl. *Sur. tom.6.* Corpora Lucæ.

8 Nou. Godefridus Ep.Ambianen.XXXIV.An.D. MXIII. *Sur. tom.6.*

5 Feb. Vodalus Monach. *Mol in Add.*

* 19 Apr. Vrsmarus Ep. XVI.An.Domini DCCXIII. *Meyer.lib.1. Ann.*

5 Mar. Drausius Ep. *Ex Galesſ.Tabul citante.*

Suetia,quæ & Suedia,Regio Scandinauiæ,inter Nouegiam ad occ.M.Dofrinis separantibus,& Sinum Finnium ad ortus à Liuonina, & Finlandia diuidentem contenta,cui Gothia adAustrum hæret,in Septentriones Laponia Lacubus,ac amnibus distincta.

Vrbes,Vpsalis Metropolis, Holmia, Regia instar Venetiarum in aquis sita. Cæteræ Episcopales,Lincopa,Arboga,Stametia, & Scara.

22 Mar. Catharina V.S.Brigittæ filia. *Sur.tom.2.*

23 Iul. Brigitta Vidua Romæ migrat Ann. D. MCCCLXXXI. relata in Suetiam in monast.Vuastenen.conditur.

* 30 Brunolphus Ep. *Ex Galesſ.*

Sulcitana Insula, *Isola di S. Pietro. & Isola di S. Antioco.* Insula Sardiniæ continenti, vbi Sulci,seù Sulchi C.olim no.Colonia Rom. ac E. in ora Meridionali,adeò vicina, vt ad eam quandoquè sine nauigio transmeare liceat. Ibi templum D.Antiocho dicatum, quò finitimæ gentes ad diem festum S.Antiochi quotannis conueniunt, a Villa Ecclesiæ, vbi

Epi-

Episcopalis sedes Sulcitana, ad XXX. M. P. distans.

13 Dec. Antiochus mart. sub Hadriano. *Fara lib. de reb. Sard.*

Suppentonia, *Castel di S. Helia.* Pagus Hetruriæ apud M. Soractem, inter ipsum, & Nepitam C. proximam, Fescenniæ quoque vrbi propinquus, locus desertus, vbi adhuc Ecclesia manet.

11 Ian. Anastasius mon. cùm socijs. *Cat lib.* 1.

Surrentum, *Sorrento* C. A. Picentinorum, litoralis, ad Sinum Crateris, inter ostia Sarni fluminis Picentes à Campanis separantis, & Athenæum prom. inter vrbes Campaniæ hodie censa. Vrbs modica in monte: vino quondam celebris, eam Vicus, & Massa vrbeculæ paruo interuallo dissitæ, circonstant, à Neapoli in Austrum XXIV. M. P. abest, à Salerno in Africum ferè totidem, ab Amalphi in occ. vix. X.

14 Feb. Antoninus Abb. Casinen. Ann. Dom. DCXXV. sub Honor. Pap.

19 Mart. Quintus, Quintella, Quartilla, & Marcus mart. cum alijs IX. *Ado.*

16 Ian. Valerius Ep. S. Renati succ.
* 26 Athanasius Ep.
29 Baculus Ep. } Ex *Tab. Eccl. Surrent.*
6 Oct. Renatus Ep. sub Theodosio Imp.

* Susa, *Sus.* seu *Sustra.* C. Asiæ clarissima, Susianæ regionis caput, ad Eulæũ fl. interluentem, vna ex tribus vrbibus, in quibus Persarum Reges moras agebãt. Media ferè inter Babylonem, & Persepolim, supra CCCC. M. P. dissidens, à Persepoli in occ. à Babylone in ortum à Seleucia Magna in Eurum, ab Ecbatanis paulò in Austrum remotior.

28 Oct. Simon, & Iudas Apostoli mart. post conuersionem Regis Persarum apud Nisergam vrbem.

Sutrium, *Sutri.* C. E. Hetruriæ antiqua, via Cassia occurrens, inter Nepitam, & Forum Cassij, à via: quæ Viterbo Romam ducit, parum distans, circa Rosulum Vicum, Topho Scabro imposita: quam Cauernæ plures Topho exæso circunstant, ad paruitatem adductæ, & Incolarum paucitatem, ab vrbe Roma in Corum ad XXIV. M. P. distans, à Castro Inui totidem, in Cæciam, à Viterbo in Eurum ad XVIII.

23 Iun. Felix presb. m̃. sub Valeriano. *Sur. tom.* 4. Alij alibi eum passum scribunt.

* Syene, *Asna.* C. E. antiquissima Ægypti ad Nilum, in Æthiopiæ cõfinio, Romani Imperij in Africa limes, sub Tropico æstiuo, vbi sole cancri initium tenente nulla in meridie vmbra proijcitur. Vrbs olim clarissima, commune Æthiopum, & Ægyptiorum Emporium, ab Alexandria in Austrum ad DC. M. P. dissita, a Babylone, & Memphi paulo minus quingentis, quantum ferè à Meroe in Septent. abit.

* 9 Feb. Ammon, & Alex. mar. *apud Maurol.* sed alij hos in Cypro passos tradunt. *Gales.* enim scribit eos Sueui passos esse, & Ammonium addit: quem *Maurol.* obijsse conf. in Cypro Origenis discip. ait.

Syna, Vide Sina.

Synnada, C. A. Asiæ Phrygiæ, quondam nobilissimus cõuentus, & Metropolis, ampla, ad M. Dibymorum radices, magna subsequente ante illiã planitie, apud Docimæum olim vicum lapicidina nobilem, inde enim

Romam

Romam vſque lapides uehebantur, ex agro Synnadenſi, ea inter Eucarpiam ad occ. & Iuliopolim ad orientem, ſita eſt, hoc tempore nomen quidem retinens, ſed obſcura effecta, vti cæteræ ferè omnes ſub Turcarum Imperio.

24 Mar. Agapitus Ep. *Ex Suida.*
23 Mai. Michael Ep. ſub Leone Iſaur. co ob ſac. Imag. relegatus. *Menol*
31 Iul. Democritus, Secundus, & Dionyſius m̄. *Vſuard.* Maurolycus hos Synope paſſos ſcribit.
19 Sept. Trophymus, & Dorymedon m̄. *Metaph.*

Synope: Vide Sinope.

Syracuſæ, *Siracoſa.* & *Siragoſa.* C.E. antiquiſſima Siciliæ, & Inſulæ totius ampliſſima, ex IIII. vrbibus conſtans, & gemino portu prædita, olim populoſiſſima, Regia cuius ambitus non minor XXII. M.P. excluſis ſuburbijs, erat, inter vtrunquè portum conſtituta, terra, in mare inſtar peninſulæ excurrente. Hodie longè minor effecta, inter vrbes Siculas quartum obtinet locum. Vallis Notiæ, vt vocant, caput inter Leontinos: à quibus in Auſtrum ad XXX. M. P. recedit, & Pachynum prom. ab eo in Arctos. XL. M. P. diſtans, ab Enna in Eurum L X. duplo à Thermis Himeræ, à Panormo in ortus hibernos ſupra C L. à Meſſana in Meridiem CXX.

30 Mar. Zoſimus Ep. *Menol.*
25 Apr. Euodius, Hermogenes, & Calliſtus m̄. *Vſuard.*
9 Iun. Maximianus Ep. An. D. DXCVI. *De quo S. Gregor. lib. 3. Dialog.*
14 Marcianus Ep. I. à S. Petro Apoſtol. ord. Corpus *Cum actis Caieta.*
21 Rufinus, & Martia m̄. *Ado.*
13 Dec. Lucia V. m̄. ſub Diocl. *Sur. tom. 6.*
Baſſianus Ep. m̄. ſub Claudio Imp. *Ex Leand. Albert.*
Eulalius Ep. qui S. Fulgentium Epiſcopum Ruſpen. hoſpitio excepit.

Syria, *Soria.* Aſiæ Regio maxima, multis prouincijs conſtans, cuius longitudo ab Anthedone in confinio Ægypti ad Samoſata in Armeniæ minoris confinio ſupra quingenta M. P. continet: latitudo inter Mare Syrium, & ſolitudines Palmirenes ſupra CCC. Comagenem complectitur, eam, quæ propriè Syria nominatur, Phœniciam, Palæſtinam, Cælesyriam & Palmyrenam. Vrbes huius temporis claræ, Hierapolis Comagenes, Antiochia Syriæ, Tripolis Phœniciæ, Hieroſolyma Palæſtinæ, Damaſcus Cœleſyriæ, & Palmyrenes Palmyra.

14 Ian. Iulianus, Saba Senior, ſub Valente. *Theodorus lib. 3.*
6 Mar. Quadraginta duo, in quibus Theodorus, Conſtantius, Theophilus, & Baſſus martyr. Amorij comprehenſi. *Menolog.*
16 Habraham Eremita: de quo Sanctus Ephrem. *Metaphraſtes.*
20 Paulus, Cyrillus, & Eugenius martyris. cum alijs. IIII. *Vſuard.*

Item Photina, Samaritana, Ioseph, & Victor filij, *Sebastianus Dux, Anatolius, Photius, Photices, Parasceue, & Cyriaca sorores m̃. Menol.*

24 Seleucus Conf. *Vsuard.*

7 Apr. Aphrates Anachoreta, sub Valente. *Theodor.lib.4.*

14 Mai. Victor, & Corona m̃. sub Anton. *Metaphr.* Corpus Victoris Volaterris. sub die 13. Mai.

5 Iul. Domitius m̃. *Ado.*

21 Ioannes Mon. Socius Sancti Symeonis. *Lipom.tom.6.*

31 Monachi CCCL. m̃. sub Anast. pro defensione Concilij Chalcedonen.

12 Aug. Macarius & Iulianus m̃. *Ado.*

25 Iulianus m̃.

12 Oct. Eustachius presb. *Vsuard.*

21 Malchus Mon. *Cuius meminit S.Hieron.*

T

TAgasta, *n.r.* C. E. olim Africæ Mediterranea, inter Hipponem Regium, & Siccam Coloniam Rom. olim insignem, ab Hippone in Phœnicem, seù Euronotum ad L. M. P. distans, S. Augustini Episcopi Hipponen. & Doctoris maximi natalibus clara, hac tempestate propè extincta.

17 Apr. Mapalicus m̃. cum alijs plurimis. *De quibus S. Cyprianus in epistola ad Martyres.*

31 Iul. Firmus Ep. *Cuius S. August. meminit lib. contra Mendac.*

15 Aug. Alipius Ep. Sancti Augustini discip. *Cuius ille meminit frequenter.*

* Leontius Ep. *De quo Augustinus Serm. 13. de diuersit.*

Tarantasia, quæ est Monasterium. *Moutier. & Tarantaise.* C. A. Allobrogum, in Centronibus Gall. Narbonen. Vltra Alpes Graias, inter Augustam Prætoriam vrbem Italicam, & Ciuaronem, seù Camberiacum, apud Hisaram flumen. Vrbs parua, at munita, Ducis Sabaudiæ, ab Augusta Prætoria in occ. æstiuum ad XII. M. P. Gall. à Camberiaco, in ortus ad VIII. à Geneua in Phœnicem XIII. à Mauriana in Septentriones IX. propè distans.

8 Mai. Petrus Ep. sub Eugenio Pap. III. Ann. Domini MCXL. *Sur.tom.3.*

Tarascum, Tarusco Ptolom. & Strab. *Tarascon.* op. antiquum Gall. Narbonen. ad Citeriorem Rhodani ripam, contra Belcarum op. ripæ vlteriori impositum, inter Auenionem, & Arelatum, inde VII. M. P. Gall. in Austrum, hinc in Arctos V. dissitum.

29 Iul. Martha V. Mariæ Magdalenæ, & Lazari soror. *Catalog. lib.6.*

* Tarba, cuius Pop. Tarbelli. *Tarbe.* C.E. antiqua Gall. Aquit. apud Pirenæi M. radices, ad Aturium flumen, vrbem in plano ex IIII. veluti vrbeculis compactam irrigantem Bigerronum, seù Bigorrensis Comit. caput, inter Lordunum, & aquas Tarbellicas.

* 1 Mai.

* 1 Mai. Iustinus Confess. Ex *Adone*.

Tarentum, *Taranto*. C.A. Magnæ Græciæ antiquissima, & olim armis, & literis florentissima, ex primis Italiæ vrbibus, apud Taræ fl. ostium in Regionis extremo, vbi Salentini; in quibus hodie censetur, incipiũt, in parua chersoneso inter Sinum Tarentinum, & portum amplissimum constructa, forma longiuscula, à paucis habitata, ijsque magna ex parte piscatoribus, extincta penè nobilitate, antiquæ vrbis ruinæ ingentes adhuc monstrantur. Ipsa vero, & si adeò exinanita est, populi frequentia omnes terræ Hydruntinæ vrbes, Aletio excepto, superat, à Brundisio in Austrolibycum XXXVI. M. P. recedens, quot à Matera in ortus æstiuos, à Rosciano in Septentriones supra X L. à Neapoli ad CLXX. in ortus hibernos.

10 Mai. Cataldus Ep. Corpus ibi. *Cat. lib.* 4.

Taracina, ante Anxur. *Terracina*. C.E. Latij, maritima, antiqua, apud Vfentis fluminis ostium, & Pontinam paludem, haud longè à lacu Fundano, vltra Circium prom. in Regno Neapolitani confinio, à Fundis prima eius Regni vrbe in Circium X. M. P. ab vrbe Roma in Eurum LVIII. à Caieta X X. à Signia ad X I I. Vrbs modica, cum arce satis firma.

22 Mar. Epaphroditus Ep. I. Apost. discip. *Metaph.*

7 Mai. Flauia, Domitilla V. à S. Clemente Pap. Consecrata m̃. sub Domit. *Ado.*

17 Iun. Montanus miles m̃. sub Hadriano. *Acta Caietæ.*

1 Nou. Cæsarius diac. Iulianus presbyter m̃. sub Claudio. *Sur. tom.* 6.

5 Felix presbyter, & Eusebius Monach. m̃. sub eodem. Ex *actis S. Cæsar.*

* 30 Oct. Leontius Conf. Ex *Maurol.*

Tarraco, *Tarragona*. C.A. Hisp. citerioris antiquissima, maritima, Thulci fluuiolo irrigata, in mare instar Peninsulæ porrecta, quondam clarissima colonia & totius Hispaniæ maxima, ex qua maxima Hispaniæ pars Tarraconensis dicta est, plurimarum urbium conuentus illustris, nunc modica, sed probè munita forma quadrata. Media inter Barchinonem, & Derthosam, vtrinquè XII. M. P. Hisp. plùs minùs dissidens, à Barchinone in Austrolibycum secedens, ab Ilerda in ortus hibernos totidem (Trigonum enim fermè æquilaterum Tarraco, Ilerda, & Derthosa cõstituunt) à Valentia in Aquilonem, & Cæciam ad XXXVII. à Maiorẽ Baleare in occ. æst. ad XXX.

21 Ian. Fructuosus Ep. Augurius, & Eulogius diac. m̃. sub Galieno. *Prudent. in Peristeph.*

25 Aug. Maginus m̃. *Flos SS. & ex tab. Tarraconen.*

* 28 Apr. Prudentius Ep. & Poeta, qui Martyrum gesta versibus exornauit. Alij Episcopum Turiasonen. faciunt, obijt Vxamæ. An. D. CCCXC. Tarraconem relatus. *Thesau. Conc.*

Tarsus, *Terassa* Incolis, *Tarso* nostris, C.A. Ciliciæ ad Cydnum fluuium interluentem, ex Tauro M. per valles in Cilicium pelagus profluẽtem, ab ora litorale parum distans. Vnde Amisum vrbem ponti Galatici breuior transitus, nam Asia inter duo Maria, Mediterraneum, & Euxinum,

ad hæc duo loca magis arctatur. Vrbs quondam totius Ciliciæ maxima, nobilissimaquè Academia, sed & nostra tempestate non obscura, sedes enim præfecti Turcarum est. Adanæ, vbi totius regionis est Satrapa, finitima.

28 Mar. Castos, & Dorothæus m̄. *Vsuard.*
27 Apr. Castor, & Stephanus m̄. *Vsuard.*
4 Mai. Pelagia V. m̄. sub Diocl. *Metaphr.*
14 Bonifacius Roman. m̄. sub Dioclet. *Metaphr.* Romam relatus.
6 Iun. Viginti m̄. sub Maximiano. *Cat. lib. 5.*
16 Quiricus puer triennis, & Iulitta mater m̄. sub Dioclet. *Metaphr.*
22 Aug. Athanasius Ep. m̄. & Anthusa, cùm duabus seruis m̄. sub Valer. *Menol.*
11 Oct. Taracus, Probus, & Andronicus m̄. sub Diocletiano. *Metaphr.*
Item Zenais, & Pilonilla Sorores Pauli Apostoli propinquæ, & disc. *Menol.*
1 Nou. Cyrinia, & Iuliana m̄. sub Maximiano. *Menol.*
2 Eustochium V. m̄. sub Iuliano. *Cat. lib. 10.*

Taruanna, *Terouanne.* C.E. antiquissima Belgij, in Picardiæ, Artesiæquè confiniis, ad Lisam amnem non procul orientem, Morinorum antiqua sedes, & Metropolis: Quę à Carolo V. Imp. solo æquata iacet. Episcopali dignitate, & diœcesis diuisi. Pars enim Bononiæ contributa, & pars Audomaro: quæ vrbes ob euersam Taruannam Ep̄m habere cæperunt, ab Orgiaco, quæ regionis est caput, in circium ad X. M. P. Belg. distans, à Bononia in ortum æstiuum IX. ab Audomaro in Austrum II. M. P. dissita.

17 Feb. Siluinus Ep. *Vsuard.*
9 Sept. Audomarus Ep. III. An. D. DCXCV. Sancti Ansberti Synchro. sub Dagoberto Rege. Corpus in C. Audomaren. *Sur. tom. 5.*
8 Mar. Hunfridus Ep. sub Nicolao Pap. An. D. DCCCLXVIII. *Mol. in Addit.*
12 Apr. Erchēbodo Ep. VII. An. D. DCCXXXIIII. *Mol. in Addit.*
20 Iun. Bainus Ep. V. An. D. DCCXXX. obiit Fōtanellæ, vbi fuit Abb. *Mol.*
6 Nou. Vuinuocus Abb. Voromolthen. in Territ. sub Car. Caluo. *Sur. tom. 6.*
14 Dec. Folquinus Ep. XVI. An. D. DCCCLIII. *Ex M.S. in Monaster. Sancti Bertini.*

Taruisium, siue Taurisium, *Treuisi*, & *Treuiso.* C.E. Venetiæ ad Silim fl. circunfluentem, & intermeantem. Vrbs maximè munita: quæ sub Imp. Longobardorum floruit, totius regionis caput, vbi Ducis sedes erat, floruit & sub Gothis, ibiquè Totilam Gothorum Regem natum ferunt, & educatum. Inter Pataujum, & Concordiam obuia, à Patauio in Cæciam XXV. M. P. à Concordia in Africum supra XXX. à Venetijs in Circium XIIII. à Feltria in Phœnicem. à Ceneta in Austrum.

11 Iun. Parisius Bononien. Eremita Camaldulen. An. Domini MCCLXVII. *Sigon. in Hist. Bononien.*

30 Oct. Theonestus Ep. Altini. m̃. *Ex Ann. Taruiſ.*

* 22 Nou. Tabra, & Tabrata Diac. m̃. ſub Theodoſ. ſen. paſſi Altini ab Hæreticis. Taruiſij ſepulti. *Ex Ann. Taruiſ.*

Taurinum, quæ & Auguſta Taurinorum, *Turino.* C. A. Antiqua Galliæ Ciſalpinæ, & Tranſpadanæ, apud Padum flumen, in Liguriæ confinio. Vrbs quondam ſub Longobardis ex præcipuis Italiæ, Ducum ſedes. Nunc etiam clara, Pedemontanæ regionis caput, ac Ducis Sabaudiæ ſedes, vbi Senatus, & Academia, Duriæ fluuij aquis irrigata, in planitie ſita, forma quaſi rotunda, cùm arce munitiſſima, nõ admodum ampla, at optimè habitata, ciuium nobilitate, populi frequentia, & opibus omnes vrbes finitimas longè ſuperans. Media inter Aſtam Pompeiam, & Seguſium, vtrinquè ad XXVIII. M. P. diſtans à Mediolano in occ. ſupra LXX. à Genua in Corum ſupra LXXX.

25 Ian. Maximus Ep. doctiſs. S. Euſeb. Epiſcopi Mediolanen. & Hilarij Pap. Synchr. *Gennad. lib. de vir. Illuſtr.*

20 Nou. Octauius, Solutor, & Aduentor Thebæi. m̃. ſub Maxim. Corpora vnà *cum actis ibidem.*

* 28 Aug. Secundus m̃. ſub Diocl. Corpus ibid. Albintelmelij paſſus. *Mombr. tom. 2.*

* Taurianum, non *Terano.* op. Brutiorum Calabriæ vlterioris, proximum Nicoteræ, & Oppido, inter Hipponium, & Rhegium Iulium metropolim, ab eo in Septentriones ſupra XXV. M. P. diſſitum. Sed *Seminara* C. olim E. Calab. Inf. apud Metaurum fl. inter Metauriam vrbem dirutam & Scyllam op. notiſſimum, ea nũc iacet à Saracenis euerſa; Ex reliquijs Seminara op. amplum, & frequens conſtructum eſt.

31 Iul. Fantinus Ep. *Cat. lib. 6.*
* Philaretus, & ſoc. mon.
Zacharias, & ſoc. m̃.

* Tauroentium, poſtea Telona, *Tolon.* C. E. antiqua gall. Narbon. maritima cùm portu amplo, inter Maſſiliam, & forum Iulium, inter vrbes Prouinciæ haud ignobilis, ab Aquis ſextijs Metropoli in Euronotũ ad XV. M. P. gall. à Maſſilia in ortum ſup. XII. à foro Iulio in Africũ fere XVI.

* Gratianus Ep. I. S. Cleti Pap. diſc. *Ex Cabilonen.*

Tauromenium, *Taormina.* C. Siciliæ maritima, olim E. media inter Meſſanam metropolim, & Catinam, vtrinque XXX. M. P. diſſita, antiqua Rom. Colonia, ſuper alto, quod mari imminet, condita ſaxo, vbi nõnulla adhuc antiquæ nobilitatis monumenta cernuntur: quam geminæ arces loco editiore ſitæ, munitiſſimam reddunt, ab Aetna M. in ortus eſt ad XII. M. P. diſtat.

3 Apr. Pãcratius Antiochenus Ep. I. à S. Petro Apoſt. ord. *Metaph.*

Tenedus *Tenedo* Inſula Maris Aegæi apud Helleſpontum, Troadis continenti valde propinqua, à Sigæo prom. in occ. vix XII. M. P. diſtans, ab Helleſponto in Auſtrum XV. à Leſbo in Arctos ſupra L. circuitu non amplius X. circa medium plana, cùm vrbe E. eiuſdem nominis. Ibi fontem circa Solſtitium æſtiuum à III. noctis hora in VI. exundantem, cæterum exiccari autor eſt Plinius.

15 Iul. Abudemius m̃. ſub Diocl. *Menol.*

Terdona, quæ antiquis Derton, & Dertona. *Tortona.* C. E. antiqua Liguriæ, apud Iriam flumen, & ſub Apenn. M. collibus, colonia Rom. quondam

clara,

clara, & ampla, vti rudera testantur nunc parua, in longum sub Monte extensa, partim colle assurgens, cùm arce loco editiore extructa, Diœcesim habet patentem, & agrum amplum intra montes præsertim excurrentem, & fertilem. Ipsa media est inter Placētiam, & Genuam, à qua in Septentriones XL.M.P. abest, a Mediolano, in cuius Ducatu censetur, in Austrum LXV. à Papia XXV. Alexandriæ proxima, ab ea X.M.P. in Ortum distans. Vide Derton.

Tergestum, & Tergeste, *Trieste*, C.E. antiqua Carnorum, litoralis, in Histriæ confinio, inter Aquileiam, & Iustinopolim, Pucino proxima, vltra Aquileiam ad orientem Solem ad XXX. M. P. Vrbs cum arce munita, Principibus Austriacis parens, ex ea Sinus Tergestinus nominatur.

2 Nou. Iustus m̄. sub Diocl. *Cat. lib.* 10.

* 11 Mai. Primus, Marcus, Iason, & Cęlianus m̄. sub Hadriano. *Cat. lib.* 4.

24 Seruulus m̄. sub Numeriano *Cat. lib.* 5.

* Tetina, *Taintz*. Op. Germ. magna in Bohemia, inter Launam, & Slaniam proximas vrbes, à Praga Regia in Occidentem ad V. M. P. Germanica distans.

Tetina altera, C. Bohemica ad Vattum amnem apud Siluam Bohemicam & Bauariæ Transdanubianæ confinia, media inter Pilsinam vrbem Bohemiæ, & Campum vrbem Bauariæ, à. Pilsina in Austrum, & Notolibycum ad V.M.P. Germ. recedens.

* 16 Sep. Ludmilla Ducissa m̄. Corpus Pragæ. *Ex Ann. Bohem.*

Thabor, M. Palæstinæ celebris in Noua, & veteri lege, excelsus valde inter cæteros Galilææ Montes, ei qui Hermon dicitur, propinquus, inter Naim, & Nazareth, in planitiæ ab alijs montibus diuisus, à Naim in Septentiones V.M.P. à Nazareth in phœnicem VII. distans, sic etiam num dicitur, sed Ecclesia, quæ in eius Summitate erat, euersa, multis adhuc ruinis ex lapide extantibus. Hunc Peregrini Solent inuisere, quod in eo Saluator transfiguratus fuerit.

Thagura, C. olim E. Africæ proprie dictæ, mediterranea inter Murem, & Cirtā: à qua in Euronotum supra LXXX. aberat, Narangaræ, & Thebessæ finitima. Quæ an extet, & quod nomen habeat, scire non potui.

5 Dec. Iulius, Potamia, Crispinus, Felix, Gratus, & alij VII. m̄. *Vsuard.*

Theanum, *Teano*. C.E. antiqua Campaniæ, Sidicinum ad alterius Theani differentiam dictum, apud Massici M. radices, nec procul à Falerno (cuius Vina à veteribus adeo celebrantur) inter Suessam, & Cales, proximas vrbes, à Suessa in ortum VI.M.P. à Calibus IV. à Capua in occasum ad XII. à Neapoli XXVIII. distans, mediocriter habitata.

5 Aug. Paris Ep. I. à S. Siluestro Pap. ord. Sancti Basilij magni in literarum studio Athenis socius. *acte in ecclesia*

7 Dec. Vrbanus Ep. Sancti Amasij Suc. *Theanen.*

* 23 Ian. Amasius Ep. Sancti Paridis succ. à S. Iulio Pap. ord.

Thebais, Regio Ægypti inferioris, iuxta Nilum fluuium: sic à primaria vrbe dicta, quæ Thebæ, & Diospolis magna appellata est, adeò ampla, vt centum constaret portis. Media fere inter Memphim Regiam quondam Ægypti apud Delta Magnum, & Syenem Ægypti limitem Australem, ab eis supra CC.M.P. distans. Cuius regionis vrbes quondam

claræ

claræ, Thebæ, Syene, Coptos, Panopolis, Apollinis Magna, Tentyra, & aliæ. Hic plurima olim cœnobia Monachorum, qui S.Antonij institutum sectante sanctitates floruerunt.

2 Ian. Macarius Abb.Sancti Antonij disc. sub Valente *Cat.lib.2.*
5 Plurimi mart.sub Diocl. *Euseb.lib.8.*
10 Paulus I.Eremita: cuius festum die 15.ab Oct. Epiphaniæ fit.
11 Palæmon Abb.S.Pachomij mag.
17 Ammonius Abb. sub Constant.Magno. *Metaph.*
28 Leonides, cum soc.m̄.sub Diocl. *Metaph.*
7 Mar. Paulus cognom. Simplex S.Antonij disc. *Cat.lib.2.*
13 Euphrasia V.Constantinop. sub Theodos. *Metaphr.*
3 Mai. Timothæus, & Maura coniunx mart. *Menol.*
14 Pachomius Abb.& Pater M.D.Monach.
20 Aquila mart.sub Diocl. *Menol.Gennad.de vir.Illust.*
12 Iun. Onuphrius Eremita. *Metaphr.* & Paphnutius.
28 Iul. Plurimi mart.sub Valeriano. *S.Hieron.*
27 Aug. Pæmon Anachoreta. *Ex vit.Patrum.*
11 Oct. Sarmata disc.S.Antonij.m̄. sub Saracenis.

* {
15 Ian. Isidorus Ab. *Ex vit. Patrum.*
3 Apr. Eugenius presb.à S.Gregor.Nazianzeno Ord.Diac. *Gennad.*
9 Iul. Zeno Abb. *Ex vit.Patrum.*
28 Helias Abb.Antinoi. *Ex vit.S.Pauli 1.Erem.*
9 Sept. Dorotheus Abb. *Ex vit.Patrum.*
11 Helias Abb.alter. *Heracl.in vit.Patrum.*
}

* Thebæ, *Stiues.* C.A.Bœotiæ (quæ est Græciæ regio) quondam clarissima, apud Asopum, & Ismeniũ flumina, ex primis totius Helladis vrbibus, cum quibus de primatu sub Epaminunda certauit, ab Athenis in Arctos ad XL. M.P. dissita, à Chalcide vrbe Euboica ad XXX.in occ.Ea sub Imp.Turcarum parua est, & obscura.

21 Nou. Rufus Ep.I.ex LXXII. disc. *Cuius fit mentio in Epistola ad Rom & ex Dorotheo in synopsi.*

Thebesta, *Tebeßa.* C.olim E.Africæ propriè dictæ præclara ad Rubricatum fluuium haud procul exorientem, à Tabracha vrbe litorali ad ostia dicti amnis, in Austrum supra CC. M.P. distans: quot ab Hippone in Phœnicem, à Constantina in Eurum supra C.in Regno Tunetano, à Tuneto ad CC.M.P.in Notolibycum recedens. Extant ruinæ, & marmoreæ Inscriptiones magnitudinem vrbis indicantes.

5 Dec. Crispina Fœm. nobilissima m̄. sub Diocl. *August. lib. de Virgin.*

Thecua, *n.r.* Op.Palæstinæ, in Mõte, apud quem ingens solitudo, in qua pascua Thecuæ in Scriptura sacra nominantur, inter Betlehem, & Lacum Asphaltidem, atque inter Hierosolymam, & Segor, ab Hierosolymis ad XXV.M.P. distans, locus hodie desertus.

31 Mart. Amos Propheta.
28 Mai. Plures Monachi mart.sub Saracenis Theodosio Iuniori Imp. *Io Callimachus collat 6.*

Theopolis, C.Syriæ, sic Antiochia ad Orontem C.præclarissima aliquando

do vel ob religionem, vel ob felicitatem dicta fuit, quasi C. quam Deus inhabitaret, tanta erat illius pietas, & Iustitia. Vide Antiochia.

6 Nou. Decem m̄. sub Saracenis. *Ex Adone.*

Thessalonica, *Salonichi*. C. A. Macedoniæ ad intimum Thermaici sinus recessum, olim, & nunc quoque florentissima, emporium maximum, quod mercatores ex omnibus penè nationibus frequentant, vrbs amplissima, & opulentissima, & cùm primis Turcici Imperij conferenda. Hebræis, Turcis, & Christianis habitata. Media ferè inter Dyrrachium & Cypselam vrbem Thraciam ad Hebrum, à Dyrrachio in ortus ad CCLXVII. M. P. tanta est Macedoniæ longitudo in Ionium mare, & Aegæum, à Byzantio in occid. æstiuum ad CCCLX. M. P. Inter Berroeam, & Apolloniam, à Berroea L. M. P. in Cæciam.

15 Mart. Matrona ancilla m̄. ab Hera ob fidem necata. *Ado.*
30 Domninus, Victor, & soc. m̄. sub Maximiano. *Menol.*
3 Apr. Agapes, & Chionia V. m̄. sub Diocl. *Metaph.*
4 Agathopodes Diac. & Theodulus lector m̄. sub Maxim. *Metaph.*
5 Irene V. m̄. sub eodem Agapis & Chioniæ soror. *Ado.*
5 Mai. Ireneus, Peregrinus, & Irene mart. *Ado.*
26 Iun. Dauid Eremita. *Menol.*
4 Aug. Aristarchus Ep. I. Comes S. Pauli Apost. mar. sub Nerone. *Menol.*
30 Fantinus Monach. *Menol.*
1 Oct. Domninus m̄. sub Maxim. *Menol.* videtur idem cum superiore.
8 Demetrius Proconsul. m̄. sub Maxim. *Metaph.*
Item Nestor mart. sub eodem. *Nicephor. lib. 7.*
13 Florentius mart. *Menol.*
9 Nou. Alex. m̄. sub Maxim. *Menol.*
30 Dec. Anysia m̄. sub Maxim. *Metaph.*

Thinnissa, siue Thinissa. C. olim cùm staret E. Africæ propriè dictæ maritima, apud Apollinis prom. inter Tabracham, & Vticam: à qua in occ. ad XVI. M. P. recedit. à Tabracha in Aquilones, & Cæciam supra XX. Hanc nunc *Tamaclati* dici tradunt, situs non repugnat.

6 Nou. Felix m̄. *Cuius S. August. super Psal.* CXXVII. *meminit.*

Thmuis, C. olim E. Aegypti, apud Mendesium Nili ostium, Nomos, seù Præfectura, à Pelusio in occid. hibernum dissidens, Taniticæ vrbi proxima. Quæ, nisi sit, quæ *Migni* nunc dicitur, ignoratur, aut perijt, ab Alexandria aberat in ortus ad CXL. M. P. totidem à Babylone in Septentriones ferè, à Pelusio supra LX.

4 Feb. Phileas Ep. & Philoromus Tribunus Militum marty. cū alij multi m̄. sub Diocl. *Euseb. lib. 8.*

Thiora, quæ & Thora, C. olim Sabinorum, antiquissima: nūc oppidulum agri Reatini apud Velinum lacum, à Reate vix V. M. P. in via: quæ Romam ducit, recedens. Vbi non satis mirari possum Leandrum Albertū: qui Thioram *Todi* C. interpretatur.

9 Iul. Anatolia V. & Audax marty. sub Decio. *Acta in eccles. Thorana. Ado.* pro Thora, Tyri deceptus scribit. Extat op. non obsc. Vmbriæ: S. Anatoliæ nominatum.

Thra-

Thracia, *Romania*, Regio Europæ, inter Hæmum M. in Septẽtriones, & Mare Ægæum in Austrum Contenta: quam ad Orientem Solem Hellispontus, Propontis, & Euxini maris pars definiũt, ad occ. verò Nesus fluuius à Macedonia Separat. M. Rhodope in longitudinem excurrit, Hebrus, & Arzus amnes irrigant. Vrbes illius quondam clare, Byzantium. Perinthus, vel Heraclia, Callipolis: Ænos, Abdera, Apollonia, Anchialus, Mesembria, Deueltus, Nicopolis, Philippopolis, Hadrianopolis, Apræ, Lysimachia. Nunc Fulgent præ ceteris Constantinopolis Regia Turcarum, totius Europæ maxima, in orientem maxime recedens, Hadrianopolis, Turcarum sedes, ante captum Byzantium, & Calliopolis.

12 Iun. Olympius Ep. Æni, sub Constantio, sed pulsus. *de quo S. Athanas. in epistola ad Solitarios.*

20 Aug. Seuerus, Memno Cẽturio, cum alijs XXXVII. m̃. *Menol.*

29 Sep. Eutychius, Plautus, & Heraclius m̃. Abderæ. *Menol*

Tibur, *Tiuoli.* C. E. antiqua Latij ad Anienem fluuium in colle, sub altis montibus, inter quos amnis antedictus, rapidus, pręcepsque in subiectam vallem defertur. Media ferè inter vrbem Romam: à qua in Cæciam ad XVI. M. P. abest, & Calseolos, Præneste, & Tusculo proprior ab eis ad XII. M. P. recedens, Homento Vico Varronis adhuc propior, & Sublaqueo, Olim præclarior.

12 Ian. Zotius m̃. Sanctæ Simphorosæ maritus, de quo et sub die 10. Iunij sub nomine Getulij, altera enim dies natalis, altera traslationis est.

4 Iun. Quirinus m̃. corpus in eccl. S. Lauren. sub altare Sanctissimi Saluatoris. *ex monum. Ecclesiastico Tiburtinæ.*

17 Iul. Generosus m̃. Corpus ibi sub maiori altare Eccl. S. Laurenti. *ex Tab & monum. eccl. Tiburtinæ.*

18 Iul. Symphorosa vxor Getulij, cum VII. filijs, Nemesio, cresan. Iuliano, Primitiuo, Iustino, Stacteo, & Eugenio m̃. sub Hadriano corpora Romæ. Pio IV. Pont. inuenta *Mombr. tom. 2.*

1 Nou. Seuerinus monac. *Cat. lib. 2.* Corpus ibidem.

* 11 Sep. Venerius Abb. S. Romualdi Synch. An. Do. DCCCCXC. *Cat. lib. 8.*

24 Oct. Maiorius m̃. sub Henrico Rege. *ex Gales.*

* Tifernum Tiberinum, *Città di Castello.* C. E. Vmbriæ antiqua, in amœna planitie apud Tiberim flumen, Perusiæ, Aretio, Tiferno alteri, & Eugubio ad XX. M. P. proxima. Burgo Sãcti sepulchri propior ad VIII. M. P. à Perusia in septentriones, & circium recedens, ab Aretio in orien tem æstiuum. Vrbs amplior post Spoletum cæteris, agro ferace prædita vinoque abundans.

1 Iun. Crescentianus miles m̃. sub Diocl. Corpus Vrbini, *ubi eius Acta m. S. Gregor lib. 3. Dialog. cap. 35.*

26 Sep. Amontius presb. m̃.

* 8 Lul. Illuminatus Confess. *ex Tab. Eccles. Tifernatis.*

* 13 Nou. Floridus Ep. m̃. *ex Tab. Eccle. Tifernatis.*

Tifernum alterum Metaurense, S. *Angelo in vado.* C. Olim E. Vmbriæ, ad

Metaurum amnem præfluentem, in valle amœna, montibus, ac collibus septa: nisi qua fluuius decurrit, nunc Op. præclarum, vrbibus multis conferendum, inter Tifernum, Tiberinum, & Vrbinum metropolim: XX.M.P. interuallo dissitum.

Tingis. *Tangeri*. C. Olim E. Mauritaniæ clarissima, litoralis: ex qua Prouincia Tingitana tanquàm ex Metropoli, & primaria vrbe dicta est, apud fretum Herculeum ex aduerso Cartheiæ vrbis Hispanæ: a qua freto intercedente in meridiem ad XXV.M.P. distat, Inter septam, & zilium, à Septa ad XXX.M.P. recedens in occ. Hodie obscurior sub Lusitanis cæteris oræ vrbibus.

30 Oct. Marcellus Centurio m̄ sub Diocl. Corp. Legione. *Flos SS.*
3 Dec. Cassianus m̄. sub Diocl. off. exceptoris erius fundus. *Ado.*
* Victoria, & Basilea m̄. *ex Cabilonen.*

Tolentinum, *Tolentino*. C.E. Piceni, apud Chientum fl. & Montium radices, Media inter Fulginium C. Vmbiæ, & Anconem Piceni primariam, vtrinque supra XXX.M.P. dissita, à Camarino Metropoli in Cæciam ad XV.M.P. à Macerata in Austrum & Austrolibycum X. Septempedæ proxima ad V.M. recedens.

10 Sep. Nicolaus Ord. Eremitarum. ab Eugenio IV. Pap. inter SS. relatus. Corpus ibi. *Ex Breuiar. Rom.*
* 11 Dec. Cateruus cum Septimia vxore m̄. *Ex Tab. eccl. Tolentin.*

Toletum, *Toledo*. C.A. Hisp. Tarraconen. antiqua, ad Tagum fl. circumfluētem, Nouæ Castellæ Caput amplissima metropoli, vmbilicus Hispaniæ, in colle, quo aqua ex flumine miro artificio vsque in ædes regias perducitur. Vrs ampla, & Regia, (tametsi Reges in oppidis multis ab hinc amnis morari Solent) nobilissima, cuius ecclesia Cathedralis maxima, auro gemmis ornata, augustissima est & omnium ecclesiarum, non modo Hispaniæ: sed & totius orbis ditissima, vt ausim affirmare. Archiepiscopum Toletanum, qui primas est Hispaniæ, tot redditus haberi, qui omnes Episcoporum Italiæ redditus in vnum collectos superent id etiam certum, plus ab Archiepiscopo Toletano solo possideri, quàm ab omnibus Episcopis Galliæ simul acceptis, tanta fuit Regum Hispaniæ erga Ecclesias suas pietas.

Media ferè inter Cæsar augustā, & Hispalim LXIII. M.P. Hisp. dissidēs, inter Burgos, & Granatū, ad LII. inter Vlyssiponē, & Tarrac. LXXXVI.

23 Ian. Ildefonsus Ep. IV. Sancti. Eugenij Succ. Ann. Domin. DCLXVII. *Sur. tom. 2.*
18 Feb. Helladius Ep. *ex S. Ildef. li. de vir. Ill.*
8 Mar. Iulianus Ep. Sancti Quirici succ. An. Dom. DCXL.
12 Iul. Marciana V. m̄.
22 Aug. Fabricianus, & Philibertus m̄.
25 Seguntius Ep. I. ab Apostolis ordinatus. *Moral. lib. 12.*
5 Sep. Obdulia V. An. Dom. DCXLV.
13 Nou. Eugenius, Ep. III. An. Do. DCLVII.
15 Eugenius Ep. m̄. I.
9 Dec. Leocadia V. m̄. sub Diocl.

(8 Mar. – 9 Dec.:) *Flos SS. & Thes. Conc. Tom. 11. & Tab. Eccl. Toletana.*

2 Apr. Bernardus Ep. Ann. Domini MCXL. *Ex Chron. Roderici lib.7.*
9 Cassilda V. Regis Toletani filia. Ann. D. MXLVII. *Thes. Conc.*
9 Mai. Iustus Ep. S. Helladij succ. Ann. Domini DCXLVI. *Moral. lib. 12.*
3 Nou. Eugenius alter Ep. S. Iusti succ. *Ex S. Ildelfonso lib. de Virg. Illust.*
Eugenius alter Ep. *Ex eodem.*
Quiricus Episc. V. Sancti Ildefonsi succ. *Ex vit. eiusdem Ildef.*

Tolosa, *Tolouse* Gallis, *Tolosa* Italis, C.A.gall. Aquit. antiqua, ad Garumnæ flum. citeriorem ripam. Metropolis, & caput Regionis Occitanæ, vbi Senatus, & Academia nob. vrbs ampla, præclara, opulenta, elegans, nulli post Lutetiam vrbium Galliæ secunda. Multa ibi antiquitatis, & magnitudinis monumenta, in quibus, Amphitheatrum. Media quasi inter Narbonem, & Burdigalam, à Narbone in occ. æstiuum ad XXIII. M.P. Gall. dissidens, à Lutetia Parisiorum CXII. in Austrolibycum.
17 Feb. Siluinus Ep. Ann. Do. DCCXV. apud Taruannam obijt. *Turon lib. 2.*
19 Aug. Ludouicus Ep. Siciliæ Regis filius Minorita. Corpus Massiliæ in Eccl. fratrum Minorum. *Sur. tom. 4.*
28 Sept. Exuperius Ep. qui calice vitreo vtebatur, & Eucharistiā Canistro viminacio ob paupertatem deferebat. *De quo S. Hieron Epist. 4. ad Rusticum.*
29 Nou. Saturninus Episc. I. mart. sub Decio. Ciuis Pompelonen. *Sur. tom. 6.*
30 Apr. Erembertus Ep. obijt in Monast. Fontanellæ *Trith lib. 3.*
1 Mai. Orientius Ep. *Ado.* sed hic Ep. fuit Auxitanus.
Hilarius Ep. S. Saturnini succ.
Siluius Ep. qui Basilicam S. Saturnino dicauit.

Tomi in Scythia, quæ & Tomos C.E. antiquissima, Mysiæ inferioris, apud Euxinum mare, citra meridionale Istri ostiū, inter Istropolim, & Dionysiopolim eiusdem oræ ciuitates. Ouidij Poetæ exilio memorabilis, quæ nunc. *Proslauiza* dici videtur, quantum ex situ conijcere licet. Sūt, qui, Tomos *Kiovv* ab Incolis appellari scribāt, quod ibi lacus sit, appellationem adhuc ex Ouidij nomine retinens. Sed Kiouia non in Mysia; at in Sarmatia Europea in Lituania ad Boristhenem flumen sita est, amplissima quidem C. & metropolis, nostra tempestate solo æquata, ab Euxino Mari, & ostio Boristhenis in Arctos supra CCXXV. M.P. dissita: Quæ forte olim Tomi dicta fuit.
25 Ian. Britannio Ep. sub Valente Imp. *Sozom. lib. 6.*
3 Apr. Euagrius, & Benignus m̄. *Ado.*
20 Theotimus Ep. sub Arcadio Imp. *Socr lib. 6.*
5 Iul. Marinus, Theodotus, & Sedopha m̄. *Niceph. lib. 15.*

Tomi in Ponto, C. olim Cappadociæ, forte quæ Straboni Tomisa dicitur. Castellum Cappadociæ clarum, vt ait ille, vbi Licinius Imperator Carnificinam martyrum exercuit. Cuius tamen loci nullus veterum præter Historiæ martyrum scriptores meminit.

2 Ian. Argeus, Narcessus, & Mandellinus seu Marcellinus fratres m̄.sub Licinio. *Ado.*

20 Iun. Pambus, seu Paulus, & Cyriacus m̄. *Vsuard.*

27 Aug. Marcellinus, Tribunus, Manna vxor Ioannes, Serapion, & Petrus filij m̄. *Ado.*

1 Oct. Priscus, Crescens, & Eugenius m̄. *Ado.*

Tornacum, *Tornay*, & Germanicæ *DornicK*. C.E. antiquissima Belgij metropolis Neruiorum Scalde fluuium diuisa. Vrbs ampla, nobilis, clero, & mercimonio clara, inter præcipuas Flandriæ vrbes in Hannoniç cōfinio, media quasi inter Cameracum, & Gandauum: à quo in Austrolibycum XII.M.P.Belg.dissidet. Insulæ, Duaco, & Montibus proxima, ab Insula in ortus V.M.P.dissita.

20 Feb. Eleutherius Ep.S.Medardi Episcopi Nouiomen.sodalis. Ann.D.DXXIX. Corpus & Acta ibi. *Sur.tom.1.*

1 Oct. Piaton presb.mart.sub Maximiano S.Quintini soc. *Cat. lib.9.*

* Tornodorum, *Tonnerre.* Op.gall. Celt.in Burgundiæ, & Bryæ confinio, in Diœcesi Lingonen.Comitatus Tornodoren.caput, vbi monasterium Reomacen. non longè, inter Antisiodorum C. & Castellionem op. ad Sequanam, ab Antisiodoro in ortus ad X.M.P.Gall.dissitum.

* 22 Sept. Ioannes Abb. Reomacen. *Turonen. de Glor.confess.*

Tranium, *Trani.* C.A.Apuliæ Peucetiæ litoralis, non obscura, in planitie, in mare porrecta, elegans, & ampla, at rariores incolas habens, inter Barulum op.amplissimum, ad ostia Aufidi, & Vigilias V.aut VI.M.P.dissita, à Bario in occ.æstiuum XXV.à Manfredonia vb.Si puntum in ortus ad XL.à Neapoli in Cæciam CXIIII.M. P.recedens.

* 2 Iun. Nicolaus Græcus peregrinus, sub Vrbano Pap.II.Corpus ibi. *Cat.lib.5.*

Traianopolis, *Traianopoli.* C.A.Thraciæ ad Hebrū flumen, vbi pons lapideus, inter Aenum vrbem litoralem, apud Hebri ostium, & Cypselam, vrbem mediterraneam: propiorem: à qua in libonutum ad XV. M. P. dissidet, ab Hadrianopoli in Austrum ad XL. Apris etiam finitima.

16 Iul. Eustachius Ep.Antiochenus, sub Cōstantio Exul. *Ex lib. 2.Hist.Tripart.*

* Theodolus Ep.Traianopolit.sub eodem, ob eandem causam vexatus.

Traiectum superius, quod etiam ad Mosam cognominatur, *MastricK*. C. olim E.Germaniæ Inferioris, seu Belgij in Brabantia Mosa fluuio diuisa, Duci Brabantino, & Episcopo Leodiensi parens, ante Leodium Tungrensium Episcoporum sedes. Vrbs ampla, egregiè munita, & opulenta, inter Tungros ad occ. & Aquisgranum in ortum recedentes IV. M. P.Belg.spatio dissita, à Leodio in Aquilones supra II.M.P.à Ruremunda vrbe Geldriēsi in Austrolibycum VI.à Louanio in ortum quasi XII. distans.

13 Mai. Seruatius Ep.X.Tungren.SS.Hieronymi, & Ambrosij Doct.synchr. *Cat.lib* 4. Auctor libri SS. Regni Neap. S.Seruatium Traiecto op. memorati Regni attribuit, ex ignorantia.

10 Sept. Theodardus Ep.S.Samaeli succ. *Sur.tom.5.*

16 Iul.

16 Iul. Monulphus,& Gandulphus Ep.Tungren. *Ado.*
* 3 Sept. Remachus Ep.ſub Sigeberto Rege. *Sur.tom.5.*

Traiectum inferius,quod & ad Rhenum ad alterius differétiam dicitur, aliquando Antonina, *Vtrecht.* C.E. antiqua . Batauorum ad Rhenum interluentem,in Hollandia , tametſi ab Hollandiæ comitatu ſeparata regionis Vltraiectenſis caput eſt : ſub qua octo vrbes, oppidaue continentur.Vrbs nobilis,elegans, & ampla,inter Amſterodamum,& Bommelam,ab Amſterodamo in Eurum ſupra V.M.P. Holland. à Lugduno Batauorum in Auſtrum ſupra VI.quot fermè à Dordraco,& Boſco Ducis,à Traiecto ad Moſam in Circium ad XVIII.M.P.recedens.

6 Feb. Amandus Ep.à S.Rhemigio Epiſcopo Rhemen.ord. *Sur. tom.1.*
28 Iun. Benignus Ep.m̄. *Mol.in Add.*
18 Iul. Fridericus Ep.m̄.ſub Ludouico Imp.S.Bonifacij Moguntini ſynch. *Sur.*
25 Aug. Gregorius Ep.III. Ann.Domini DCCLXXXIV. *Mol.in Add.*
7 Nou. Vuillibrordus Ep.ſub Pipino. *Sur.tom.6.*
21 Aug. Adelbertus,& Aufridus Epiſcopi. E*x Cabilinen.*
5 Oct. Rexfridus Epiſ.VII. Ann.Domini DCCCXXXVI. *Sur. tom.2.*
* 3 Mai. Aufridus Ep. XVIII. ſub Othone III.obijt Amorfordiæ. *Trith.lib.3.*
21 Aug. Albericus Ep.III. *Trithe lib.3.*
29 Nou. Rutholdus Epiſ.alijs Radbodus. *Ex Galeſ.* Corpus Dauentriæ.

Tranſaquæ, *Tranſacco.* op.Latij in finibus Marſorum, apud lacum Fucinum,& Albam Marſorum,Celano oppido, ex quo lacus prædictus denominatur proximum,ad VI.M.P.ab Alba in Auſtrum paulò remotius, à Sora in Septent.ad XX.M.P.diſſitum.

31 Aug. Cæſidius presb.m̄.cum ſoc.ſub Maxim.E*ius ex Rufini Epiſcopi acta in eccleſia Marſicana ſeruantur.*

* Trapezus, *Trabiſonda.* C.A.Cappadociæ in ora maris Euxini, antiquiſſima,& præclariſſima, olim ſedes Imperij:nam qui Regioni præerat ſub Chriſtianis Imperatoribus,cùm ab eis defeciſſet, ſibi nomen Imperatoris vſurpauit,quoad à Turcis victus,regionem cum Principatu amiſit.Ea etiamnum florens eſt , Satrapę Turcarum ſedes,& emporium finitimarum gentium. Media penè inter Byzantium,à quo in ortum æſtiuum ad DCCL. M.P.abeſt, & Ecbatana orientalem Imperij Turcici limitem,ab Amaſia vrbe Cappadociæ præcipua in ortus æſtiuos CCL. quot à Melitene vrbe primaria Armeniæ minoris apud Euphratem in Boream recedit.

Eurytius Ep.Nicænus,ſub Diocl. E*x Cabilonen.*

* Trebia, *Treui.* C.olim E. Vmbriæ,nunc Op.non obſcurum, in via quæ Fulgineo Spoletium ducit, occurrens,ab ipſo Fulgineo ad VI. M.P. recedens in colle apud Clitumnum amnem inſulabentem : qui ſtatim exortus in viſendum,& limpidiſſimum fluuium euadit .

* 28 Ian. Aemilianus Epiſcopus martyr. Ex T*abul.Eccleſ. Spoletinæ.*

Treb-

* Trebnicum, *GrebnijcK.* op. Slesiæ in Germ. in Territ. Ratiboriensi, à Ratiboria in occ. ad IIII. M. P. Germ. totidem à Troppa in Septentriones recedens, à Nissa, vbi sedes est Episcopi Vratislauien. in Eurum VI. vbi Monasterium Fœminarum quondam nobile.

17 Mar. Gertrudes V. Abb. Sanctæ Heduuigis Ducissæ filia.

15 Oct. Heduuiges Ducissa Poloniç, & Abb. I. Trebnicen. An. D. MCCXLIII. Corpus Cracouiæ. *Sur. tom.* 5.

Trecæ, aliàs Augustomana, *Troyes.* C. E. antiqua Gall. Belg. in Campania Trecassium Metrop. amplissima, & munitissima, cum primis Galliæ vrbibus conferenda, ad sequanam intermeantem, inter Senones, & Lingones, à Senonen. Metrop. in orientem Solem supra X. M. P. Gallica, à Lingonibus in Corum XXII. totidem à Rhemis in Austrum, à Lutetia Parisiorum in Eurum XXXVI.

21 Ian. Patroclus m̄. sub Aurel. *Sur. tom.* 1.

29 Sabinianus m̄. sub eodem in Territ. post quem DCCCC. passi. *Cat. lib.* 7.

1 Feb. Paulus Ep. XXXIIII. *Ado.*

4 Auentinus Ep. quem aliis scribunt Sancti Lupi ministrum fuisse. *Turon. de Glor. Conf.*

26 Apr. Exuperantia V. *Mol. in Addit.*

16 Mai. Fidolus Ep. quem alij presbyterum faciunt. *Ado.*

25 Leo Confess. in Territ. *Vsuard.*

21 Iul. Iulia V. m̄. *Vsuard.*

Item Claudius, Iustus, Iocundinus, cum alijs V. m̄. sub Aureliano. *Mol in Addit.*

29 Lupus Ep. quo tempore Gallia ab Attila vastata est. *Sur. tom* 4.

29 Aug. Sabina V. *Mombrit. tom.* 2.

7 Sept. Nemocrius diac. S. Lupi m̄. cum alijs sociis. sub Attila. *Mol. in Addit.*

14 Nou. Venerandus m̄. sub Aurel. *Cat. lib.* 10.

8 Ian. Frodobertus Abb. *Ex Martyrol. Benedict.*

29 Fabianus m̄. sub Aureliano. cum Sauina sorore Sauiniani.

21 Mai. Maurilius Confess. *Maurolog.* qui fortè errat scribens Trecis, pro Trecorij, sicuti facit, dum hic adscribit S. Iuonem.

* 6 Apr. Prudentius Ep. & Vermebaldus Abb. *Ex Maurol.*

16 Mai. Isidorus Ep. *Ex Maurol.*

8 Iun. Syria matrona. *Ex Maurol.*

8 Aug. Leobaldus m̄. *Ex Maurol.*

21 Sept. Maura V. *Ex Maurol.*

26 Nou. Iustus Conf.

18 Dec. Vuinebaldus Abb. An. D. DCXX. *Trithem. lib.* 3.

Trecorium, *Triguier.* C. E. Gall. Celt. in Britannia minore, in ora litorali contra Angliam, à Briocensi C. in Boream XII. M. P. Gall. à Rhedonis vrbe Regionis primaria ad XXX. in eadem plagam, & Circium, à Macloujo in Corum XV. quot à Leona in Cæciam à Nannete, in Septentriones quasi L. M. P. tanta est Britanniæ latitudo.

19 Mai.

19 Mai. Iuo presbyter à Clemente VI. Pap. SS. numero adscriptus. *Sur.tom.3*

* 1 Iul. Tuduualus Ep.I.prius Abb.Lambalius.circa. An.D.DC. *Rob.Cænal.lib.2.*

* Tremonia, *Dortmond.* C.Germ.Magn.Vuestphaliæ libera,inter Nuessium ad Rhenum,& Lupiam ad amnem eius nominis,à Monasterio vrbe regionis primaria in Austrolibycum V.M.P. Germ. à Dispargo in ortus supra V.à Colonia in Cæciam supra VI.distans.

* 7 Ian. Reynaldus, seù Reynoldus Mon.Colonien. m̄. sub Car. Magno. *Mol.in Addit.*

Treuiri & Treuiris,(quo nomine sola vrbs significatur) quæ & Augusta Treuirorum. *Trier*, seù *Treir* Germanis, *Treues* Gallis, *Treueri* Italis,C.A.Germaniæ inferioris ad Mosellam antiquissima, ante Romam MCCC.annis condita,vrbs sub Rom.Principibus clarissima,nunc Vetustate, & vniuersitate præstans,cuius Archiepiscopus Imperij Elector, & Princeps,multa Ditione pollet.Media est inter Metim,&Confluentiam ad XIII.M.P.Germ.vtrinquè dissita, à Moguntia in occ. æstiuum ferè eodem interuallo,à Lucemburgo in Aquilones VI. M. P. à Colonia in Austrolibycum XVIII.

13 Ian. Agritius Ep.XXIIII.sub Magno Const.& Siluestro Pap. *Mol.*

29 Valerius Ep.I.à S.Petro Apost.ord. *Ado.* Aliis primus Ep.fuit Eucharius.II.Maternus.III.Valerius.

24 Feb. Modestus Ep. *Mol.in Addit.*

26 Mar. Felix Ep.Sancti Celsi suc.

12 Mai. Modoaldus Ep.sub Pipino. SS.Arnulphi, Cutberti, & Remacli Synch. *Sur.tom.3.*

29 Maximianus Ep.XXVI. à quo S. Athanasius Alex. hosp. exceptus est. *Sur.ibid.*

1 Iun. Symeon Mon.Siculus,à Bened.IX.Pap.inter SS.relatus. *Sur.ibidem.*

5 Iul. Numerianus Ep. Sancti Modoaldi succ. An. D. DCXL. *Mol.in Addit.*

6 Goar presb.Conf. *Beda.*

8 Auspicius Ep.IIII. *Democh.*

16 Valentinus Ep.XXVII.S.Maximini suc. *Democh.*

19 Martinus Ep.X.m̄. *Democh.*

20 Seuera V. Sancti Modualdi soror. An.Domini DCL. *Mol.in Addit.*

25 Magnericus Ep. An.D.DV. *Sur.in vita S.Guadenci.*

31 Aug. Paulinus Ep.sub Constãtio Exul in Phrygia,vbi decessit.

4 Sept. Marcellus Ep.XX.m̄ *Mol.in Addit.*

14 Maternus Ep.Sancti Petri Apost.disc. Ex *Actis SS. Gerionis & Soc.*

5 Oct. Palmatius,& Soc.m̄.sub Diocl. *Mol.in Addit.*

6 Innumeri m̄.sub eodem. *Mol.ibid.*

14 Rusticus Ep.XIII.Rhemen. *Democh.*

15 Seuerus Ep. XXIX. SS. Germani Antisiodoren. & Lupi Trecen.Synchr. *Democh.*

16 Floren-

16 Florentinus Ep.XXIII.S.Seuerini ſuc. *Democh.*
4 Nou. Modeſta V.An.D.DCLXXX. *Ex vit.S.Geltrud.*
5 Fibitius, ſeù Fabricius Abb. quem *Maurol.* facit Epiſcopum.
5 Dec. Nicetius Ep.XXXI.An.D.DLXX. *Ado.*
8 Eucharius Ep.I.S.Petri diſcip.An.D.LXXIV. *Turonen.de Glor.Conf.*
12 Maxentius,Conſtantius, Creſcentius, Iuſtinus, & Socij m̄. ſub Diocl.
21 Seuerinus Ep.II. *Democh.*
24 Irmina V. Abb. Dogobertis Regis filia. *Ado.* Corpus Vueyſſemburgi.
19 Feb. Leguntius Ep. *Mol.in Addit.*
23 Celſus Ep. *Trithem.in Chron.* dies eſt inuentionis.
4 Mar. Baſſinus Ep.An.D.DCXL. *Trithem.lib.*4.
6 Cyriacus presb. Ex *Maurol.*
20 Iun. Elia Abb.Treuiren.An.Domini DCCL. Ex *lib. Monaſt. Germ.*
* 7 Iul. Nauitus Ep.m̄.S.Materni diſc.
11 Hildulphus Ep.primum Abb.Vogaſien. S. Erhardi Epiſcopi Ratiſponen.frater.An.D.DCCL. *Sur.tom.*5.
20 Aug. Actor Ep. Ex *Maurol.*
9 Sept. Anaſtaſia V.Abb.III.Monaſt.Horrei. *Trithem.lib.*3.
29 Lutuuinus Ep.An.D.MDCLXX. *Trithem.lib.*3.
8 Dec. Martinus Ep.I. S.*Maurol.* Sed pro Materno Martinum ſcripſit.

Tridentum, *Trento.* & Germanicæ *Triendt.* C.E. olim Italiæ in Cænomanorū (qui ſunt Venetiæ populi) finibus, in Rhetiæ confinio, intra Alpes Rheticas, nunc C. Germaniæ, in Italiæ confinibus, ad Atheſim ad Septentriones irrigantem, muris ex viuo lapide cincta, montibus niuoſis, ſcopuliſque ſepta, modica fruens planitie, vrbs opulenta, mercimonio fulgens, cuius templa pulchra ſunt, & exornata, Concilio Generali ſuperiore ſeculo ibi habito clara. In comitatu Tyrolen. cenſetur, inter Veronam, & Ænipontem, à Verona in Arctos LX.M.P. ab Æniponte, regionis primaria in Auſtrum ad XXIV.M.P. Germ.à Brixinone in eandem plagam, quantum à Verona.

24 Mar. Simon puer m̄. à Iudæis occiſus An.D.MCCCCLXXV. *Sur.tom.*2.
26 Iun. Vigilius Ep. m̄. ab Incolis ob fidem occ. ſub Theodoſ. *Gen.de vir.Illuſt.*
* 5 Feb. Agnellus Ep. S. Ingenuini Epiſcopi Sabionen. Synchr. *Cat.lib.*3.
30 Apr. Maxentia, Sancti Vigilij Epiſcopi mater. Ex *eius vita.*

Tripolis Syriæ. *Tripoli.* Turcis *Taraboli.* C.A. Phœnicis maritima, noſtra etiam ætate clara, ampla, & opulenta, portus, & Emporium celebre, ex primis totius Syriæ vrbibus, in qua Satrapæ Turcarum ſedes eſt, & multus mercatorum numerus Chriſtianis, Hebræis, & Turcis habitata, valde munita, ſub Libano M.in mare, vt Tyrus prominens, licet ab eo milliario recedat, à Damaſco Tridui, à Hierapoli, quatridui itinere diſſita,

dissita, à Hierosolymis, & Ioppe in Septētriones, supra CXI. M. P. recedēs.

18 Iun. Leontius miles, Hypatius Tribunus, & Theodulus m̄. sub Vespasiano. *Metaphr.*

Tripolis Africæ, *Tripoli di Barbaria.* C. olim A. Africæ propriè dictæ maritima, in regione, quæ olim Byzacena, seu Tripolitana vocabat̄, ad Syrtē minorem, in planitie arenosa vltra veterem Tripolim quæ Neapolis, & Leptis magna dicta fuit, constructa, ampla, opulenta, cùm præsidio Turcarum, sedes præfecti, mercimonio pollens, à Melita Insula in Austrum ad CXX. M. P. distans.

13 Iul. Eugenius Ep. Carthaginen. m̄. sub Vuand. *Vict. lib.* 2. & 3.

16 Oct. Ducenta septuaginta m̄. sub Vuand. Vict. lib. 1.

16 Martinianus Saturianus, cùm duobus fratribus, & Maxima V. m̄. sub Genserico Rege. *Vict. lib.* 1.

24 Dec. Lucianus, Metrobius, Paulus, Zenobius Theotimus, & Drusus m̄. *Ado.*

Troas, quæ & Alexandria, C. E. Phrygię minoris, quæ & Troas de nomine vrbis vocatur, maritima inter Sigæum, & Lectum prom. contra Tenedum Ins. Troiæ, Seù Ilio vrbi euersæ proxima, olim celebris, & ex regionis præcipuis, Ea nunc *Ernani.* dici nonnullis videtur.

15 Mai. Petrus, Andreas, Paulus, & Dionysia Lampsauni. m̄. sub Decio. *Cat. lib.* 5.

13 Oct. Carpus Pauli Apost. disc. *Menol.* sub alia tamen die.

2 Dec. Siluanus Ep. *Nicephor. lib.* 14.

Topia, *Tropea.* C. E. Brutiorum litoralis, antiqua in prom. quod in Mare longe porrigitur, apud Medamæ ruinas extructa, loco satis amœno; & fertili, inter Vibonē, & Nicoteram, à qua in septentriones VIII. M. P. abest, à Vibone ad XII. à Rhegio Metropoli ad XL. in Boream. Vrbs elegans, nec mediocriter habitata.

6 Iul. Domenica V. m̄. sub Diocl. passa in Campania. *Ex Gales.*

Trudonis fanum, S. *Truyen.* Op. Belgij in Hasbania regione Brabantini Duc. parte sub Leodiensis Episcopatus ditione comprehensa, non obscurum memoratæ regionis primarium, Tungris ad HI. M. P. Brabantica in occ. dissidens, inter Louaninm, & Leodium, supra V. M. P. dissitum, quod ex Monast. in hanc magnitudinem creuit.

20 Feb. Eucherius Ep. Aurelianen. *Sur tom.* 1.

1 Iul. Rumoldus Ep. dublinen. m̄. *Sur. tom.* 3.

23 Nou. Trudo presb. sub Sergio Pap. & Iustino Iuniore. Ann. D. DCLXX. *Sur. tom.* 6.

* 23 Iun. Christina V. *Sur. tom.* 3.

* Theodoricus Ab. S. Trudonis. S. Rumol. Syn. *Sur ibi.*

Tuburbus, *Tobulba.* C. olim E. sub Christianis Principibus Africæ propriè dictæ mediterranea, in Regno Tunetano, quondam celebris, Adduæ, & Medicaræ proxima, inter Tunetum, & Vrbem, à Tuneto in meridiem ad CX. M. P. dissidens, ab Aphrodisio in occ. hibernos, paulo minus recedens.

7 Mar. Perpetua, & Felicitas m̄. sub Seuero, cum Reuocato, Secundulo, & Saturnino. *Ado.*

30 Iul. Maxima, Donatilla, & secunda V. m̄. sub Vale. & Gal. *Ado.*

7 Dec. Seruus m̄. sub Hunnirico Regi. *Vict. lib.* 3.

Tudertum, & Tuder. *Todi.* C. E. antiqua Vmbriæ, apud Tiberim fl. colli assurgēs, pars in plano, pars in colle, & colliis ascensu sita, media inter Narniā, & Perusiā, ad XX. M. P. dissita, quantum à Fulginio distat, Hortano, Ame-

rice,& Oropito propior,ad XV.M.P.recedens. vrbs nobilis,ac ex primis, post Perusiam,& Spoletum quondam clara.

13 Feb. Benignus m̄.sub Diocl.
23 Romana V.à S.Siluestro Pap.baptizata.
26 Mai. Felicimus,Heraclius, & Paulinus m̄.
29 Iul. Faustinus Conf.
11 Aug. Digna V.sub Diocl.
13 Cassianus Ep.m̄.sub Diocl.& Maximiano
14 Calistus Ep.m̄.sub Iustiniano.
} *Ex Tab. & monnum.Ecc. Tudertinæ.*
23 Philippus Ordinis seruorum B.M.V. Ex *chron dicti* Ord.
1 Sep. Terentianus Ep.m̄.sub Hadriano. *Cat.lib.7.*
27 Fidentius,& Terentius m̄.sub Diocl. *Acta in Eccl.Tudert.*
14 Oct. Fortunatus Ep.sub Iustiniano. *De quo* S.*Greg.lib.*1.*Dialog.*
23 Nou. Illuminata V. tempore Maximiani Imperatoris. *Eius Acta m.S.in Eccl.Tudert.*
29 Ian. Octuaginta m̄.sub Diocl.sub S.Marcello Pap.
10 Feb. Scustius m̄.S.Cassiani Episcopi Consobrinus.
5 Mar. Rogerius Conf. *Ex lit.Greg.9.Pap.*
9 Iul. Porrianus Ep.m̄.sub Maximiano.
1 Sep. Flaccus m̄.cum S.Terentiano Episcopo memorato.
30 Oct. Felix Ep.m̄. sub Diocl.
De quibus omnibus scriptis I o.*Bapt.* Tossetuinus.

Tullum, *Toul.* C.E Antiqua Galle.Belg.apud Mosellam fl.in Lotharingia, vrbs olim libera,nunc Ducibus Lotharingię parens, à Nasio Ducum sede in Cæciam ad V.M.P.Gall.dissidens,a Meti in Austrum IX. à Veroduno in Eurum VII.M.P.distans,à Lutetia Parisiorum in ortum hibernum ad LVIII.M.P.ab Argentorato in occ.æstiuos supra XXXV.

23 Apr. Gerardus Ep.V.sub Henrico II. An.D.MLII.*Vinc.in spec.*
3 Sept. Mansuetus Ep.I.S.Petri Apost.disc.*Ado.*
15 Aper Ep.VII.S.Paulini Nolani Synch. *Ado.*
7 Mai. Domitianus Ep. *Mol.in Ind.*
6 Oct. Gangulphus m̄.sub Constantino III. Ex *Maurol.*
4 Perpetuus Ep. Ex *Maurol.*cui non satisfido.

Tungri. *Tongren.* C.alias E.Belgij,olim præclara,ad Iecelam amnem inter meantem,Mosęquè ad Traiectum illabentem nunc ampla quidem;sed pe nè vacua. Sede episcopale & dignitate Leodium proximam vrbem ad Mosam Eburonum Metropolim recepta.Media inter Traiectumsuperius à quo in occidentem Solem III.M.P. Brabanticis abest,& fanum Trudonis:totidem à Leodin in corum recedens. Ex hac vrbe Lutetiam Parisiorum vsquè via salicibus strata ad M. P. CC. erat, cuius hodie multa extant vestigia.

21 Iun. Martinus Ep.VII.An.D.CCLXX. *Mol.in Add.*
10 Sep. Theodardus Ep.m̄.S.Remacli succ. *Tritbem ibi.*
17 Lambertus Ep.XXIX.m̄.S.Theodardi suc. *Tritbem.ibid.*
3 Nou. Hubertus Ep.XXX.An.Dom.DCCXXX. *Sur.Tom.6.*
6 Feb. Amandus Ep.An.D.DCLXI.Corpus in Monast.Elnonē. *Trith.lib.4.*
6 Iul. Monulphus & Gondulphus Ep. *Ado.*
3 Sep. Remaclus Ep.S.Amandi succ.An.D.DCCXV.*Trith.lib.4.*

Tunetum,quæ Tunis dicitur à Strab.lib.17. *Tunesi.* C. Africæ propriè dictæ ad Stagnum,siue Sinum Carthaginensem in intimo illius recessu. (cuius

Stagni Fauces Tunesiæ Arx munitissima ab Hispanis, qui & Tunetu.. cæperant, diù têtæ superioribus annis à Turcis ceptæ, solo æquatæ sunt) vrbs Regia, amplissima, forma quasi rotunda, ædium splendore, & populi frequentia, nulli Africæ vrbium secunda, post Carthaginis excidium : à qua in Euronotum X.M.P. recedit. maximè aucta, ab Hermæa promontorio in Austrolibycum supra XX. dissita.

25 Aug. Ludouicus Galliæ Rex hic Saracenis bellum illaturus decedit pestilentia. *Sur.tom 4.*

6 Nou. Felix m̄. De quo S.Aug. in expositione Psal. *Ex Maurol.*

Turiaso, *Tarazona.* C. E. antiqua Hispaniæ Tarraconen. in Regno Aragonensi, apud fines Castellæ veteris sita, proxima Graccuri, & Belsino, vrbs nobilis, in plano, à Cæsaraugusta Metropoli in occid.æst. XIV.M.P. Hisp. dissita, à Belsino VI. inter Bilbilim, & Calaguriũ, inde in Circium ad XV. M.P. hinc in Phœnicem supra VIII. à Tutela in Austrum supra VI.

12 Nou. Æmilianus presb. *Vita per Braulium Episcopum Cæsaraug.*

28 Apr. Prudentius Ep. qui Gesta martyrum versibus scripsit. Alij ipsum Ep. Tarraconen. non Turiasonen. faciunt.

Turones, & Turoni, *Tours.* C.A.Gall.Celt. perantiqua, ad Ligerim fl. ampla, præclara, elegans, opulenta, lanificio, & mercatura, semicircularis figuræ, quam ampla suburbia cingunt. Hortus ob amœnitatem, & Galliæ pomarium dictæ Turoniæ regionis caput, cuius Archiepiscopus XI. habet suffraganeos. Medio quasi interuallo inter Aurelianos, & Andegauos dissita, ab Aurelia in occidentem solem supra XXX.M.P. Gall. distans, hoc est bidui itinere, à Lutetia Parisiorum in occ. hibernum quatriduo dissidens, à Pictauis in Cæciam & Aquilones ad XX.M.P.

18 Ian. Volusianus Ep. VII. sub Childærico. *Turon.lib.2.Hist.*
Item Leobardus Reclusus. *Turon.de glor.Conf.*

2 Apr. Franciscus de Paula ord. Minimorum auctor. in Territor. An.D.MDVII. *Ex Breu.Rom.emend.*

27 Iun. Ioannes presb.conf. *Turon de glor.Conf cap.23.*

2 Iul. Monegundes V.monial. Carnuten. *Turon de vit.Patrum.*

8 Perpetuus Ep.VI.S.Martini suc. *Sidon.Apoll.Synch.lib. 2.*

4 Aug. Euphronius Ep.XX. *De quo in vita S.Gregorij.*

19 Sept. Eustochius Ep.V.S.Bricts suc. *Turon lib 2.*

13 Oct. Venantius Abb. Monast. S.Martini. S.Honorati Arelaten. frater. *Turon.de vita Patrum.*

8 Nou. Clarus presb.S.Martini disc. *de quo Seuerus epistola 2.*

11 Martinus Ep. An.D.CCCXCVII. *Sozom.lib.3.*

13 Nou. Brictius Ep.S.Martini disc. *Turon lib.2.*

17 Gregorius Ep. S.Euphronij suc. qui Historiam Francorum & vitas SS.Gall.scripsit. *Sur.tom.2.*

18 Odo Abb.Cluniacen. *Sur.tom.6.*

18 Dec. Gratianus Ep.I. à S.Fabiano Pap. ord. An.D.CCL. sub Decio. *Turonen lib.1.*

25 Ian. Liuentius conf. *Ex Maurol.*

19 Mai. Alcuinus Abb. disc. Bedæ, & Car.Magni præceptor.

16 Aug. Arnulphus Ep. sub Lud.Rege, & Greg.Pap. *Sur.tom.5.*
Lettorius Ep.S.Gratiani suc.

25 Aredius Abb. *Turon.lib.10.*

3 Sept. Antidius Ep.m̄. sub Vuandalis. Hic vsus Dæmonis famulatu Romam momento petiit, & redijt. *Catal.lib.6.*

21 Oct. Vulfus conuersus S. Aredij Abb.disc.in Territ. *Sur.tom.5.*
24 Enoch Abb.in terr.S.Euphronii Episcopi synchr. *Tur.li.2.*
30 Dec. Perpetuus Ep. *Turonen. lib. 2.* Corpus Solerij apud Alexandriam Ligurum.
* Hildebertus Ep.Berengarij suc. *Cat.lib.11.*
Leubatius Abb.Senaparien. S. Vrsi Abb. discip. S.Martini Synchr. *Turonen.de vita Patrum.*

Turres, quæ & singulari numero Turris Libysonis, *Torre.* C.olim A.Sardiniæ clara, litoralis, in ora boreali, cuius hodie nil aliud extat, præter rudera, portus, ecclesia, & nomen: successit Sassaris, vrbs Metropolis altera Sardiniæ, & primaria, ex reliquijs Turrium ab eis XII. M.P. in mediterraneis constructa, à Calari in Circium ad CXXX. M. P. dissita. cuius Archiepiscopus adhuc Turritanus inscribitur.

30 Mai. Gabinus presb.Sancti Caij Papa frater, & Crispulus m̄.sub Diocletiano. *Fara de Reb.Sard.*
31 Crescentianus m̄. *Fara ibidem.*
25 Oct. Protus presb. & Ianuarius diac. m̄. sub Dioclet. à S. Caio Pap. missi. *Fara ibidem.*
* Samphurius Ep.An.D.CCCCX. *Fara ibidem.*

* Turris Iulia, *Trugillo.* C.Hispan.Lusit.in Extremadura prou.in humili colle constructa, forma penè rotunda, nobilis, nō admodum ampla, ab Emerita in Cæciam ad X.M.P.Hisp. quantum à castris Cæciliis, in occasum, & à ponte Traiani in Austrum recedit.

15 Mai. Euphrasius Ep.ex VII.Iacobi Apost.disc.quem alij tradunt Episcopum I.Illiturgitanum fuisse.

Tuscia, quæ & Hetruria, *Toscana.* Regio Italiæ notissima, Macra Tiberi fluminibus, Apenn.M. & pelago Tyrrheno definita, Macra à Liguria diuidit, Tiberis ab Vmbris, Sabinis, & Latinis. Apenn.M. à Gallia Cispadana. Eam Glanis, Vmbro, Arnus, & Auser maiores amnes irrigant. Maximam illius partem Magnus Hetruriæ Dux possidet. Cuius vrbes primariæ, Florentia, Senæ, Pisæ, Aretium, & Pistoria. Reliqua Sum.Pont.est, in qua: vrbes claræ Perusia, Oropitum, & Viterbium, Loca aliquot Rex Hispanus, & alii Principes tenent, Luca libera est.

9 Aug. Secūdianus, Marcellian.& Verianus m̄.sub Decio. *Sur.to.12*
21 Dec. Ioannes, & Festus m̄. *Vsuard.*
Hic Maurolycus SS. aliquot reponit: quos tamen Hetruria non agnoscit. In ijs Barbaram V.m̄.sub die 16. Dec. Himerius Episcopum, sub die 19. Iun. Hilarium Abb.sub 13. Maij.

Tyana, *Tiagna* C.olim A. Cappadociæ apud Tauri M.colles, & Cilicum fines, inter Iconium, & Nyssam, ab Iconio in ortus æstiuos supra L.M. P. dissita, à Cæsarea in Austrum supra C. quæ à Valente Imp.in odium S.Basilij Episcopi Cæsarien. in Metrpolim erecta est (erat enim Cæsarea sola Metropolis) Nunc modica est, & penè desolata.

9 Nou. Orestes m̄.sub Diocl. *Metaph.*

Tybur. Vide Tibur.

Tyle, *Tele* op.olim Hisp.Tarraconen. Turri Syllanæ, & Vallisoleto, proximum, nunc locus apud Forum Egurrorum: seù vt nunc dicum Medinam Riui Sicci, ostenditur, Concilio Telensi memorabilis.

27 Oct. Florentius m̄. *Apud Vsuard.*

* Typasa, seù potius Tipasa, *Metifus,* C.olim E.Mauritaniæ Cæsarien. maritima, inter Iuliā Cæsaream, & Icosium, vltra Iuliam Cæsaream XXX.M.

P.fer mè

P.fermè in ortus diſſidens,nūc manet portus,ac prom. ex eius noīe dicta.
23 Mar. Frumentij duo m̄.ſub Vuand. *Vict.lib.*1.

Tyrus, *Sur.* C.olim A.Phœnicis clariſſima prius Inſula:ſed ab Alex.Magno continenti iuncta,purpura nob.& multarum vrbium maximè Vticæ, & Carthaginis ſuperbiſſimæ parens, inter Sidonem, & Ptolemaidem. XX. M.P.diſſidens,à Cæſarea Philippi in occ.æſtiuum ſup. XXV. Nunc penè iacens,ruderibus adhuc magnis extantibus,cùm ædiculis aliquot.
20 Feb. Innumeri m̄.ſub Diocl.In quibus Tyrrannio,Siluanus, Pileus & Nilus Epiſcopi,cùm Zenobio presb. *Euſeb.lib.*8.
3 Apr. Vulpianus m̄.ſub Maximiano. *Euſeb.ibid.*
5 Iun. Dorotheus Ep.m̄.ſub Diocl. *Euſeb lib.*7.
18 Sept. Methodius Ep. prius Olympi in Lycia, deinde Tyri. m̄. in Chalcide ſub Diocl. *Hieron.in lib.de ſcript.eccleſ.*

V

Valentia, *Valencia.* C.A.Hiſp.Tarraconen.antiqua,ad oſtia Duriæ amnis contra Ebuſum Inſulam.Vrbs Regia,ampla, elegans,ſitu plano,ac amœno,& forma rotunda mœnibus prælatis cincta multis pontibus lapideis ſuburbia vrbi iungentibus, & Hortis viridarijsquè planitiem illius exornantibus.In primis verò nobiliſſima: ſed voluptatis dedita, ob ingentem Nobilium numerum. Turrim habet excelſiſſimam non abſquè intuentiū admiratione.Academiam,ſiue vniuerſitatem:ad quam ex toto Regno Valentino confluunt,habet nobil.Media eſt ferè inter Tarraconem, & Carthaginem Nouam,ad XXXVII.M.P.Hiſp.diſtans, à Toleto in Orientem Solem LVIII.quot à Cæſarauguſta in Phœnicem.
22 Ian. Vincentius Leuita m̄.ſub Diocl. *Metaphr.*
Item Orontius & Victor m̄.S.Vincētij Comites.*Ex Morali.*
5 Apr. Vincentij Ferrerij ord.Præd.obijt in Gallia apud Venetos.
* 8 Iun. Eutropius Ep.An.D.DC. *Moralis lib.*2.*Hiſt.Hiſp.*

Valentia altera,*Valence.* C.E.Gall. Narboneu.in finibus Allobrogū ad Rhodanum fl.in Delphinatu apud Hiſaræ flum.cum Rhodano confluentiam, inter Viennam Metropolim, & Auenionem, inde in Meridiem ad XIII. M.P.Gall.diſſita,ab Auenione in Arctos XXI.Romano,M.Limario, Diæ & Viuario finitima.Duorum Cæſaris filiorum ſepultura, Ducatus dignitate,& Academia decorata. Fontibus abundans.
23 Apr. Felix presb.Fortunatus,& Achilleus Diac.mar.à S. Irenæo Epiſcopo Lugdunen.miſſi ad prędicandum. *Sur.tom.*2.
5 Oct. Apollinaris Ep.ſub Gelaſio Pap. *Ado.*
* Ioannes prius Abb.Boneuallis, deinde Ep.Valentinus. An. D.MCXX. *Vincent In Spec lib.*26.

Valeria,Regio Italia,partem Samnij: in qua Amiternum & Forconium vrbes,& partem Latij, in qua Marſi populi circa Fucinum lacum, complectēs:Ex qua etiā via,quæ ad hæc loca Tibure ducebat, Valeria dicebatur.
23 Ian. Martyrius Mon.m̄.ſub Lōgobardis.*de quo* S.Greg.*lib.*1.*Dial.*
15 Feb. Seuerus presb. *de quo idem Greg.lib.*1.*Dial.*
14 Mart. Duo Monachi m̄.ſub Longobardis *S.Greg.lib.*4.*Dial.*
Item Diaconus Eccleſiæ Marſicanæ. *de quo Greg.ibidem.*
11 Aug. Equituis Abb.apud Aquilam in diœc.Amiternenſi. *S.Greg. lib.*1.*Dial.*

Vallis Vmbroſa, Monaſterium in Agro Florentino intra excelſos Apenn. Colles,à S.Ioanne Gualberto Abb. & ordinis vallis Vmbroſæ autore, An. D.MLXX.conſtructū,à Florentia in ortus æſtiuos ad XVIII.M.P. diſtās,

8 Petrus Igneus mon.postea Card.S.Io. Gualberti disc.Ann.Domini MLXXXIX.
10 Mar. Ioannes Abb.deinde Eremita S.Catharinæ Senen. familiaris. Ann.Domini MCCCLXXVI. *Ex Chron.*
16 Mai. Albertus mon.An.Domini MXCIIII. *Vallis Vmbrosæ.*
20 Orlandus conuersus. An.D. MCCXLII.

Vallis Galilææ, Monasteriũ Lotharingiæ in M.Vogesi solitudine, apud Deodatopolim op.minimè obscurum, quod *S.Didier*. Incolæ & *S.Didholt* Germanicæ dicunt. Medium inter Basileam, & Nasium, Lotharingiæ caput, vtrinquè ad X.M.P.Germ. distans, quãtum fermè ab Argentorato in occ. hibernum abest.

* 19 Iun. Deodatus Abb.prius Ep.Niuernen.Ann.D.DCLXXIX. *De quo in vita* s. *Hildulphi Episcopi Treuiren.*

Vapingum, seù Vapincum, *Gap.* C.E.antiqua Gall.Narbon. in finibus Allobrogum, inter vrbes Delphinatus, non obscura, in valle ad excelsi M. radicem, media fere inter Gratianopolim caput Regionis, & Sistaricam vrbem Prouinciæ à Granopoli in Austrum ad XVI. M. P. Gall. distans, à Sistarica IX.in Aquilones, à Brigantio XII.ab Ebreduno Metrop.in Corum ad X.M.P.dissitum.

5 Feb. Tigrides, & Remedius Episcopi. *Vsuard.*
12 Apr. Cõstantinus Ep.An.D. CCCCXLI.sub Leone Magno Pap. *Vsuard.*

Varadinum, *Vardeïn.* & *Varadin* Italis C. E. Hungariæ Transdanubianæ, in Transiluaniæ Confinio, ad Chrysium fl.intermeantem, ac circunfluẽtem, media inter Albam Iuliam Transiluaniæ Regiam, & Solnocum ad Tibiscum, ab Alba Iulia in occidentem solem ad VIII.M.P.Germ.quot penè à Claudiopoli in Africum recedit, vltra Budam Hungariæ Regiam supra XVII.M.P.dissita.Vrbs egregiè munita, à Turcis frustra petita.

27 Iun. Ladislaus Rex Hungariæ à Cælestino Pap.III. in SS.numero adscriptus. *Bonfin.lib.*4.*Dec.*2.*Rer Hung.*

Varennæ, *Varennes.* op.gall.Lugdunen.minimè obscurum, in Duc.Borbomensi apud Elauerim flumen, inter Rodumnam op.ad Ligerim, & Molinũ op.Ducatus primarium ad Elauerim in via, quæ Lugduno Niuernum, vel Bituriges ducit, occurrens, à Molino in Euronotum VI.M.P. gall.à Lugduno ad XXIV.in Corum distans, à Niuerno in Austrum XIX.

11 Mai. Gangulphus m̃.dolo vxoris occ.An.D.DCCLVI. *Sur.tom.*3.

Vasio, *Veson.* C.E. antiqua Gall.Narbonen. in Prouincia apud Sellã fluuiolum præterfluentem, colle edito sita, ad Auenionensem Comitatum attinens, Aurasicæ C.proxima, à Carpentoracte in Septentr. ad VIII. M.P. gall. discedens, ab Auenione XIV. in Aquilonem, ab Aurasica ad VI. in Cæciam apud fines Delphinatus.Hanc aliqui forum Vocontiorum etiam dictam veteribus putant.

15 Feb. Quinidius Ep. *Ado.*

* Velaunum, *S.Flour.* C. E.antiqua Gall.Aquit. Aruernis finitima, intra M. cemenos, in rupe prærupta, & excelsa, situ, & arte munitissima, ad Aruerniã regionem pertinens, inter Claromentem, & Albigam, ad XV. M.P. Gall. hoc est dici itinere dissidens.

* 25 Apr. Robertus Abb.1. Monast. Casædei in Territ. *Idem Turonen.*
* 4 Nou. Florus Ep.ex quo nomẽ postea vrbi inditũ. *Turon de Gl.conf.*

Venafrum, *Venafri.* C.E.antiqua Samnij, (tametsi hodie cùm Campanię vrbibus censetur) in colle, apud Apenn.M.ex quo non longe vulturnus amnis pro-

nis profluit, radices sita, cuius ager oleis consitus, oleum laudatissimi generis apud veteres ferebat; cuius apud antiquos scriptores crebra fit mentio. Media quasi inter M. Casinum, seu Germanopolim, & Eserniã, à Germanopoli in ortus XV.M.P. distans, ab Arpino paulò paucioribus, à Neapoli in Circium ad XL.

17 Iun. Nicander & Marcianus m̃. sub Maxim. in Territ. inter Venafrum, & Atinam passi. *Cat. lib. 5.*

6 Aug. Hormisda Pap. Corpus ibi. Romæ decessit.

Vendopera Monasterium, op. Corbiacen. gall. Belg. in Picardia, ad Somonã fluuium, inter Ambianum C. Regionis primariam, & Peronam vrbes ad eundem amnem, ab Ambiano in ortum hibernum ad VII.M.P. gall. recedens. Quod Monast. sub antiquis Galliæ Regibus floruit.

26 Nou. Leonardus conf. *Ex Maurol.* An. D. DLXX. sub Clot. Rege. *Sur.* tamen Ex *Adone* S. Leonardum Lemouicis sub VI. die Nou. recenset.

Venetiæ, *Venetia.* C. Venetæ Regionis caput, Patriarchali dignitate post Aquileiæ, & Gradus excidium, donata. Vrbs mirabilis intra stagna Hadriatica super palis palude maritima intermeante constructa, quæ ex insulis aliquot paruis in tantam creuit magnitudinem, vt inter VII. Vrbis miracula merito censeri queat, Vrbs toto orbe Terrarum nota, Emporium omnium gentium frequentia maximum, Resp. omnium aliarum post Romanam potentissima, longe latèqua Terra, & mari dominata, ac dominans post Aquileiæ casum æd ficari cœpta, nunc populi numero, ciuium nobilitate, Mercatorum multitudine, ædium splendore maximè publicarum. Opibus, & legibus: quibus optimè administratur, nulli Italicarum vrbiũ secunda. Abest ab vrbe Roma in circium ad CCCXXV. M.P. à Mediolano in ortum æstiuum CLXV.

8 Ian. Laurentius Iustinianus Patricius Venetus Ep. & Patriarcha. i. corpus in Eccl. Patriarchali. *Sur. tom 1.*

23 Feb. Gerardus ex nobili Sagreda familia primum Canonicus Eccl. Sancti Marci, deinde institutor Venetijs ord. Seruorum B. M. V. tandem Ep. Canadien. in Pannonia & Hungarorum Apostolus nuncupatus m̃. Corpus in Eccl. S.M.V. olim appellata, nuc S. Donati de Murano, sed hęc est dies translationis. Natalis est dies 24. Sept.

* 17 Iul. Marina V. quæ virili habitu Monasticam exercens disciplinam, Marinus dicta est. Obijt Achaiæ. Corpus Venetijs, hæc enim translationis dies est Natalis vero dies 18. Iunij. *Catal lib. 6.*

21 Daniel Abb. Cistertien. An. D. MCXXXII. *Sanson. lib. 1. Hist. Ven.*

1 Sept. Iuliana V. Abb. An. D. MCCLXII. *Scardeon. lib. 2.*

2 Oct. Lizerius m̃. *Ex Calend. Veneto.* Corpus ibidem.

Venetia, quæ & Venetum ac Veneti apud Cæs. in Com. *Vannes.* C. E. antiqua Gall. Celt. maritima, inter vrbes Armoricas Britanniæ minoris non ignobilis, Venetorum pop. sedes, & à Rhedonis vrbe primaria in occ. hibernum ad XXIIII.M.P. Gall. à Nannete in Circium, & Corum ad XVI. distans, vltra Vigelaniæ, & Augusti amnium ostia, à Iulio Cæsare difficulter capta. Hic Concilium Gall. An. D. CCCCLI. habitum est.

5 Apr. Vincentius Ferrerius ord. Præd. An. D. MCCCCXVIII. à Callisto III. Pap. in Diuos relatus. *Thes. Conc. tom. 2.*

Venusia & Venusium. *Venosa*. C.E.antiqua Apuliæ Peucetiæ, nunc inter vrbes Basilicatæ non infimum locum sibi vendicans, in Monte Apennini hamento apud Aufidum fl. Melphi, & Labello proxima, ab Acheruntia Metropoli ad XV.M.P.in occ.æstiuum disidens, à Canusio in Meridiem totidem, à Neapoli supra XCV. in ortus æstiuos, adhuc Horatio Flacco Poeta memorabilis.

24 Oct. Felix Ep.Africanus, Adauctus, & Ianuarius presb.Fortunatus, & Septimus Lectores m̃.sub Diocl. *Momb.tom.*1.

29 Aug. Felix Ep.conf. *Ex Gales.* Bedam, & tab.eccl.Venus citante.

* 1 Sept. Duodecim fratres m̃. *Ex Gales.& lib.SS. Regni Neapolitani.* Agnes Abb. E*x lib.memora o.*

Vercellæ, *Vercelli*. C.E Insulbriæ, ad Sessitem amnem, antiqua, Lybicorũ sedes, media inter Mediolanum, & Taurinorum Augustam, aliàs in Ducatu Mediolani contenta, nunc ad Pedemontanum Principatum attinens. Vrbs amœna, nob.maxime clero ac memorati Principatus post Taurinum, à quo in ortum æstiuum ad XXXV.M.P. dissidet, primaria, à Mediolano in occasum æstiuum tantundem recedens, Nouariæ, & Casali proxima ad X. M.P. distans.

1 Aug. Eusebius Ep.m̃. sub Constantio ab Arianis passus, in Breuiar. Rom. nuper correcto ad diem 13. Decemb. ponitur. *Hieron.de script.eccles.*

11 Sept. Æmilianus Ep. prius Eremita apud Lybium Castrum Hispan. Corpus ibidem.

28 Oct. Honoratus Ep. Sancti Ambrosij Episcopi Mediolan. Synchron. *Acta ibidem.*

Vergium, quod Virgi Melę dicitur, *Vera* C.olim E.Hisp.Tarra.in Bæticæ cõfinio, litoralis, vnde Sinus inter Charidemum, & Scombrariam prom. cõtentus, Virgitanus appellatur, nunc op.non obscurum, initio Regni Granatensis, apud fines Regni Murcien. vltra Carthaginem Nouam ad XX. M.P.Hisp.dissitum, à Basti in ortus hibernos ad XV.M.P.recedens.

15 Mai. Ctesiphon Ep.I.vnus ex VII. Apostol. discip. in Hisp. missis. *Flos SS.*

Verolamium, *Verlam* C. olim Albionis eximia, nunc locus penè desertus in Regno Angliæ, apud op. Sancti Albani: quod ex Verolamii ruinis constructum videtur, quod apud Thamesim in Com.Oxoniensi.

22 Iun. Albanus m̃.sub Diocl. *Bed.lib.*1.

Veromandui, C.E.antiqua Galliæ Belg. *Vermand.* cuius dignitas Episcopalis Nouiomum recepta est, manet Abbatia apud Fanum Sancti Quintini. Vide Augusta Veromanduorum.

Verona, quasi Brennona à Conditore, vel quasi Vereuna ab excellentia dicta *Verona* C.E.antiqua Cænomanorum Venetiæ, ad Athesim fl.interluentem. Vrbs clarissima, & ampla, quæ ciuium nobilitate, populi frequentia, situs amœnitate, opibus, ædificiis, literis, armis, vrbes omnes Venetas, ac Galliæ Transpadanæ, Mediolano, ac Venetiæ, cui paret, exceptis, longè superat. Brenno Gallorum Duce condita creditur. Multa habet antiquæ nobilitatis monumenta: in quibus Amphitheatrum ingens: quod Harenam vocant. Forma Scorpio persimilis, optime męnibus, propugnaculis munita, maxime verò arcibus in vicino colle constructis. A Mediolano cuius Ducib.alias paruit in ortus quasi C. M.P.distãs à Venetijs in occ.hibernũ. Supra LXX.Mãtue ꝓxima, ab ea in Aquilonẽ, & Cæciã XX.M.P. dissidẽs.

12 Ian. Probus Ep.VI.An.D.CCXXXVI.

12 Feb. Gaudentius Ep. VII.
7 Apr. Saturninus Ep.XIV.
12 Zeno Ep. VIII.m̄.An.D.CCLXX.licet de illius.Martyr. controuersia sit.
26 Lucidius Ep.XV.
29 Mai. Maximus Ep.XIX.
31 Lupicinus Ep.XVII.
4 Iun. Alex.Ep.XX.
6 Ioannes Ep.XI.
19 Iul. Felix Ep.XXIII.
26 Valens Ep.XXXI.An.D.DXXXI.
4 Aug. Agabius Ep.III.
9 Rusticus & Firmus Bergomen.m̄.Sub Max.
21 Eupropius Ep.I.Petri Apostoli disc.
6 Sep. Petronius Ep.XXXVII.
12 Siluinus Ep.XXXVIII.
10 Oct. Cerbonius Ep.XXXIV.
11 Placidia V.Valentiniani Imp.filia.
12 Siluinus, seù Saluinus Ep.XXV.
22 Verecundus Ep.XXXII.An.D.DXXIII.
15 Nou. Liberius siue Luperius Ep. XXXV.
20 Simplicius Ep.XXVII. An.D.D.
21 Maurus Ep.IX.
2 Dec. Lupus Ep.XXVIII.
9 Proculus Ep.IV.sub Diocl.quo tēpore Rustic.& Firm.passi.
7 Ian. Senator Ep.V.
26 Feb. Seruulus Ep.XXIX.
28 Vindemiclis Ep.XXX.
14 Mar. Innocentius Ep.XIII.
30 Apr. Gualfardus ex Aug.Vindel.Ephippiorum faber.An. D. MCXXVII.
5 Mai. Teuteria V.Angla ex Stirpe regia.S.Tuscæ disc.
8 Metro presb.natione Germ.
27 Anno Ep.XXXIII.An.D.DCCLXI.
15 Dimedrianus Ep.XVI.
22 Iun. Blasius Ep.
* 4 Iul. Tuscana Vidua in Terr.Iebeto castro.
10 Tusca V.S.Proculi Episcopi Soror.
26 Benignus, & Charus Erem.in pago Malsesino.
1 Aug. Maria cogno.Consolatri XXV.S.Annonis Episcopi Soror
23 Moderatus Ep.XXIV.
3 Sept. Marrius Ep.XXXVI.
19 Theodorus Ep.X.
31 Lucilus Ep.XVIII.An.D.CCCLI.
4 Nou. Andronicus Ep.XXVI.
30 Crichinus Ep.II.An.D.LXXII.
De quib.omnibus extat libellus Aug.Valerius Epi.Vero. & Car.Sūma Ep.XXXV.m̄.II.Vir.IV.Vid.vna Cōf.III

Verona altera, Germaniæ Infer.quæ Bonna nomine magis vulgato dicitur. Vide Bonna. Nisi potius ea sit, quæ inter Helueticas vrbes maxima est, & *Bern.*dicitur.

Versiacum, *Vuarsay*. Monasterium Gall. Celticæ in Territ. & Diœcesi Pictauẽsi apud Lucinianũ opp. à Pictaui C. in libonotum ad VI. M. P. Gal. distãs.

13 Ian. Viuentius Conf. S. Hilarij Episcopi, & Maxentij Abb. Syncronus. *Cat. lib. 2.*

Vertanum Monasterium *S. Martino.* in Campania, in Monte Massico apud Carinulam C. quod etiam vulgo M. *Massico.* appellatur. Hoc monast. quondam Sanctitate, postea opibus floruit. sic ab Episcopo Equilino lib. 9. scribitur, sed quibusdam videtur Martinus non in Camp. Italiæ; sed in Galleis vixisse. vt ex Gregor. Turon. liquet.

24 Oct. Martinus Abb. sub Iustino Iuniore, *Turon. de Glor. Conf.*

Veruli, & Verulũ, *Verulo.* C. E. Antiqua Latij, in Hernicis, intra Colles, parua, vt cæteræ finitimę, iuxta Samnis. Campaniæ vè, & Regni Neapolitani confinia. Alatrio, Ferentino, & Frusino proxima, haud procul à Cosa fluuio, Arpino finitima, ab Vrbe Roma in ortus supra LVI. M. P. dissidens.

15 Iul. Athanasius Ep. Neap. sub Io. Pa. VIII. Ex *Tab. Ecc. Neapolitanc*

29 Nou. Blasius, & Demetrius m̃. *Quarum acta in Eccl. Verulana.*

Vespriniũ, *Vesprin.* C. E. Pann. super in Hungaria citeriore apud Hiulcã paludẽ inter Sacarbantiam, & Albam Regalem, à qua in occ. hibernum ad V. M. P. Hung. recedit Paludæ op. propior.

Margarita V. Regis Hung. filia. An. D. MCCLXX. *Sur. to. 1.*

Vesuntio, & Bisuntium Vide Visuntium.

* Vexio. *Vexò.* C. E. Gothiæ mediterranea, media quasi inter Holmiam Suediæ Regiam, à qua in Austrum supra XX. M. P. Germ. recedit, & Lundim Gothiæ metrop. Lincopiæ, & Stametiæ finitima, ab eis in meridiem declinans.

* 15 Feb. Sigifridus Ep. qui Gothos ad Fiden. Cõuertit. Ex Ab. Crãt.

* Vicohabentia, *Vigouenza.* olim C. E. Æmiliæ vltra Padusam Paludem, cuius Episcopus Rauennati Metropolitano suberat: quasi riuis habentiũ, nunc pagus Ferrariensium, ab ipsa Ferrariensi ciuitate ad XVIII. M. P. distans, Rauenam versus. Sedes Episcopalis, vt aiunt, Ferrariam recepta est

* 1 Aug. Leus Conf. Ex *Tab. Eccl Ferrarien.*

* Vicus Iriæ, *Voghera.* Op. amplum vrbi conferendum agri Ticinensis, in Vià Æmilia, siuè, vt vocant, Romæa, inter Placẽtiam, & Dortonã, à qua in Sept. ad X. M. P. abit, occurens, à Ticino in medistiem XV. M. P. distans. Ex Iriæ antiquæ vrbis ruinis ædificatum, vel auctum.

* 23 Mai. Bobo Conf. nob. Gallus, ibi ex vrbe rediens defunctus. Corpus ibidem. *& Acte m. S.*

Vienna, *Vienne* Gallis, & Italis *Vienna.* C. A. Gal. Narb. ad Rhodanum flumen, Allobrogũ antiquissima metropolis Vrbs quondam clara, & ampla inter M. qui illi imminet, & flumen constituta, longe maior ante Lugduni constructionem, hodie quoque non obscura, collibus penè cincta, & satis munita: quæ se ab hęresis labe immunem hucusquè seruauit. Inter Lugdunum, à quo V. tantum M. P. Gall. in Austrum dissidet, & Valentiam ad XIV. M. P. distantem, à Gratianopoli in occ. æstiuum supra X. recedens. Hic multa Antiquitatis vestigia, in ijs Piramides aliquot extra vrbem.

3 Ian. Florentius Ep. m̃. sub Galieno, S. Paragodæ Succ.

5 Feb. Auitus Ep. sub Zenone, & Anastasio Imp.

22 Paschasius Ep. XIX. sub Constant. Imp. & Melchiade Pap.

17 Apr. Pantagatius Ep. XX. circa An. D. DLXIV.

26 Clarentius Ep. XXX. sub Vitaliano Pap. An. D. DCXLI.

5 Mai. Nicetius Ep. XIV. An. D. CCCLXXIX.

8 Dionysius Ep. VI. S. Iusti Succ. sub Pertinace S. Irenei Syn.

11 Mamertus Ep.qui Litanias ob Terremotus,& Luporum rabiem instituit sub Leone I. Pap.
26 Zacharias Ep.II.S.Crescentis succ.m̄.sub Traiano.
14 Iun. Ætherius Ep.XXIX.sub Dagoberto Rege.An.D.DCIV.
1 Iul. Martinus Ep.III.Apost.disc.
1 Aug. Verus Ep.IV.Apost.disc.
8 Seuerus p̄sb.Indus,eò causa p̄dicationis missus An. CCCCLII.
18 Sept. Ferreolus m̄.in Terr.sub Diocl.
29 Oct. Theodorus siue Theodarius Abb.
2 Nou. Georgius Ep.XV.
3 Domnius Ep.XIX.
19 Seuerinus,Exuperius,& Felicianus m̄.sub M.Aur.Anc.
10 Dec. Sindulphus XXXI.An.D.DCXCIX.
16 Ado Ep. qui scripsit Chron.
29 Crescens,siue Crescentius Ep.I.à Paulo Apost.ordinatus.
1 Ian. Paragodas Ep.VII.
Clarus Ab.sub Vuandalis.
13 Verus Ep.XXVI.S.Euentij succ.
14 Cadeoldus Ep.XXXIII.
23 Bernardus Ep.An.D.DCCCXIII.
3 Feb. Euentius Ep.XXV.
Simplidius Ep.
* 16 Mar. Isicius Ep.S.Pantagathi succ.Alij rēponunt ad diem 12. Nou.
1 Iun. Claudius Ep.XI.
16 Domniolus Ep.
7 Iul. Euoldus Ep.qui Thebæorum reliq.transtulit.
14 Oct. Agratus,& Casturus Episcopi.
17 Nou. Manatus Ep.
14 Dec. Lupicin⁹ Ep.VIII.*De quib.in Tab.eccl.Viēn.et Democharidis mētio fit.*

* Vienna altera,quæ verius Flauiana latinè dicitur, Iuliobona, & Vindobona apud veteres.*VVien* Germanis,& *Viena* Italis.C.E. Pann.sup.ad Danubij citeriorem ripam. Austriæ clarissima metrop.Academia, & Mercimonio florens.Austriacorum Principum nobilissima sedes, ampla, & pulchra,habens ædificia,mœnium firmitate,propugnaculis , & fossis prope inexpugnabilis, aduersus Turcas tutissimum,& validissimum præsidium. Media quasi inter Pragam Bohemiæ Regiam, & Budam Regiam Hungariæ inde XXXIX. M. F.Germ.inde in corum ad XXXVI.à Venetijs in Cæciam,& Aquil.ad LVII. ab vrbe Roma ad CX.

11 Mai. Mamertus Ep.sub Leone I.Pont.quē alij alteri Viēnæ attribuūt.
* 13 Oct. Colmannus Anglus Ep.m̄.An.D.MXII. *Sur.tom.5.*

* Vicentia,quæ Plin.Vicetia,& Ptol.Vicenta dicitur. *Vicenza* C.E.Venetiæ nō obscura,Meduaco minore fl.diuisa,forma Veronæ persimilis , proxima collibus viteferis,quam à centum vicis,ex quibus coaleuit,dictam volunt. Medio ferè itinere inter Veronam:à qua XXX. M.P.in ortum æstiuum abest,& Taurisium paulò remotius,Patauio propior,ab eo in occ.XVIII.M.P.distās.

* 27 Feb. Donatus,& Solonus fratres Vicentini m̄.Cōcordiæ sub Maxim.
* 1 Iun. Theobaldus Eremita Camaldulen.in Territ.

Vigornia. Vide VVegornia.

Vigiliæ, *Bisegli.* C.E.ant.Apuliæ Peucetiæ litoralis,inter Tranium Metropolim proximam IV.M.P.& Barium alteram regionis Metropolim, in ortus hiber nos XX.M.P.distantem,sita. Morphitæ,Andriæ,& Bitunto finitima, in ex-

celsa rupe, quæ mari prominet, constructa. Ducis Andrien. est.

27 Iul. Maurus Ep. Sergius, & Pantaleon m̄. sub Traiano. Corpora recẽs reperta. *Acta in Ecclesia Vigilien.*

Vilcasinum Territ. in quo Velocasses popu. gall. iuxta Sequanam, inter Normã diam, & Franciam. *Leuexin.* vbi pagus vilcasinus. *S. Cler* ad Aptam fl.

4 Nou. Clarus presb. & m̄.

11 Oct. Nicatius Ep. Rhotomagen. Quirinus presb. Scubiculus Diac. & Pientia Virg. m̄.

* Vilecum, *vvylecK* pagus Belgij in Territ. & Episcopatu Colonien. inter Suliacum, & Dispargum, hinc III. M.P. germ. inde IV. prox. Nuessio, ab eo II. M.P. in corum distans, cùm monast. virginum.

* Adelheis V. Abb. Vilecen. sub Othone III. Ducis Geldriæ filia. *Mol. in Add.*

Vilna, *vvilde* Germanis. *Vilna* Italis. C.E. Lituaniæ maxima, antiqua sedes Ducum, Prouinciæ caput, ad Viliæ & Vilnæ (ex quo nomẽ est ciuitati) cum Nie mene confluentiam. Nunc sedes Palatini sub Regno Polonico contenta, nõ minor Cracouia. Media inter illam, & Nouogardiam magnam, vtrinque ad C.M.P. Germ. distans, à Gedano in ortum æstiuum ad LXXVIII. recedens. Domus hic magna ex parte ligneæ.

4 Mart. Casimirus Casimiri Regis filius. Ann. D. MCCCCIXC. Quem Leo X. Pap. SS. numero addidit. *Ex Mart. Crom.*

* Viltonia, *VVilton* op. Angliæ in Terr. & Diœcesi Sarisberien. vbi Monasteriũ Virginum Ord. Benedictini, ab ipsa vrbe Sarisberia iñ Africum supra V.M. P. Anglica distans.

* 16 Sept. Editha V. Abb. Regis filia, ex Sacrilego nata concubitu. Ann. D. DCCCCLXXXIV. *Sur. tom. 5.*

Vindocinum, *Vandosine* C. gall. Celt. ad Lirium flumen, Belsiæ Vindocinen. caput, vrbs nobilis, elegans, Ducali titulo ornata, inter Carnutes, & Turones à Carnutibus in occ. hibernum ad XXI. M.P. Gall. à Lutetia in occ. XL.

9 Mai. Beatus Confess. *Vsuard.*

* Virimuda, sic vulgo pagus Angliæ in Cantio cum Monasterio ord. Cistertien. quondã celebri, in agro, & diœcesi Cãtuar. ab ipsa vrbe Cãtuaria parũ distãs.

* 12 Ian. Benedictus Abb. I. An D. DCLXXX. sub Agathone Pap. *Sur. to. 1.*

Virodunum, seù Verodunũ, *Verdun.* C. E. antiqua gall. Belg. apud Mosam præterfluentem: quæ indè incipit nauigabilis esse, in Lotharingiæ finibus, inter Barrum Ducis, & Metim, à Barro in ortum æstiuum VIII. M.P. gall. quot ferè à Meti in occ. hibernum, à Tullo in corum VII. à Nasio XII.

8 Feb. Paulus Ep. XIII. frater S. Germani Episcopi Parisien. S. Hermen fridi succ. sub Dagoberto Rege An. D. DCXLVIII. *Sur. tom. 1.*

8 Nou. Maurus Ep. II. An. D. CL. *Democh.*

1 Agericus Ep. Ann. D. DXLIX. *Turonen. lib. 9. Hist. Franc.*

8 Hermenfridus Ep. XII. An. D. DCXXI.

* { 1 Mar. Cutbertus Ep. sub Pipino Rege. *Ex Maurol.*
4 Oct. Magdalucus Ep. *Sur. tom. 5.*
9 Nou. Victor Ep. sub Clodoueo. *Ex Ann. CCCL. Traiecten.* }

* Visetum, *VVeset.* op. Belg. apud Mosam, inter Leodium, & Traiectum superius, in ditione Episcopatus Leodien. à Leodio, & Traiecto vix II. M. P. Brabanticis distans à Tungris in ortum III. M. P. Dalæ op. Duc. Limburgensis propinquum.

* 3 Feb. Hadelinus Mon. An. D. DCLXX. *Mol. in Addit.*

Visuntium, quod & Bisuntium, & Vesuntio, *Besanzon.* C. A. gall. Belg. antiquissima, & clarissima Sequanorum Metropolis, a Cæsare memoratissima, am

pla,

pla,libera,sub Regis Hispani tutela,ad Dubim fluuium circumfluentem egregiè munita.Emporium Burgundiæ Com.opulenta, & elegans, inter Diuionem,& Basileam,à Diuione X.M.P.gall.distans in ortum æstiuum, à Basilea in occ.æst.duplo.

8 Mai. Petrus Ep.An.D.MCLXXI.sub Lucio Pap. *Sur.tom.3.*
6 Iun. Claudius Ep.Deinde Abb.Iuren.sub Childeberto. *Sur. tom.7.*
16 Ferreolus presb.& Ferrutio diac.m̄.sub Seuero. *Sur.ibidem.*
25 Antidius Ep.m̄.sub Vuan.An.D.CCCCXI. *Mol.in Addit.* Hunc Cat.lib. 8.scribit Episcopum Emonien.
11 Oct. Germ.Ep.VII.m̄.sub Arianis passus An.CCCLXXII.*Mol.in Ad.*
15 Ian. Ioannes Calybita Constantinopolit. *Sur. tom.1.* Sed Metaphr. scribit illum Romæ obijsse. apud Eutropium patrem.

Viterbium,prius Vetulonia, *Viterbo* C.E.Hetruriæ ad M.Cimini radices,in plano,situ amœno,fontibus irrigua,inter vrbes Patrimonij (sic appellatur Hetruriæ pars Ecclesiasticæ ditionis)præcipua. Ex tribus,Vetulonia, Turrhena,& Longhola urbibus proximis compacta, ac iussu Desiderij Regis mœnibus cincta,sic appellata,à Cœlestino Pap.III.sede Episcopali donata. Hic Regionis præfectus,qui Card.est,& Legatus,ius dicere solitus est.

4 Sept. Rosa V.sub Frid.Imp.& Alex.III.Pap. *Acta ibidem.*
3 Nou. Valentinus presb.& Hilarius diac.m̄.sub Max. *Acta ibidem.*
13 Iun. Gerardus Monac. S.Bernardi Abb. frater. *De quo illi Serm. 26.in Cant.& in vit.Sanctæ Lidavvinæ.*

Viuarium, *Viuiers.* C.E.Gall.Celt.vltra Rhodanum fl.contra Aeriã op. Delphinatus,Regionis Viuariensis,quæ *Viuaretz* dicitur caput,Media inter Valentiam,& pontem Sancti Spiritus, ab Auenone in Septentriones sup. X. M.P. Gall.recedens.Hæc antiqua Heluiorum sedes putatur.

1 Mai. Andeolus m̄. cum soc.sub Seuero à S. Polycarpo ad prædicandum missus. *Adon.*
30 Iun. Ostianus presb. *Cat.lib.6.in quo Episcopus nominatur.*

Vlyssipo, *Lisbona* C.A.Hisp.Lusit.apud ostia Tagi fl.Portugallici Regni caput, nobilissimaque Regia. Vrbs maxima totius Hispaniæ, ac cùm primis Europæ conferenda, varijs collibus distincta, qua mari, seù fluuio alluitur,adeo ampla est,vt XXII.habeat portas,qua vero continentem adspicit.XVI. pulchra habet ædificia publica,& priuata.In publicis VII.maxime præstant,Tẽplum Misericordiæ Xenodochium,Domus Legatorum,Ædes Regia, Nouũ Prætoriũ,Domus Indica,& Armamentum.Emporiũ nulli secundũ,quo merces Indicæ conferuntur: abest à Toleto in occ.hibernum ad LXXXV.M.P. Hispania,ab Hispali altero Hispanica Emporio in occ.æst.ad LXIII.

1 Oct. Verissimus,Maxima,& Iulia sorores.m̄.sub Diocl. *Thes. Conc.*
13 Iun. Antonius Minorita. An. D.MCCXXXI. Patauij obijt in Italia. *Ex Breuiar.Rom.*

Vmbria, *n.r.* Regio Italiæ Apenn.M.Tiber,& Nare amnibus definita.Apenninus illam à Senonibus,Picenis, & ex parte à Sabinis diuidit. Tiberls ab Hetruria,Nar à Sabinis distinguit.Tametsi apud veteres vsquè ad litus Hadriaticum,Apenninum transgressu extensa Senones complecteretur. Vrbes illius,Perusia regionis Metropolis,licet in Hetruria sita sit,Spoletium, Fulginium,Hispellum,Camarinum, Nuceria, Æssisium, Eugubium, Tifernum, Tibur,& Ameria,Narnia quoquè,& Interamna adnumerari solent.

4 Mai. Porphirius m̄.
29 Mille quingentorum & vigintiquinque m̄.sub Decio Imp.
1 Iun. Fortunatus presb. *Cuius acta in Ecclesia Spoletina.*

* Vola-

*Volaterræ, *Volterra.* C.E.antiquissima Hetruriæ colli excelso imposita, inter Pisas,& Senas,inde XXX.hinc XXIV.M.P.distans, à Florentia in Austrum supra XXX.recedens. Media quasi inter Florentiam, & Populonium, vna ex primis Tuscorum Colonijs.

5 Iun. Iustus,& Clemens frater conf.

16 Attinea,& Græciana V.m̄.

* 2 Sept. Octauianus conf.

8 Vgolinus Ep.

{ Corpora *& Acta ibidem.*

Vpsalis,& Vpsalia, *Vpsala.* C.A.Suediæ, ad fl.qui in Stagnum Holmiense desinit,olim Regia,& longe maior,ab Holmia Regia, & hac tempestate primaria in Circium ad X.M.P.Germanica dissidens.

18 Mai. Ericus Rex m̄.An.D.MCLVIII. *Olaus lib. 19.*

* Adaluardus Ep.An.D.DCCCXL.

* Stephanus Gallus Ep.post Adaluardum.m̄. } *Io. Magnus in lib.de Episcopis Vpsalen.*

Vrbium, *Vrbino.* C.A.Vmbriæ,in finibus Senonum in Marchia Anconitana, in Monte. Vrbs ampla,nobilis,& elegans,Ducatus Vrbinatis caput,& Metropolis,apud Metaurum fl.præterfluentem,Ducum sedes,inter Eugubium,& Ariminum,vtrinquè ad XXX.M.P. quànquã ab Arimino uia recta XXIV. tantum M.P.in Phœnicem abest, à Pisauro XX.in Austrolibycum, à Foro Sempronij X.in occ.à Callio XV.in Circium.

1 Iun. Crescentinus,seù Crescentianus m̄.sub Dioclet. Tiferni passus. apud Metaurum.Corpus *& acta ibidem.*

25 Lucia V.m̄.Romæ cum alijs XXII. *Cat.lib 6.*

Vrbs Legionum,*Chester* C.E.Albionis,in Anglię Regno,in Vualliæ confinio,ad ostia Deæ fl.Cestriensis Com.caput, inter Angliæ vrbes post Londinium,& Bristolium,pręcipuas,media penè inter Vigorniã,& Lancastrum,Asaphensi ciuitate,& Salopiæ propior,à Londinio in Cæciã ad CXXX. M.P. Anglica. Vrbs Legionum altera *Caerlheon* in Vuallia Ventæ,& Landauox,proxima.

1 Iul. Aaron, Iulius,& soc.m̄. sub Diocl. quo tempore S.Albanus Verolamii passus est. *Beda lib. 1.Hist.*

* 19 Ian. Henricus,siuè Ericus Ep.m̄.S.Henrici Regis synch. *Beda.*

* Dubritius Ep.S.Sampsonis Ep.Dolen. synchr. *Cænal.lib.2.*

Vrbs vetus,prius Oropitum, *Ornieto.* C.E.Hetruriæ apud Tiberim,vbi is Peliã amnem excipit,monti prærupto sine mœnibus imposita,cui pro muris montis altæ Crepidines, quæ vrbem natura munitissimã, & in expugnabilẽ reddunt,cùm ad eam vnicus sit ascendendo aditus Sum.Pont. perfugium, cùm Romæ esse non datur.Vrbs ex præcipuis est Patrimonii,Tẽplo,& Puteo maximè memorabilis: abest ab Vrbe Roma inter Corũ,& Circiũ ast LXX.M.P. à Viterbio in circiũ XXX.quot à Perusia in Aust.à Tibure in oc.hib.ad XV.

1 Oct. Seuerus presb.qui falso in Cat.lib.3.m̄.sub Max. scribitur.

30 Sauinus Ep.Corpus *& acta ibidem.*

* 15 Feb. Antilia V.& Aliorum plurium quorum corpora ibi.

28 Mai. Petrus Parentinus m̄. ab Hæreticis occisus sub Innocent. Pap. *Ex lib M.S.eccl.Vrbinetanæ.*

Vrci, *Orce* C.olim E.Hisp.Bæt.apud Orã, & Sinum Virgitanum, quàm Aliqui eandem cùm Virgi faciunt,nunc op.estin Regno Granatensi.

15 Mai. Indaletius Ep.I.Vrcitanus.Apost.disc. *Thes.Conc.*

Vrgella,quæ & Argella,& veteribus Ilergetum, *Vrgel.* C. E. ant.Hisp. Citerioris,intra colles M. Pyrenei in plano ad Sicorim fl. haud longè exorientem, inter Cataloniæ,vrbes parua, sed amplæ diœcesis, à Barcinone in Circiũ ad

XXII.

XXII.M.P.Hisp.ab Ilerda ĩ boreã XV.à Vico in oc.æst. XIV.à Solsona VIII.
28 Mai. Iustus Ep.
7 Iul. Odo Ep. } *Ex Morali lib.12.Hist.*
3 Nou. Hermengaudius Ep.

Vtica, *Benfert* Incolis, *Biserta* Italis. C. olim E. Africæ propriæ dictæ litoralis, antiqua, coloniaquè Rom.Clarissima,inter Tabrachã, & Carthaginẽ : à qua in occ.æst.ad XXX.M.P.à Tuneto in Corũ sup.XXXV.Patria Catonis.Nũc quoquè celebris, cùm Turcarũ præsidio: & magno Piratarum numero.

23 Aug. Victor Ep. *qui lib.3.de Persecut.Vuand.scripsit.*

* Vtinum, *Vdine* C.Carnorum Mediter.ampla in planitie,totius regionis Forojuliensis caput,& Conuentus.Patriarchæ Aquileiensis sedes,ab ipsa Aquileia in occ.ad XX.M.P.dissidẽs.Foroiulio,& Palmæ nouæ vrbi ad X.M.P.proxima.Ea olim propriũ habuit Epm̃.Distat à Venetijs in Sept.sup.LXX.M.P.

* *6* Iun. Beltrandus Ep.Aquileien.nondum inter Diuos Relatus . Corpus ibidem integrum. *Ex Monum.ecclesiæ.*

Vtriculum, quod & Otriculum, & Ocriculum. *Otricoli* C. olim E.antiqua Sabinorum,in colle apud Tiberim,in via Flaminia occurrens,nunc opp.inter Fescenniã, & Narniã:a qua in Aust.ad VIII.M P.dissidet, ab Vrbe Roma supra XXXII.in circium.Manlianæ Haleso, & Hortano proximum,ac Ameriæ.

* 1 Ian. Fulgentius Ep.ab Arianis vexatus.An.DL. *de quo S.Greg.li.3.Dial.*

* Vuandalia, *MecKelburg*.Regio Germaniç Baltico Mari exposita:Vbi Vvandali populi:qui in Gallias,Hispanias & in Africam demum penetrar ũt,quo loco nunc Ducatus Megalipolitanus est.cuius Vrbes,Megalopolis,Suerinum,vismaria,Rostochium,Sundis, Gustrouia,& aliæ plures.

* Benno Ep.& Vuandalorũ Apost.An.D.MCXC.*Crant.lib.4.*

* Vuastha,seù Vuasthena.*Vuasthen*.op.Suediæ apud Veterem Lacum, in Agro, & Diœcesi Lincopensi,à Vexione C.Gothiæ in occ.ad VIII.M.P.Germ. recedens,vbi Monasterium virginum.

22 Mar. Catharina V.S.Brigittæ filia An.D.MCCCLXXXI.*Sur.to.3.*
23 Iul. Brigitta Vidua.Romæ obijt An.D.MCCCLXXIII. *Sur.tom.3.*

Vuerda, *Vuerden*.C.E.Germaniæ,in Saxonia ad Aleriam amnem non longe in Visurgim labentem,inter Bremim Metropolim,& Hanoueriam, ab ea in Euronotum IV.M.P.Germ.recedens , ab Hanoueria verò in Circium VII. quot à Minda in Septentriones,à Brunopoli X.in Corum.Illi Car.Mag.Episcocalem sedem attrebuit.

1 Mar. Suithbertus Ep.I. sub Sergio Pap. S. Vuilibrordi Episcopi Bremen.Synch.à Leone III.in Diuos relatur.*Sur.tom.2.*

* 2. Vileicus presb. S.Suithberti Comes. *de quo in eius vita.* An. Domini DCCXXVII.

Hic Gales. Ludgerum Episcopum ad diem 27. Mar. recenset, qui tamen non Vuerden.sed Monasterien.Ep.fuit.

* Vuiburgia, quæ & Biburgia. *Vvijborch*. C.E.Daniæ, siuè Cimbricæ Chersonesi.Circa medium Iutiæ,inter Arusiam , ad Austrum , & Vesistam vrbem Septentrionalem eiusdem Prouinciæ Episcopales , in Regno Danimarchiæ, à Nicope in Austrum ad VII. M. P. Germ. à Vesista duplo interuallo distans, ab Arusia in circium supra X.

* 11 Iul. Chetillus conf. *Mol.in.Addit.*

Vuigornia, qua Vigornia, & Brangonia antiquis dicitur. *Vvorchestre* , & *Caervrangon*. C. E. Albionis ad Sabrinam fluuium in Regno Angliæ,& Vualliæ confinio.Media inter Verouicum ad ortum , & Herefordiam ad occasum recedentem. XX.M.P.Anglicis distans, quot à Glocestria in Septentriones, à Lon-

à Londinio in occ.æstiuum ad LXXXV.M.P.recedens.

15 Oct. Osuualdus Ep. primum Eboracen. dein Vigornien. S. Dunstani succ.An.D.DCCCCXCII.*Sur.tom.5.*

* 9 Ian. Eguinus Ep.III.An.D.DCCX II.Corpus *& acta ibidem.*

19 Vuolstanus Ep.à S.Eduerdo Rege institutus. *Sur.tom.1.*

Vuintonia, prius Venta. *VVinchester.* C.E.Albionis in Regno Angliæ, ad Alaunium fl.apud oram mediolanem, inter Sarisberiam, & Cicestriam, à Sarisbercia in Austrum XX. M. P. Anglicis, à Londinio in occ. hibernum ad L. Antonæ vrbi proxima. Ex Regni post Londinium præcipuis.

2 Iul. Suuithunus Ep.sub Leone Pap.III.An.D.DCCCLXII.

1 Aug. Etheluuoldus Ep.An.D.DCCIIII. *Ex vita S.Dunstani episcopi Cantuarien.*

* 15 Iun. Eadburga Pandæ Regis filia.An.D.DCLXXX. *Ex Gales.*

* 8 Iul. Grimbaldus Abb. patria Tornacen.An.DCCCCIII.*Mol.in Add.*

Vuormacia, quæ & Borbeto magus, *VVorms* C.E.ant. Germ. super ad Rhenũ, antiqua Vangionum sedes, & Metropolis, sita inter Nemetes, seù Spiram, & Moguntiam, à Spira in Septentriones IIII.M.P. Germ. dissita, à Maguntia in Austrum supra V I. ab Heydelberga in occ. I V. olim Archiepiscopalis: quæ dignitas Moguntiæ collata est.

27 Mar. Rupertus Ep.primum Vangionum, postea Iuuauiensis. Licet Galeſ. duos Rupertos Episcopos scribat.

26 Iun. Sonderoldus Ep.Mogunt.m̃.sub Normandis. *Trithem. lib.3.*

20 Aug. Burchardus Ep.XIV.An.MXXXIX. *Trithem.lib. 3.*

* 13 Dec. Tassilo Dux Bauariæ, postea Mon.apud Vuormaciam. *Otto Frising.in Chron.*

Vzalis, quæ & Vsalis, C.olim E. Africæ, intra Montes, ex qua M.Vsaletus: à quo Triton amnis, qui Tacapæ in Syrtim minorem effunditur, profluit. Ea nunc ignoratur. Aberat à Carthagine in Austros supra CL.M.P.

16 Mai. Felix, & Gennadius m̃. *De quib.Euodius Ep. Vzalitanus lib.de Miraculis Sancti Stephani.*

Vzecia, C.olim E.Africæ propriè dictæ, Aphrodisio, Hadrumeto, & Tuburbo finitima, à Tuneto in Eurum ad C.M.P.dissidens. Quæ hodie, vt coniectura assequi possumus, *Cayroham* dici videtur, vel non longe aberat.

11 Oct. Firminus Ep. *Vsuard.*

Z

Zamora, prius Sarabris Ptol.dicta. *Camora* C.E.Hispaniæ Tarracon.ad Durium fl.in saxeo, solo constructa, forma propè rotunda, nobilis, vbi turris alta, quatuor columnis marmoreis fulta, Templum maius, diues, & elegans, inter Octodurum, & Mirandam vrbem Portugallię, ab Octoduro V.M.P. Hisp.in occ.dissita, à Miranda duplo, à Salmantica in Circium, & boream XII. totidem à Vallisoleto in occ.hibernum.

5 Oct. Attilanus Ep.S.Froylani Abb.sub quo vitam mon.professus est, disc.An.DCCCXXV. *Flos SS.*

Zephyrium, C.fuit E.Ciliciæ litoralis, ad eiusdem nominis prom. (Ex quo breuior in Cyprum traiectus) inter Colenderim, & Corycum vrbem proximam, in ortum distantem. Quæ extare non videtur apud scriptores.

15 Iun. Dulas m̃. *Metaphr.*

FINIS.

LOCA INVENTA ET SS.DVM TOPOGRAPHIA TYPIS EDERETVR,

Ex diuersis, & præsertim ex additionibus Ioan. Molani ad Vsuardum, & eiusdem indice excerpti.

Æ

Æ Sernia, quæ etiam Esernia absquè diphtongo legitur apud nonnullos, *Sergna*. C. E. antiqua Samnij intra illius montes in Comitatu Molisij sita, inter Boianum, & Venafrum vrbes finitimas à Sulmone Aprutij vrbe, Cœlestini V. Pont. Max. patria.

4 Mai. Benedictus Ep. Æserninus. *Ex monum. illius eccl.*

19 Petrus de Morono, qui Cœlestinus V. dictus est. Obiit apud Ferētinū An. M.CCLXCVI. *Vita apud. Sur. tom.* 3.

Aloricæ, quod est op. Hisp. in Regno Valentiæ.

20 Aug. Bernardus m̄. Carleti Regis filius. *ex Flore SS.*

Ambiani.

23 Oct. Gratianus m̄. in territ. *ex addit. Mol.*

Anconona.

16 Mai. Peregrinus Diac. m̄. sub Dioclet. & Maximiano Impera. *Ex monumen. eccl.*

Primianus Ep. m̄. Dies festus agitur in secunda Dominica Quadragesimæ. *Ex monum. eccl.*

Andegauis.

2 Mai. Florentius presb. *ex addit. Mol.*

18 Oct. Horblandius m̄. *ex addit. Mol.*

Angliæ.

11 Iun. Oliua V. altera Panormi in Sicilia.

Antisiodori.

3 Mai. Menonus, & Santianus presb. *ex addit. Mol.*

22 Vitalis presb. *ex addit. Mol.*

Aquilæ.

9 Iul. Eusanius, & Soc. m̄. apud Forconium sub Nerone.

1 Aug. Iusta V. m̄. filia S. Florentii Sipuntini sub Maximiano apud Forconium. *ex monum. eccl. Aquilanæ.*

9 Sept. Tutius conf.

31 Dec. Iustinus presb. m̄. *ex gestis S. Iustæ.*

Arimini.

15 Aug. Arduinus presb.

Aruerni.

31 Mai. Alexander, & Galla Conf.

28 Aug. Iulianus m̄. in territ.

1 Dec. Amabilis presb. in territ.

} *Ex addit. Mol.*

Asserici op. apud Aquilam.

5 Iun. Francus Eremita.

Atrebati.

* 18 Mai. Hodulphus Ep. *Ex addit. eiusdem.*

* 13 Nou. Chilianus m̃. in territorio. *Ex addit eiusdem.*

* Atripaltæ, quod est op. Hirpinorum in principatu ceteriore Regni Neapolitani, apud Sabanum fl. Abellino C. ad III. M. P. proximum.

* 11 Feb. Hippolytus presbyt. m̃. Sabinus. & Romulus. } *Ex Paulo Regio lib. de SS. Regn. Neap.*

* Audomari, quæ C. E. est Belgij in Artesia ob Taruannæ vrbis proximæ excidium ad episcopalem dignitatem euecta; Regionis, post Atrebatum, primaria, ab ipsa C. Atrebatensi ad XVI. M. P. Belgica in circium distans, à Caleto quasi. X.

* 22 Iun. Orthrudes V. *Ex addit. Mol.*

* Auellanæ, quod castrũ, seù pagus est Abbatis M. Casini, in Samnio, apud Sarum op. a M. Casino ad XXX. M. P. distans versus Sulmonem.

* 2 Nou. Amicus Mon. & Erem. *ex Monum. Monast. M. Casini.*

Augustoduni.

* 7 Mai. Placitus Ep. } *Ex addit. Mol.*
25 Iul. Resicius Ep.

Augustæ Vindel.

* 13 Ian. Tozzus Ep. *Ex addit. eiusdem.*
Vuicterpus Ep. *Ex addit. eiusdem.*

Aureliani.

* 2 Feb. Sicharia V. *Ex addit. Mol.*

* 10 Nou. Notarius Ep. *Ex addit. Mol.*

B.

Barcini.

* 15 Mar. Matrona V m̃. *Ex addit. eiusdem.*

* Bardouici, quæ C. fuit olim E. Germ. Magnæ in Ducatu Brunsuicensi, hodie pene solo agnata.

* 3 Nou. Marianus Diac. m̃. *Ex addit. eiusdem.*

* Baruli op. maximo, & nobilissimo Apuliæ.

* 30 Dec. Rogerius Ep. Cannensis. *Ex eodem.*

Bituricæ.

* 12 Iul. Minulphus Ep. in territ.
12 Oct. Opicinus Conf. } *ex addit. eiusdem.*
4 Nou. Lusor puer.

Blesæ.

* 24 Apr. Deodatus Abb. *ex addit. eiusdem.*

* Bombicini, quod Calabriæ cit. est op. in C. S. Marci, à qua ad X X. M. P. distat, diœcesi.

* Cyriacus mon. S. Basilii. *Ex lib. SS. Regn. Neap.*

Brugæ.

* 8 Feb. Chrysolius conf. *ex addit. Mol.*

* Bruxellis, quæ Brabantiæ C. est celeberima, in qua sedes est Principis, Louanio ad IIII. M. P. vicina, Antuerpiæ, & Gandauo finitima.

* 9 Iun. Aleria V. in territ. *ex addit. eiusdem.*

* Buccanici, quod est op. Marrucinorum in Aprutio apud Theateam C. ab ea ad V. M. P. dissitum.

* Alde-

* Aldemarus Mon.S.Bened. *Ex monum. Monast.M.Casini.*

C

Cameraci.

* 8 Oct. Valeria V.in territ. *ex addit.Molani.*

* Caradignæ,op.apud Burges in Hispania.

* 6 Aug. Stephanus Abb.cum Soc.CC. m̄. *ex addit.eiusdem.*

Carnuti,seù Carnosi.

* 14 Mar. Leoninus Ep. / 16 Oct. Pasus m̄. / 17 Solaria V. *Ex addit.eiusdem.*

Cenomani.

* 24 Aug. Rigomarus conf.in territ. *ex addit.eiusdem.*

* Cliuiæ,seù Cliuiaci,quæ C.in Germ.Infer.Cliuiensis Ducatus est caput, inter Calcariam eiusdem regionis vrbem, & Nouiomagum Geldriæ primariam,à qua in ortum uix.III.M.P.Germ.abest.

* 15 Sept. Luthardus Com.conf. *ex addit.eiusdem.*

Coloniæ.

* 1 Iun. Conrhadus præpositus m̄. *ex addit.eiusdem.*

* Condati,quod Hannoniæ in Belgio Valencenis C.proximum est op.Pon scaldis à nonnullis dictum,à Valencenis uix.III.M.P. distans, in Sept. à Montibus V.in occ.

* 1 Oct. Vuasinulphus conf. *ex addit.eiusdem.*

* Consorannis, seù Consuerannis, quæ Vasconum C.est E.apud M. Pyrenæos in Regno Citerioris Nauariæ.

* 5 Iul. Valerius Ep. *ex addit.eiusdem.*

Constantiæ.

* 28 Aug. Cunegundes,& Melthrudes V. in territ. An. MDIII. in sanctorum numero adscriptæ. *ex addit.eiusdem.*

18 Nou. Rumpharius Ep. *ex addit.eiusdem.*

* Conuenis,quæ etiam Vasconum C. est E. intra M. Pyrenæi radices inter Consuerannos,& Tarbenses.

* Bertrandus Ep. *ex addit.eiusdem.*

D

* Dilingæ,quæ Sueuia C. est apud Danubium fl. & Academia; sub Augustano Episcopo inter Vlmam,qua abit in ort.V.M.P.Germ. & Verdam Danubianam propriorem,ab Augusto Vindel.supra.V.M.P.elongata.

* 13 Aug. Hauolphus Ep.Lingon.& Abb.Eluuagen. *ex addit.eiusd.*

* Duaci,quæ Belgii C.est,& Academia Fladriæ,Tornaco C. propinqua, & insulis,ad Scaldem fl.Media inter Cameracum, Atrebatum, & Insulas,à quibus fere VII.M.P.Belg.abest.

* 15 Mai. Manardus Abb. *ex addit.eiusdem.*

* 13 Sept. Amatus Ep. *ex addit.eiusdem.*

E

* Egmundæ,quod Batauorum in Hollanda est op. non obscurum Comitatus Egmundani caput, Alchmariæ proximum ab Harlerno C. in Sept. ad III.M.P.Belg.secedens.

* 25 Iun. Adalbertus Diac.
17 Aug. Ieron presb. m̄. *Ex addit. eiuſdem.*
* Elſtæ, quæ Geldriæ in Germ. Inf. pagus eſt apud Nouiomagum C. à qua uix milliario recedit Germanico.
* 14 Aug. Vvenemfridus presb. *ex addit. eiuſdem.*

F

* Furnis, op. Flandriæ in Yprenſi diœceſi, inter Brugas, & Grauelengam, medium ab Ypris in circium V.M.P. ſecedens.
* 4 Aug. Vualpurges V. *ex addit. eiuſd.*
* In Op. S. Facundi diœc. Legionen. in Hiſpania.
* 11 Mai. Ioannis Ord. Eremit. *ex addit. eiuſd.*

G

* Gruningæ, quæ Friſiæ Occid. C. E. eſt primaria, à Leuardia altera Friſiæ E.C. ad XIII. M.P. recedens.
* 22 Iun. Vualfridus m̄. *Ex addit. eiuſdem.*

H

Heracleæ Ponticæ.
* 6 Oct. Magni Ep. corpus Venetijs. Ex *addit. eiuſd.*
* Heruuordiæ, quæ Germ. magnę in Vveſtfalia C. eſt Padebornen. diœc. inter Paderbornam, & Mindam, utrinquè ad V.M.P. Germ. recedens, inter eius Regionis præcipuas.
* 16 Nou. Vualgherus Conf. *ex addit. eiuſdem.*
* Hoyi, ſeù Hui, op. Tungronem in Leodienſis ditione, & Epiſcopatu, ad Moſam inter Leodium, & Namurcū, utrinquè ad V.M.P. Belg. diſtāte.
* 8 Feb. Mengoldus m̄. *ex addit. eiuſd.*
* 7 Mai. Domitianus Ep. *ex addit. eiuſd.*

I

* Inſulis, quæ C. eſt Belgij in Flandria Tornacen. diœc. inter primas regionis habita, Duaco, ac Tornaco proximo.
* 1 Feb. Eubertus Conf. *ex addit. eiuſd.*

L

* Lauſanæ, quæ Equeſtrium C. E. eſt, Bernenſis Conuentus ad Lemanum lacum, à Geneua C. X. M. P. Gallic. diſtans.
* 19 Feb. Bonifacius Ep. *Ex addit. eiuſd.*
* In op. S. Laurentij apud Leucopetram in Calabria ulter. in diœc. Bouenſi.
* 14 Iun. Geraſimus mon. S. Baſilij. *ex lib. SS. Regni Neap.*
* Lubecæ, quæ C. E. eſt Holſatiæ in Germ. magna litoralis, urbium Hanſeaticarum caput, & libera; ab Namburgo ex altera Iſthmi parte X. M. P. Germ. recedens.
* 5 Aug. Hilda Abbatiſſa. *ex addit. Mol.*

Lucæ.

Lucæ.

* 1 Aug. Peregrinus Eremita: in Alpibus Hetruriam ab Æmilia separantibus. *Extat illius vita typis excusa.* Mutinæ etiam de eo agitur.
Hic S. potius in Diœc. Mutinensi reponendus est.

M

M.Casini.

* 20 Iul. Seuerus Ep.Casinen.sub Valentiniano Imp. *ex Petro Diacono.*

* M.Falco,op. Vmbriæ.

* 27 Aug. Clara V. *ex addit.Mol.*

* 23 Oct. Seuerus conf. *ex addit.Mol.*

N

Nepetæ.

* 24 Aug. Romanus I.Ep.Nepesinus, m̃. *ex addit.eiusdem.*

* Noribergæ, seù Nerobergæ, quæ est C. præclarissima Germ. magnæ in Sueuiæ, Bauariæ, & Franconiæ confinio, libera, ac emporium præclarissimum, inter Ratisponam, & Bambergam.

* 19 Aug. Sebaldus Regis Daniæ filius. *ex addit.eiusdem.*

V

* Ortegæ, op.Hisp.in Regno Castellæ, in diœc.Burgen. à Burgensi C. XII. M.P.distans.

* 2 Iun. Ioannes Conf. *ex Flore SS.*

* Osnaburgi, seù Oseponte, quæ est C. E. Germ.magnæ in Vuestfalia ad Osam, seù Hasam fl.inter Mindã, à qua in occ.supra VII. M. P. Germ. abest, & veteres salios, à Monasterio VI. M.P. dissidens.

11 Apr. Rheinerius solitarius. *ex addit.Mol.*

*

P

* Padetornæ, quæ Vuestfaliæ C.est E.Lupiæ proxima ad Lupiam amnem, à Monasterio in ort.Hiemalem ad XII.M.P.Germ.à Mẽda ferè IX.dissita versus Austrum.

* 5 Oct. Menulphus Diac.in territorio. *ex addit.Mol.*

Puteoli.

* Patroba Ep.I. *ex addit.eiusdem.*

* Celsus Ep.II. *ex addit.eiusdem.*

R

* Rebelli, quæ Picentinorum C.E.est Scalis, & Amalphi proxima, quondã potens, hodie exigua.

* 5 Pantaleonis m̃.sanguis, qui in eius die festo liquescit, & ebulit.

Rhedonæ.

* 1 Aug. Exuperius Ep. *ex addit.eiusdem.*

Rhemi.

* 30 Apr. Madernianus Ep. *ex tabulis Eccl. Rhemensis.*

* { 1 Maij. Theodulphus presb. } Ex *tabulis Eccl. Rhemensis.*
5 Aug. Abel Ep. corpus Binchij.
2 Sept. Alpinus Ep.

* Rhenis, Traiectensis ditionis, ad Rhenum fl. inter Traiectum, à quo in ort. IIII. M. P. Belg. distat, & Nouiomgum, à quo III.
* 28 Oct. Cunera V. m̃. ex *addit. Mol.*

Rhotomagi.
* 17 Iun. Falco Ep. m̃. *ex addit. eiusd.*
* 1 Iul. Theodoricus presb. in territorio. *ex addit. eiusd.*

* Ruselli pago Triuentinæ diœc. à Triuento C. E. XII. M. P. in samnio distante.
* 25 Aug. Ioannes Eremita. *ex monum. Monast. Fundaui.*

S

* Salijs Veteribus. *Oldenseel*, quæ Germ. Inf. in Tranifelana regione C. est, in Vvestphaliæ confinio, inter Osnaburgum, & Dauentriam, à qua in ort. supra VI. M. P. recedit.
* 15 Iul. Plichelmus Ep. *ex aditt. Mol.*

Santæ.
* 16 Apr. Martyrius m̃. *ex addit. eiusd.*

* Scalis, quæ Picentinorum C. est E. in Montis descensu apud Amalphim olim ingens, nunc uerò à paucis habitata.
* 18 Sept. Stephania V. & m̃. *extar Scalij Ecclesia illius nomini dicata.*

* Scharæ, quæ C. est E. Suediæ, sub Vpsalenti Archiepiscopatu, ab ipsa metrop. ad L. M. P. distans.
* 30 Iul. Brunulphus Ep. *ex addit. eiusdem.*

* SecKingæ, quæ est vrbs Heueltiorum ad Rhenum fl. media ferè inter Forum Tiberij, & Basileam, à qua in ort. uix IIII. M. P. abest.
* 6 Mar. Fridolinus Abb. *ex addit. Mol.*

Senonę.
* 18 Iun. Fortunatus Ep. in territorio. Ex *addit. eiusd.*

Siciliæ.
* 4 Apr. Gulielmus Eremita, seculi, seù sicli op. Diœc. Syracusanæ. Ann. MCCCCIIII. *Off. de illo recitatur ex concess. Paul. 3. Pont. Max.*

* Sigenbergæ, op. Germ. Inf.
* 7 Mar. Vuolcerus m̃. Ex *addit. eiusd.*

Spoleti.
19 Ian. Abundantia V.
* { 20 Mar. Ioannes cognomento Paranen. An. DL. } Ex *monum. Eccl. Spoletinæ.*
25 Mai. Sensias conf. uixit Arcadio Imp.
31 Aug. Primianus m̃. sub Diocl. & Maxim. Imp.
19 Sep. Ioannes Ep. & m̃. sub Rege Theodorico.
9 Oct. Baractalis m̃. sancti Britij Ep. nepos.

Suessionis.
* { 13 Maij. Onesimus Ep. } * *Ex addit. Mol.*
11 Nou. Paternus m̃. in territorio.

Tau-

T

Taurini.

13 Feb. Iuliana Vidua Eporedien. *ex Hist. Martyrum Thebæorum.*

* 8 Dec. Martinianus, Iulianus, & Besutius, m̃. Thebæi. *Extat adhuc Ecclesia Taurini sub S. Martiniani m̃. nomine.*

Theani.

* Terentius Ep. Sancti Paridis discip. *ex lib. SS. Reg. Neap.*

* Thenis, op. Brabantiæ, inter Leodium, & Louaniũ, à quo. III. M.P. abest.

* 10 Mar. Himelinus conf. *ex addit. Mol.*

* Teneramundæ op. Brabantiæ ad Scaldem fl. inter Gandauum, Bruxellas, & Antuerpiam, ab eis V.M.P. distans.

* 26 Iul. Christina V. *ex addit. eiusdem.*

* 7 Sept. Hilderuuardus Ep. *ex addit. eiusdem.*

Tiburis.

* 24 Oct. Clesus conf.

Traiecti.

7 Mai. Vuiro Ep. *ex addit. eiusdem.*

12 Iun. Odulphus presb. *ex addit. eiusdem.*

Trecæ.

22 Mar. Camelianus Ep.
* 10 Oct. Ancha V. m̃.
20 Arandus Diac.
} *ex addit. eiusdem.*

* Tremoniæ, quę Vuestphalię C. est, inter Monasterium, & col. Agripp.

* 7 Ian. Rheinoldus mon. m̃. *ex addit. eiusdem.*

Treuiri.

17 Feb. Bonetius Ep.
22. Abrunculus Ep.
11 Iun. Spinulus conf.
* 26 Iul. Beatus presb.
31 Banto conf.
20 Aug. Auitus Ep.
19 Sept. Meletus Ep.
} *Ex addit. eiusdem.*

* Triuentum, *n.r.* C.E. in finibus Frentanorum in Comitatu Molisij (quæ est Regni Neapolitani regio inter Aquilani, & Aprutium) apud Tifernum fluuium, inter Boianum & Thermulas, ac inter Alatinum, & Anzanum, finitimas vrbes.

* 25 Aug. Io. Eremita in territ. *ex Monum. Abbatiæ S. Io. in* Viridi.

Tungi.

* 8 Oct. Amator presb. *ex addit. Mol.*

Turi.

14 Ian. Maura, & Britta V. in territ.
3 Iun. Casildes Regina.
13 Sept. Lidorius Ep.
* 24 Oct. Sonech conf. in territ.
25 Spasus m̃. in territ.
3 Nou. Aduentius conf. in territ.
7 Baldus Ep.
} *Ex addit. eiusdem.*

* Tuscania. *Toscanella* C.E. Hetruriæ apud Martham fl. media ferè intèr Viterbium,

terbium,& Castrum,ac inter Cornuetum,& M.Physconem, ab eis X. M.P.dissidens,Nundinis præsertim Equorum memorabilis,sed ob aeris temperiem ægrè habitata.

* 29 Aug. Secundianus, Marcellianus, & Verianus m̄. sub Decio Imp. *Laur.Sur.tom.4.*

Tuscaniæ tamen,& Cornueti die 8.agitur eorum dies festus.

V

Valentiæ in Hispania.

* 20 Aug. Bernardus m̄.fil.Regis in territ. *ex addit.Mol.*
* 31 Ludouicus Bertrandus ord.Præd.conf. *ex addit. Mol.*

Venetijs.

* 14 Mai. Barbarus m̄.Corpus ibid.
* 19 Ioannes Dux Alexādriæ. Corpus ibi.
* 21 Helena Regina Vidua.Corpus ibi.
* 24 Seruulus m̄.Corpus ibi.
* 5 Sept. Cosmas Anachorita & conf.Corp.ibi.
* 17 Tarasius conf.Corpus ibi.

Ex Calend. Veneto, ex monu. & tab. eccl. in quib. corpora existunt.

Ocentiæ.

* 3 Mai. Vrsius conf.apud M.Summanum. *Ex Cat. SS. lib. 5.*

Viroduni,seù Veroduni.

* 11 Oct. Antinus Ep. *Ex addit.Mol.*

* Vettiona(Plin.enim Vettionenses populos vocat) *Bettona* C.olim E.Vmbriæ,nunc op in colle inter Teniam, & Asium fluuios, Assisio proxima ad VI.M.P.à Perusia VII.M.P.distans. quantum fere à Meuania.

* 12 Mai. Chryspolitus I.Ep.& m̄.à S.Petro Apost.ordinatus. *Ex Monum.M.S.*

Vpsalis.

* 19 Ian. Henricus Ep.m̄. *ex addit.Mol.*
* 6 Oct. Eschillus Ep.m̄.in diœc. *ex addit.Mol.*

* Vria. *Oira.* C.A.Salentinorum,hoc est in ea regione Regni Neapolitani, quæ terra Hydruntina vocatur,inter Brundusium,à quo XXIIII.M.P. distat,& Tarentum,à quo ad XVIII.M.P.abest,Alesio etiam finitima.

* 30 Aug. Barsanus (qui & Bartanuphius dicitur) I. Ep.Sancti Cataldi synchronus. *Ex Chron.huius vrbis.*

* Vuesaliæ,quæ Germ.inf.est C.ad Rhenum,inter Coloniam,& Confluentes,ac superior ad alterius differentiam dicitur.

* 19 Apr. Vuernherus puer m̄. *ex addit.Mol.*

Vuormaciæ.

* 16 Apr. Franco Ep. *ex addit.eiusd.*

Y

* Ypris,quæ est Flandriæ C.E. haud ignobilis inter Audomarum, & Gandauum,ab Audomaro in or.æst.IX.M.P.

* 8 Mar. Huimfridus Ep.Morinorum. *Ex addit.eiusdem.*

NON-

NONNVLLA,

QVAE IN MARTYR. ROMANVM sunt animaduertenda, seù explicanda.

Inter multa quæ inter legendum Martyrologium occurrunt ac negotij nonnihil faciunt, quædam hic adnotare libuit, præterea quæ passim in Topographia adnotata sunt. Attribuuntur enim multoties sancti locis aliquibus, quorum ibi nulla extat memoria. Aliquando repetuntur: Quandoq; etiam confundi videntur. In multis dies Natalis in Martyrologio adscriptus diuersus est ab eo, quo in locis memoria eorum celebratur. Alicubi quis Episcopus, & Martyr scribitur, qui tantum Martyr fuit, vel è contra.

Sancti, qui in Martyrologio Romano locis varijs adscribuntur, in quibus tamen desiderantur, &c.

ARimini ad diem 4. Sept. S. Marinus Diaci, qui non Arimini, sed apud Montem Titanum, vt in eius vita legitur, obijt.

Assisij ad diem 30. Aug. Rufinus Mart. ponitur, de quo nihil ibi, nisi sic Rufinus Ep. & m̄. de quo die 11. ibidem agitur.

Capuæ ad diem 12. Mar. Bernardus Ep. & citantur à Baronio Tabulæ Ecclesiæ Capuanæ, qui tamen Ep. Capuanus non est, sed Caleni.

Ibidem ad diem 27. Aug. Rufus Ep. & m̄. sed Capuæ m̄. tantum habetur.

Ibidem ad diem 3. Sept. Aristus Ep. & Antoninus Puer martyres ponuntur, sed de Aristeo nihil prorsus. De Antonino verò agitur quidem, non quia ibi passus sit, cum Pauiæ in Gallia passus legatur, sed propter Ecclesiam vt in Breuiario Capuano.

Ibidem ad diem 5. Arcontius, Quinctus, & Donatus Martyres, quorum nulla prorsus extat apud Capuanos memoria.

Ibidem ad diem 7. Pamphilus Ep. de quo nihil, quòd fuerit Ep. Capuanus apparet.

Ibidem ad diem 17. Oct. Victor Ep. qui nusquam in Calendario Capuano reperitur.

Cumis in Campania ad diē 16. Feb. Translat. S. Iulianæ V. m̄. Corpus tamen non Cumis, sed Comi, quod etiam aliquando Cumæ appellatur, pie asseruatur, & colitur, quod nisi auctoritas S. Greg. Papæ in Epist. 84. lib. 7. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanū, vbi de corpore, seu reliquijs. S. Iulianæ fit mētio obstaret; dictio in Campania videretur de Martyrologio tollenda &c. Comenses ipsam Comi passam putant.

Interamnæ, siue Interamniæ ad diem 15. Feb. S. Agapis V. m̄. de qua apud Interamnates nihil Mantuæ ad 19. Aug. S. Rufinus Conf. sed neque Mantuæ, neque in Territorio aut Diœcesi huius S. memoria reperitur.

Mediolani ad diem 7. Aug. Faustus Miles & m̄. de quo à Baronio tabulæ, & Vit. Monum. Ecclesiæ Mediolanen. citantur, quo tamen in tabulis, & in Breuiario Mediolanen. desideratur. &c.

Ibidem ad diem 24. Mai. Robustianus m̄. citantur à Baronio Tab. Eccl. in quibus nihil de Robustiano habetur.

Ibidem ad diem 31. Ian. Iulius presby. qui tamen Nouariæ defunctus, est vt ex illius Hist.

Ibidem ad 10. Ian. Io. Bonus Ep. de quo nihil in tab. Ecclesiæ Mediolanen. à Baronio citatis.

Narniæ ad diem 1. Dec. Proculus Ep. & m̄. sed Narnienses Episcopum huius nominis, neque suum, neque alienum venerantur. &c.

Neapoli ad diem 6. Ian. Seuerinus Ep. frater S. Victorini m̄. de quo Neapoli nihil.

Ibid. ad diem 22. Iun. Io. Ep. Qui in tab. Neapolitanæ Eccl. desideratur. &c.

Nuceriæ ad diē 19. Sept. Felix, & Cōstātia m̄. quos ibi haud coli repertū est.

Palentiæ in Hispania ad diem 2. Sept. S. Antonini m̄. Reliquias asseruari, & coli asseritur. Qua in re videndum est, ne pro Antolio, qui ibi colitur, Antoninus positus sit.

Papiæ, seu Ticini ad diem 15. Iul. Felix Ep. & m̄. sed is in Catalogo Episcoporum Papiēsium haud reperitur, neque quis huius nominis Episcopus Papiæ passus legitur. &c.

Ibidem ad diem 12. Sept. Iuuentius, & Syrus: de quibus tamen agitur separatim & semel Syrus, præferendus est.

Ibidem ad diem 5. Dec. Dalmatius Ep. & m̄. qui neque Episcopus Ticinensis fuit, neque Ticini passus est, vt eius acta M.S. apertè testantur. Illum Galesinius Pedonæ passum tradit.

Pictauis Victorinus Ep. ad diem 2. Nou. qui in tab. Episcoporum Pitauiensium non legitur.

Ruthenis in Gallia Quintianus Ep. ad diem 14. Iunii, quem Baroni scribit curasse corpus Sancti Amantij eiusdem vrbis Episcopi in Annotatione ad diem 4. Nou. & ait de eo agi Idibus Nou. vbi de Quintiano Episcopo Aruernorum, non Puthinorum agitur.

Saccæ in Sicilia ad diem 18. Iun. Calogerus Eremita: Qui tamen pruot ex eius vita legitur, nō Saccæ, sed in Liparitana Insula vitam duxit, ac obijt.

Spoleti ad diem 18. Mai. Felix Ep. & m̄. qui tamen Hispallensis Ep. fuit, non Spoletinus, vt inscriptiones, & picturæ vtriusquæ Ecclesiæ, & acta ipsius declarant: Quamuis Baronius in annot. dicat apud Petrum in Catal. SS. & Vsuardum pro Spoletino Spalatentem esse scriptum, quasi ex ipsius Baronij Sententia Spoletinus dicendus sit.

Ibidem ad diem 30. Dec. Sabinus Ep. Exuperantius, & Marcellus Diaconi, Venustianus Præses cum vxore, & filijs Martyres Sabinus tamen non Spoletinus Episcopus, sed Assisinas fuit: Exuperus autem & Marcellus non Spoleti, sed apud Assisium, vt in eorum actis legitur, passi sunt.

In Tuscia ad diem 21. Dec. Io. & Festus Martyr. qui nusquam in tota Tuscia potuerunt reperiri.

SS. Quorum memoria in Martyr. Romano repetitur.

Castrensis Ep. ad diem 11. Feb. per se, & ad 1. Sept. cū Prisco, & aliis ponitur.
Iulianus Ep. Conchæ ad diem 28. Ian. & 5. Sept.

Syrus

Syrus Ep. Papiensis ad diem 12. Sept. vna cũ Iunetio, & per se ad diẽ 9. Dec.
Secundus Ep. Abulensis ad 2. diem Mai. per se & ad 15. eiusdem cum aliis.
Felix Diac. & m̃. primum ad 18. Mar. vna cum Narcisso Ep. Augustano, & deinde ad 1. diem Aug. seorsum memoratur, si tamen idem est: Qui enim 1. Aug. Gerundæ passus est, ex Mauritania eò profectus traditur, qui verò die 18. Mar. Augusta Gerundam cum Narcisso Epo venisse perhibetur.
Seuerus presb. in Prouincia Valeriæ ad diem 15. Feb. & rursus Vrbeueteri ad diem 1. Oct. & ex actis idem est.
Proculus Ep. & m̃. Interamnas ad diem 14. Apr. rursus ponitur ad diẽ 1. Dec. nisi hic sit alius ab illo: quod tamen haud verisimile videtur, cum vnus dumtaxat Interamnæ Proculus Ep. habeatur.
Victorinus Ep. Amiterninus, & m̃. ad diem 5. Sept. per se, de quo etiam ad 15. Apr. vna cum aliis, si tamen idem est, vt videtur Baronio. Mihi autem videtur diuersus, vel corrigendum est Martyrolog. quod ponit hos passos sub diuersis Iudicibus.

SS. Quorum in proprijs locis separatim dies Natalis recolitur, in Martyrolog. autem Rom. simul.

Palatia Virgo, & Laurentia Nutrix in Martyr. simul ad diem 8. Oct. Anconæ vero Laurentia prima Oct. Palatias. 7. eiusdem colitur.
Ianuarius Ep. Beneuentanus, Festus Diac. & Desiderius Lector, eiusdem, Socius Diaconus, Misenus, Proculus Diaconi, Puteolanus, Eutyches, & Acutius, eadem die hoc est. 19. Sept. in Martyrolog. quasi simul passi memorantur. Qui tamen Neapoli, & alibi diuersis diebus coluntur, sicuti diuersis diebus Martyrio sunt Coronati: Nam Festus, & Desiderius ad diem 7. Sept. Proculus ad diem 17. & Socius ad 23. eiusdem: Reliqui vero ad memoratam diem 19. celebrantur. &c.
Saluius Ep. Engolismen. & Superius m̃. simul apud Valencenas ad diem 26. Iun. sed Valencenis tàntum de S. Saluio ad diem 1. Iulij, ut apud Molanum in addit. & in Indi. SS. Belgij: de superio nihil.

SS. Qui in suis Ecclesiis: alia die quam in Martyrologio notati sunt, celebrantur.

Marcianus Ep. & m̃. Derthonen. Derthonæ	die	27. Mar. in Mart. 6. eiusd.
Maurus Ep. Cæsenas Cæsenæ.	die	21. Nou. in Mart. 20. Ian.
Antoninus m̃. Placentiæ.	die	4. Iul. in Mart. 30. Sept.
Barontus, & Desiderius Conf. Pistorii.	die	26. Mar. in Mart. 25. eiusd.
Amantius presb. vna cũ Florido Ep. Tiferni.	die	13. Nou. in Mart. 26. Sept.
Sauinus Ep. Placentinus: Placentiæ.	die	17. Ian. in Mart. 11. Dec.
Leander Ep. Hispalen Hispali.	die	13. Mar. in Mart. 27. Feb.
Dorquatus Ep. & Soc. in Hisp.	die	1. Mai. in Mart. 15. eiusd.
Faustus, Ianuarius, & Martialis m̃. Cordubę.	die	28. Sept. in Mart. 13. Oct.
Georgius, Felix, Aurelius, Natalia, & Liliosa mart. Cordubæ.	die	27. Sept. in Mart. 27. Iul.
Sancius martyr. Cordubæ.	die	15. Mai. in Mart. 5. Iun.
Hildifonsus Ep. Toletanus. Toleti.	die	21. Ian. in Mart. 23. eiusd.
Palatia Virgo. Anconæ.	die	7. Oct. in Mart. 8. eiud.

Narcissus Ep. Augustanus & m̃. Augustæ.	die	29. Oct. in Mart. 18. Mar.
Hesteria V. non Asteria vt in Mart. Bergomi.	die	11. Aug. in Mart. 10. eiusd.
Grata Vidua, nõ Virgo, vt in Mart. Bergomi.	die	25. Aug. in Mart. 1. Mai.
Basilius Ep. Bonon. Bononiæ.	die	8. Mar. in Mart. 6. eiusd.
Iocundus Ep. Bonon. Bononiæ.	die	9. Nou. in Mart. 14. eiusd.
Anastasius, & hoc Soc. mart. Camerini.	die	11. Mai. in Mart. 10. eiusd.
Cantius, Cantianus, & Cantinilla fratres m̃. Aquileiæ, & Mediolani.	die	14. Iun. in Mart. 31. Mai.
Liberata Virgo. Comi.	die	19. Ian. in Mart. 18. eiusd.
Torpes mart. Pisis.	die	2. Apr. in Mart. 17. Mai.

Plures alios omisimus breuitatis ergo, & licet in aliquibus diuersitatis causam, puta Natalis, Inuentionis, aut Translat. afferre quis posset, in multis tamen ista locum non habent. &c.

SS. Qui in Martyrologio aliter, ac in tab. proprijs ponuntur.

Bergomi ad diem 25. Aug. Grata V. in Martyrol. memoratur: sed Vidua fuit prout ex eius lectionibus Romæ approbatis in Ecclesia Bergomensi recitare solitis legitur.

Bononiæ ad Kal. Iun. Proculus Ep. & m̃. sub Max. Imp. passus in Martyr. Romano describitur. Sed apud Bononienses non Ep. at m̃. tantum agnoscitur, vti acta eius apertè demonstrant, in quibus miles non Ep. fuisse apparet. Qua in re. S. Paulinus Ep. Nolanus consulendus est. Quod si Bononiæ etiam de Proculo Ep. & m̃. agitur eadẽ die 15. tamen non Ep. Bonon. fuit; nec sub Maximiano passus est, sed sub Totila Gothorum Rege.

Clusii in Hetruria ad diem 3. Iul. Mustiola Matrona m̃. Vna cum Irenæo Diac. in Martyrolog. Romano ponitur, quæ tamen ex actis illius Virgo fuisse colligitur, ac pro Virg. ibidem colitur. &c.

Apud Valencinas ad diem 26. Iun. Saluius Ep. Engolismen. & Superius m̃. memorantur. Verum in addit. ad Vsuard. Saluius Ep. Engolismæ nulla facta martyrij mentione dicta die ponitur absque Superio, & ad diẽ 1. Iul. Valencinis de Saluio tantum m̃. agitur. Ex quo alium esse Saluium Episcopum Engolismensem, alium esse Saluium martyrem, de quo Valencenis agitur, apparet.

Apud forum Syllæ ad diem 13. Aug. Cassianus m̃. refertur in Martyr. Rom. Qui ab Ecclesia Foro Corneliensi vti Episcopus etiam colitur, & in eius lectionibus Romæ approbatis Ep. Brixinen. fuisse deprehenditur.

Hæc pauca loca sufficiat indicasse. Plura alia sunt, in quibus inter Martyrol. Romanum & propria. SS. loca non conuenit. &c.

Illud quoque admonere libet: loca Plurimorum. SS. in quibus illi passi sunt, vel obiere, in Martyrologio prætermissa: aut nomen Prouinciæ duntaxat appositũ fuisse, cũ locorũ nomina facile ex eorũ actis peti potuissẽt. &c.

Et quoniam locorũ mentionem fecimus: Nonnulla in nouis impressionibus Martyrologij emendari possent: veluti illud *Orthonam in Apulia* sub die 21. Dec. quis enim non intelligat Orthonam longius ab Apuliæ finibus distantem in Frentanis esse non in Apulia?

Illud etiam de S. Eleutherio Episcopo, & Anthia Matre martyribus Missanæ, vel Messapiæ ad diem 18. Apr. corrigendum esset sublata dictione

Messadæ

Messapa: Messapia enim in Salentinis est; in quibus, neque in Apulia nulla prædictorum SS. memoria viget. Messanæ autem in Sicilia de illis agitur, vti ex tab. Eccl. Messanen.

Quod ad diem 15. Iun. SS. Vitum, Modestum, atque Crescentiam in Lucania passos apud Silarum flumen scribitur, dubitationem habet. Nam cũ Silarus Lucanos à Picentibus disterminet, hique cis Silarum passi sint, vti ex Ecclesia in loco Passionis constructa adhuc extãte videtur, potius in Picentibus, quam in Lucanis reponendi essent. Verum Lucaniæ nomẽ in Martyrologiis positum est, vel quod notius esset, vel quod locus in ipsius esset confinio.

Non video tamen, qui excusari possit: illud de Cæa fl. in Gallacia ad diem 27. Nou. vbi SS. Facundus, & Primitius passi feruntur. Nam vti acta apertissimè testãtur: is locus longè abest à Gallaciæ finibus, estque in Legion. Regno: ibique op. de S. Facundi nomine dictum cum Benedictinorum Monast. visitur. Per errorem quoque ad diem 27. Mar. *Drizipara* additum est in *Pannonia*: Nam Drizipara Thraciæ vrbs est non Pannoniæ.

De Indice Topographico in calce Martyrologij Rom.

Non valde fidendum est huic Indici, nisi diligẽter purgetur: Nam præter errores, qui incuria chalcographorũ irrepsere: multoties. SS. aliquot omittuntur; quandoque apponuntur; qui aliis locis ascribendi sunt. Nõ distinguuntur vrbes, quæ idẽ nomẽ habent. Et quæ vocis similitudinem aliquã habent, confunduntur vti Sanctæ, & Sanctonæ, Sardinias, & Sardes. Oximum, & Auximum, quæ tamen valde differunt. &c.

Loca diuersam habent in Indice illo terminationem ab ea, quę in Martyr. habetur: Nam vt aliqua in exẽplum subiiciam. Amathũta pro Amathus. Bracarum pro Bracara. Burgæ pro Burgi. Nannes pro Nannete, Satalæ, pro Satala. Senones pro Senonæ. Tergesta pro Tergeste, Varenni pro Varennæ. Vpsalum pro Vpsalis, Taruannum pro Taruanna: & alia quæ quisque per seipsum animaduertere potest.

Index quoque SS. quorum locus in Martyrologio non indicatur, animaduerti debet. Nam magna ex parte locus ipsorum aliquo pacto indicatur, in Martyrologio si non substantiuè, adiectiue saltem.

NONNVLLA, ALIA IN Martyrologio præſertim quantum ad Hiſtoriam attinet, animaduerſa.



D diem III.Ian. Zoſimus, Athanaſius, Theopemptus, & Theonas ſub Dioclet. Imperat. paſſi referuntur: Quorum tamen duo priores ſub Domitiano, Ex Menologio Græcorum, paſſi ſunt.

Ad diem VII.eiuſdem. Lucianus presb. Antiochenus ſub Maximino paſſus ſcribitur: cum Metaphraſtes, Suidas, & S.Athanaſius in fine Synopſis eum ſub Diocletiano, & Maximiano paſſum tradant. Quod veriſimile videtur, cùm perſecutionem a Diocletiano in Oriente excitatam, quæ decennio perdurauit, vt apud Euſeb.lib. 8.cap. 24. & alibi legitur, non Maximinus cognomento Iouius, ſed Maximianus Galerius ſæuiſſime proſecutus ſit, ab eo Cæſar in Oriente declaratus, vt Zoſimus Com.lib.2. Aurelius Victor, in Galerio, & Marcellinus Ammianus lib.19. Auctores ſunt. Quod ſi Euſeb. Lucianum ſub Maximino paſſum ſcribit, fortaſſis librariorum errore. Idem de S. Siluano ad diem 6.Feb. de S. Adauco ad diem 7.De SS.Elia, Hieremia, Eſaia, Samuele, & Daniele ad diē 16.eiuſd. de S. Amphiano ad diem 12. Apr. de S.Siluano Epiſcopo Gazæ ad diem 4. de S. Maximo Epiſcopo ad diem 5. de S. Potamione ad diem 18. Mai. de S.Pamphilo mart. ad diem 1.de SS.Marciano Nicanore, Apollonio & aliis mart.ad diem 5.de S.Amphione mart. ad diem 12. Iun.de S.Iacobo Epiſcopo ad diem 15.Iul. de SS.Antonino, Zebina Germano, & Ennata V.ad diem 13.de S.Agapio mart.ad diem 20.& de S.Petro Epiſcopo ad diem 26. Nou. de S. Cæſario mart. ad diem 28.Dec. dicendum eſt.

Ad diem XXIX.eiuſdem Menſis Ian.Seuerus Sulpitius diſc.S.Martini Epiſcopus Bituricenſis ponitur. Quem Gonnad.Contemporaneus ferè, & eiuſdem regionis in Catalogo Illuſtrium virorum, ac Honorius Epiſcopus Auguſtodunenſis cum aliis Veteribus presbyterorū tantum vocant. Quod etiam in vita ipſius Seuerum Concil. Matiſconēſi ſub Gunthramno Rege interfuiſſe dicitur, videtur falſum, cum is Theodoſio & Honorio Imp.longe ante Gunthramnum vixerit.

Ad diem XXXI. circa S. Metrani paſſionem ſub Decio dubium occurrit ex Epiſtola S.Dionyſij Epiſcopi Alexandrini ad Fabium, Epiſcopum Antiochenum, ab Euſebio lib.6.cap.34.& à Nicephoro lib.5.cap.30.relata: in qua Metranum obijſſe anno integro ante Decij perſecutionem: quæ cœpit cum eius Imperio, legitur.

Ad diem 1.Feb.illud, quòd S.Ignatius præſente Traiano Romæ feris obiectus fuerit, non paruam habet dubitationem. Nam is ex Euſeb.in Chron. 11.An. Traiani paſſus eſt, quo tempore Taianus in Oriente cum exercitu morabatur. Dion enim illum An.Imp.8.Roma cum exercitu in Orientem profectum eſſe nec Romam redijſſe, ſed in Cilicia apud Selenuntem vrbem obijſſe ſeribit, præterea Metaphraſt. in actis eiuſdem Ignatii illum Antiochiæ Traiano præſentatum eſſe tradit, ab eoque vinctum Romam miſſum.

Ad diem VIII.eiusdem similis dubitatio circa S. Cointhæ passionem, quæ supra circa S.Metranum ex eadem S.Dionysij Episc.epist.incidit.Quod etiam ad sequentem diem circa martyrij S.Apolloniæ tempus euenit.

Ad diem XXV.de Felice Papa III. & IIII. maxima accidit ambiguitas, vt Baron. in Annotat. crediderit Felicem hunc III.non IIII.S.Gregorij Papæ Atauum fuisse. Quod ex temporum supputatione, & patria utriusq; constare potest.

Ad diem III.Martij,quod dicitur SS. Hemiterium, & Cheledonium apud Legionem plurimis tormentis afflictos Calagurrim perductos fuisse aduersatur S.Eulogio, & S. Prudentio: qui illos sponte Calagurrim profectos, seque cupidos martyrij tortoribus obtulisse.Omitto quod Legio in finibus Acturum,non Gallæciæ vrbs sita sit.

Ad diem XVIII.eiusdem Baron.in Tom. 2. Annal. Ann. Domini CCCIII. S.Narcissum Episcopũ Augustanũ sub Imp.Diocl.passum tradit, non sub Aureliano,ut in Martyrol. Quod etiam apud Vvelserum in actis S. Narcissi habetur.

Ad diem XXVI.Apr. circa passionis S.Marcellini Papę tempus explicanda est difficultas.Si enim is Ann.Domini CCCIIII.ex Baron.Tom.2.Annal. passus est quomodo sub Diocl. qui tunc temporis ex Zosimo lib.2. & Euseb.in Chron.Nicomediæ deposito purpura agebat? Nisi velimus factum sub Maximiano qui Occid.præerat,collegæ suo tribui.

Ad diem XXIX.Maij Paulinus,qui martyrium SS.Sisinnij,Martyrij,& Alexandri describit,non rectè beatus appellari videtur. Hic enim qui etiam S.Ambrosij uitam scripsit, non illi Paulinus Nolanus est,sed alius.Quod ex Baron.liquet Tom.5.Annal.Ann. Domini CCCXCVII. Illud quoque de fuga S.Athanasij aduersatur eidem Athanasio in Apologia 2.vbi verba Constantini Iunionis ad Alexandrinos recitatur,Theodoreto lib.2.Hist. cap.2.Sozom.lib.3.& alijs asserentibus Athanasium à Constantino Mag. non à Constantio Treuiros ob falsas Arianorum criminationes in exiliũ missum.

Ad diem II.Iunij. Vetius Epagathus non duo,vt in Martyrologio sunt, sed unus; uti ex Epistola Ecclesię Lugdun.ab Euseb.lib.5.c.1.relata apparet.

Ad diem XX.eiusdem Baron.Tom.7.Annal.Ann. Christi DXL.S. Silueriũ Papam in Palmariam Ins.non in Pontiam,ut in Martyrol.legitur,relegatum scribit.

Ad diem XVII.Iulij pro Nartali Narzalis,pro Aquili Acyllini, pro Letaris Letantij,& pro Bessię Vestinæ,ex Baron.Tom.2.Annal.Ann.Dom.CCII. legendum est.

Ad diem I.Aug.Martyrio S.Eusebij Episcopi Vercellen.S.Ambros.in Epist. 82.ad Vercellenses illum confessorem,S.verò Dionysium in exilio defunctum martyrio propiorem appellans aduersatur.Greg.etiam Turonen.illum inter Confessores non inter martyres reponit. Quod autem errandi occasionem dedisse videtur est quòd S. Maximus Ep. Taurinensis S. Eusebium sæpius ab Arianis,quòd nollet eis communicare,per scalam supinis pedibus tractum scribit,non tamen ait eum tunc obijsse,cum postea fuerit actus in exilium. Idem videtur Baron. Tomo 4. Annal. ad Ann. CCCLXXI.dicere. Quare licet martyr dici possit quòd multa sit passus: non tamen,quia martyrio moriens coronatus sit.

Ad diem XXV. Sept.circa passionem S.Firmini Episcopi sub Diocl.dubitationem

tionem facit: quod fuit S. Honesti Presbyt. disc. à S. Saturnino Petro Apostol. discip. Ambianum missus. Non enim ad Diocl. tempore eum perdurasse possibile est, si ita res se habet, ut acta ipsa demonstrant.

Ad diem I. Oct. de LXX. annis, qui S. Rhemigio in Episcopatu tribuuntur, meritò dubitatur. Si enim is Ann. D. CCCCLXXI. ut ex Sigeb. in Chron. liquet, sedit. & Ann. DXLI. Flauius Episcopus Rhemen. quem Romanus antecessit, nõ uidetur tot annos in Episcopatu uixisse. Quod Baron. tom. 7. notat.

Ad diem XXX. eiusdem. Pro Digniano Diogeniano in passione filiorum S. Marcelli legendum est, si tabulis Ecclesiarum Hispaniæ maximè Legionensis, & Ambros. Morali lib. 1 c. cap. 20. credimus.

Ad diem XIIII. Nouemb. S. Serapion non sub Decio; sed sub Philippo Imp. passus uidetur, uti ex epistola S. Dionys. ad Fabium Antiochenum superius, citata liquido constat.

Ad diem XXVII. eiusdem SS. Facundus, & Primitiuus, cum passi ferantur æra CCLX. hoc est Ann. D. CCII. ex eorum actis probationibus: quomodo S. Marcelli filij asseruntur, ac sub Diocl. martyrio coronati sunt? Accedit quod Hispani scriptores plærique, ut Moralis, Mariana, Lucas Tudensis. Io. Episc. Zamoren. scribunt eos sub M. Aurelio Antonino passos. Neque in antiquis Breuiarijs quod S. Marcelli filij sint, legitur.

Ad diem XXIX. cum S. Saturninus Episcopus Tolosanus S. Petri Apostoli discip. fuerit, ut ex Metaph. ad 1. diem Febr. & ex tab. Ecclesiæ Pompilonensis ex Ambros. Morale lib. 9. cap. 4. colligitur, nulla ratione sub Decio pati potuit.

Non ausim tamen Martyrologium erroris damnare, aut illud emendare. Quæ autem hic & alibi a me dicta sunt, sic uelim accipi, ut aliquis acrioris iudicij ad huiusmodi dubietates tollendas excitetur.

FINIS.